

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
26 R
15

STATVTORVM INCLYTAE CIVITATIS STVDIORVM'QVE MATRIS Bononiæ.

CVM SCHOLIIS D. ANNIBALIS MONTERENTII IVRECONSVLTI BONONIENSIS



Tomus Primus.









BONONIAE,

Typis Ioannis Rubei. 1561.

CVM PRIVILEGIO.

ANNIBALI MONTERENTIO IVRISCONSVLTO CELEBERRIMO BONONIENSI.

Augustinus Mollignatus Iurisconsultus Vercellensis Causarum Ciuilium Auditor &caet. S. D. &laudem.

Municipale tuae patriae ius soluis ab omni
Nocte tenebrarum, quae uiguere prius.
Quodq; decem tabulis binas addendo Quirites
Effecere: tuae tu facis hoc patriae.
Abstrusos sensus, dubitaq; uerba resoluis
Et glossema tuum limpida cuncta facit.
Hic labor immensus patriae exanclatus amore
Viuet in aeternum, Felsina dum steterit.
Omnes Causidici tibi debent, & placitantes;
Quod per te sibi sit cognita recta uia.
Iudicibus quoq; gratus erit labor hic tuus, ex quo
Error in ambiguis hic sibi nullus erit.
Ipse perennis eris, quoniam benefacta perire
Non possunt, caelum & praemia digna feret.


NON POTERIT FERVM, NEC EDAX ABOLERE VETVSTAS
LIBERTAS

CONFIRMATIO STATVTORVM

CIVITATIS BONONIAE.



Oelestis, Summusq; omnium rerum conditor, cum totius mundi machinam suo verbo fundaret, mirabilibusque, ac innumeris specierum formis eam perficeret, inter cætera, humani generis præcipuam curam suscipiens, hominem creauit ad conspicuam & admirabilem sui ipsius Imaginem, & similitudinem, atq; eum clarissimis virtutibus mirifice, & singulariter decorauit, ita vt scientiæ, & sapientiæ dono, in quibus cælestis beatitudo, & humana consistit, præditus, tantæ magnitudini præesse, & vt in eius Regimine statuere possit ordinem opportunum. Hoc enim fuit humano generi donum adeo preciosissimum, vt satis digne neque laudari, nec satis magno precio emi possit, ex hoc nanque tam ingenti, & glorioso intelligentiæ munere edocti, cœperunt homines inter se laudabilibus institutis uiuere, & perfrui, & ex eo etiã postmodum digne, & laudabiliter sacratissimas constitutiones, & leges, quibus vniuersi Christianorum, & fidelium, cunctorumque hominum cœtus regerentur, institutæ fuerunt, quæ generales appellantur, Populi vero pro pacifico, & tranquillo singularium suarum Prouinciarum, & Ciuitatum statu, & gubernatione, inter se, quæ Municipales dicuntur leges, & Statuta diuersimode, vtiliter, & laudabiliter condiderũt, Verum quia nulla sanctio legum quantumcunque matura consideratione composita, cum propter varietatem status & conditionis humanæ, tum propter multitudinẽ rerũ, in quibus oĩs operatio nostra est, satis prouidere põt, nec ad decisionem, aut declarationem emergentium negociorum sufficit, ideo ex quotidie occurrentibus, iura iam posita conuenit reformari, & alia etiam denuo, ut res ipsa postulat, vtiliter statui, ac prouideri, Cum autem ab initio, & ab auctoribus huius Magnificæ Ciuitatis, tanquam ab optimis, & sapientibus patribus, & conditoribus, sanctis, & laudandis legibus, atque statutis munita Ciuitas ipsa fuerit, & ornata, & deinde secundum uarias conditiones, & res, atque casus nouos incidentes, leges ipsæ, & statuta correcta soler ti vigilantia aliquando fuerint, ventumque sit, Dei dono, ad præsentia tempora, quorum status, & plurimarum rerum nouarum cognitio, & experientia exigit, vt aliqua ipsorum statutorum reformatio, & aliorum etiam compositio denuo fiat. Ob id nos Bissarion Episcopus Tusculanus, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Nicenus in Ciuitate Bononiæ, Prouincia Romandiolæ, Exarchatu Rauennæ, Apostolicæ Sedis Legatus, & pro Sanctissimo Dño Nostro D. Nicolao Diuina Prouidentia Pap. Quinto, in Spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, cum consensu Magnificorum Dominorum, Antianorum, & honorabilium Dominorũ de Collegijs, ac spectabilium Dominorum Sexdecim reformatorum status, & Regiminis dictæ Ciuitatis Bono. ¶ Et nos præfati Antiani, Consules, & Vexillifer Iustitiæ, & Populi & Cõis Bononiæ, quorum nomina & cognomina sunt infrascripta, Videlicet.

Pro

¶ Pro Quarterio Portæ Rauennatis.

¶ D.Philippus quondam Gasparis de Bargelinis, Vexil.Iustitiæ

D.Andreas quondam Ser Ioannis de Manziolino.

D.Ludouicus quondam Andreæ de Boue.

¶ Pro Quarterio Sancti Petri.

D.Ioannes quondam Thomæ de Blanchetis.

D.Ioannes quondam Gabrielis de Gabrielibus.

¶ Pro Quarterio portæ Sterij.

D.Ioannes quondam Leonardi de Castello.

D.Basottus de Caccianimicis.

¶ Pro Quarterio Portæ sancti Proculi.

D.Ioannes quondam Siluestri de Anellis.

D.Michael de Pizolpassis.

¶ Et nos antedicti Confalonerii Populi, & Massarii Artium Ciuitatis Bononiæ, quorum omnium Confaloneriorum Populi prædictorum, nostrique ordinis magistratus, seu officij nomina, & cognomina sunt infrascripta.

¶ Pro Quarterio portæ Rauennatis.

D.Boetius de Gozadinis.

Ioannes Petri de Bologninis.

Bartholomæus Ser Antonii de Castagnolo.

Lucas quondam Ioannis Dolfoli.

¶ Pro Quarterio sancti Petri.

Ioannes quondam Facii de Pasius.

Carolus quondam Alamani de Blanchetis.

Crescentes de Podio Scanni.

Ioannes quondam Ludouici de Armis.

¶ Pro Quarterio Portæ Sterii.

Bartholomæus quondam Dionysii de Castello.

Ludouicus quondam Luchini de Luchinis.

Franciscus Ser Ioannis de Canonicis.

Nicolaus quondam Antonii de Castro sancti Petri.

¶ Pro Quarterio sancti Proculi.

D.Bartholomæus de Herculanis legum Doctor.

Achilles de Zambechariis.

Ludouicus de la Volta.

Rodulphus de Gypso.

¶ Et quorum omnium Massariorum Artium dictæ Ciuitatis nostrique ordinis magistratus, seu officii nomina & cognomina sunt hæc.

Ser Bernardinus de Muletis, Proconsul, & Corrector Notar.

Bartholomæus Mini de Rubeis, Campsorum.

Gaspar Mini de Scarduis, Draperiorum.

Iacobus de Vrsis, Artis Strici.

Florianus de Crosatis, Strazarolorum.

Franciscus Ferantis, Speciariorum.

c

Thomas

Thomas de Aguchiis, Bechariorum.
Petronius Vitalis, Marzariorum.
Ioannes de Cassano, Aurificum.
Petrus de Purgo, Lanarolorum.
Lucas Guilielmi, Bombasiorum.
Blasius de Cultelinis, Fabrorum.
Iacobus Bartholomæi, Calzolariorum.
Iulianus de Scatolis, Magistrorum Lignaminis.
Benedictus Martini, Salarolorum.
Stephanus Vgolini, Pillipariorum.
Antonius Capellanus, Sartorum.
Ludouicus Luchini, Caligariorum.
Bartholomæus Ferauantis, Muratorum.
Palmerius Lucæ, Bisileriorum.
Bartholomæus de sancto Marco, Barberiorum.
Iacobus Magistri Petri, Cartholariorum.
Gaspar Ioannis Bibulani, Pellachanorum.
Franciscus de la Lodia, Quatuor artium.

In sufficienti numero pro quolibet Magistratuum, Ordinum, & Officiorum prædictorum, & ex prædictis ipsorum magistratuum, ordinum, seu officiorum personis legitime, & ex causis infrascriptis specialiter congregatis, Cupientes quātum in nobis est, omnia ea, quæ ad bonum regimen, & ad bene, beateq; viuendū conferre possunt, vigilanti studio desiderate prosequi, Et etiā attendentes quod ab Anno. M.CCC-LXXXIX quo anno editum fuit, & uires habere incœpit Volumen Statutorū de præsenti vigentium, facta fuisse varia, & diuersa Statuta, Prouisiones, Ordinamēta, extrauagantia, quæ etiam necessaria, & vtilia, erantq; recensenda, & quæ approbabilia viderentur, sub debitis, & congruis titulis incorporare, & collocare: Et ēt summo studio desiderantes dictæ Reformationi, & nouæ editioni dictorum Statutorū prouideri, ac difficiles solui quæstiones, ac negociis imminētibus prouisiones cōsonas promulgari, & ambigua declarari, prout nostri officii debitū esse fatemur: Ad hoc maximū & saluberrimum Reipublicæ opus efficiendum, & consumandū, aliàs elegimus, & deputauimus prudētissimos, & iuris, & facti expertissimos, & sufficiētissimos uiros Dominum Correctorem societatis Notariorum Ciuitatis Bononiæ, Clarum Militē, & Egregium Legum Doctorē Dn̄m Scipionem de Gozadinis, Circumspectū, ac famosissimum legum Doctorem D. Gasparem de Arengheria, Celeberrimum, ac conspicuum I.V. Interprætem D. Melchionem de Muglio, Spectabilē ac integerrimum uirum D. Dionysiū de Castello, Expertos ac Eruditissimos uiros causarum patronos, Ser Bernardinum de Muletis, Ser Signorinum de Vrso, Ser Cæsarē Bartholomæi de Beldo de Panzachiis, Bon. Ciues, qui tandē prædicta per nos eis iniuncta, peruigili, ac sedula industria, moderataq; digestione, summoq; labore, auxilio omnipotētis Dei, ad prosperū, & optatū terminum perduxerunt, offerentes nobis presens Statutorum Volumen laudabiliter, ac consultissime, & prudentissime cōpositum, rebus tàm Cōmunibus, quàm priuatis opportunæ profuturum: Quod quidem opus dicti Voluminis

nis statutorum,& cōtenta in eo, vnanimi voluntate,& matura deliberatione Approbauimus, Affirmauimus,& de nouo illa Decernimus, Statuimus,& Ordinauimus, vt & tanquam ritè,& rectè, ac debitè, & vtiliter facta, & ædita, & per præsentes etiam Approbamus, Confirmamus,& de nouo Statuimus, Decernimus, Prouidemus, & Ordinamus, modo, & forma,& in omnibus, & per omnia prout in præsenti statutorum Volumine continetur,& scriptum est, nisi si & quatenus esse reperirentur seu facerent contra Ecclesiasticam libertatem,& ad perpetuam validitatem, publicationem, & notificationem pleniorem omnium, & singulorum in præsenti Volumine contentorum, illud,& illa tanquam statuta, & ordinamenta municipalia dictæ Ciuitatis, & eius Comitatus valida,& solemnia in Camera actorum, siue Archiuo publico Ciuitatis per præfatos Statutarios, vel maiorem partem ipsorum quamprimum id commode poterunt deponi,& in ea perpetuo custodiri & conseruari, Et successiuè postquam sic deposita fuerint, illa robur, vires, & obseruantiam assumere Volumus & Mandamus in Kal. mensis Ianuarii,& tunc proxime secuturi, & ex inde, & de cætero in perpetuum inuiolabiliter obseruari, Vobis Vniuersis, & singulis Ciuibus, incolis,& habitatoribus, ac vniuerso Populo Ciuitatis & Comitatus Bono, quos speciali, ac paterna dilectione prosequimur, prædicta cum multa maturitate digesta largientes. Hortantes vos quatenus illa prompto,& alacri animo,& affectu suscipiatis, & omni studio,& diligentia obseruetis, & obseruari procuretis, Reipublicæ vestræ & nobis quamplurimum vtilitatis,& honoris, si id factum, vel fieri contigerit allatura. Cuius quidem Voluminis,& statutorum tenor fuit,& est, prout infra post datā presentis nostræ Confirmationis, Approbationis, Ordinationis, & Donationis per ordinem subsequitur, & descriptus est.

Datum,& actum Bononiæ in Palatio Residentiæ nostræ sub Anno Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. M.CCCCLIIII. Indictione secunda, Die tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Nicolai diuina Prouidentia Papæ V.

In nomine domini nostri Iesu Christi.

ILLVSTRIS[d] CIVIT.[e] BONONIÆ[f] studiorum matris[g] Statutorum[h], ac Ordinamentorum[i] liber[k] primus.

a



N NOMINE. A sacrosancta diuini numinis inuocatione quodlibet bonū opus; inchoari debet, nempe a domino nostro IESV CHRISTO in quo uiuimus, mouemur et sumus, vt dicitur in. c. non obseruetis in fin. xxvj. q. vij. & in c. non liceat. infi. ead. caus. q. v. Et dicitur in authen. de monachis. §. penulti. quòd omnia in CHRISTO cōsistūt; vnde somnia sunt & mera figmenta Gentilium dicētium Ab Ioue principium, &c. seu Musa mihi causas memora, cum scriptum sit ab Apostolo ad Corinth. prima. cap. iii. & transumptiue in. c. cum Paulus prima. q. i. ꝙ nemo potest aliud fundamentum ponere præter id quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS Illius itaq; auxilio fideliter, & humiliter implorato sperandum est inuocāti elargiri quod & Salomoni, vt ipsemet attestatur sapientiæ c. vij. Optaui, & datus est mihi sensus; inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ: Quis. n. inuocauit, & confusus est? ecclesiast. c. ii. Iustinianus quoq; imperator, & legum monarcha in auth. quomodo opor. episco. dixit Bene & laudabiliter omnia geruntur si principium decens & amabile DEO fiat, idem in eundem sensum in pluribus alijs suis constitutionibus, vt in auth. de armis. In auth. de questore. in l. deo nobis. c. de epis. & cler. Ecce igitur magnum inuocationis effectum. Adsunt & duo alii. Alter ꝙ inuocantes censendi sunt militare sub vexillo domini nostri IESV CHRISTI, vel potius mēbra corporis eius sacratissimi, vt inquit Apost. prima ad Corinth. cap. xii. Quomodo enim quispiam inuocabit eum, in quē non credet? & si inuocare ausus fuerit pœna plectendus venit, velut faciat incontemptum nostræ fidei. l. iudæos. C. de iudæis. Adsunt & pleriq; non insubtiliter qui teneant, nec notarium, quamuis Christianum posse licite nomen IESV CHRISTI inuocare in conficiendo instrumento inter Gentiles, vel Iudæos, vt habetur in in rub. ff. de no. oper. nunciat. per Alex. & posteriores. Alter effectus est ꝙ ipsi legum conditores non tanquam ipsi, sed tanquā CHRISTVS facere dicūtur, arg. l. quod meo in prin. ff. de acquir. poss. Item non sua vice, sed delegantis facere, vt. ff. de off. eius cui man. est iuris. l. j. §. fi. &. C. de vet. iur. enucl. l. i. §. omnia, ita formaliter colligit glos. in rub. authenticorum, & Bal. in princ. commenti editi super constitutione Fredrici de pace constantiæ, ideo dicitur prouerbiorum cap. viij. per me reges regnant, & potentes scribunt iustitiam, transumptiue in epist. inter claras. C. de summ. tri. & fid. cath. & alibi dicitur ꝙ nutu diuino principes promulgāt leges. l. fi. C. de præscrip. longi. temporis, & ꝙ DEVS creat imperatores & principes, vt in auth. de fid. instru. §.

quia vero, Est itaq; lex sancta & mandatum sanctum, iustum, & bonum, vt verbis Pauli vtar ad Rom. cap. vii. facit. l. leges sacratissime. C. de leg. b. Vnde etiam nos his vtilitatibus adducti, & maiorum præceptis salutaribus moniti, Attento etiam ꝙ omnis actio maiorum debet esse nostra instructio. c. exemplum. xij. q. j. in arg. l. et hoc Tyberius. ff. de hered. instit. In his scholiis nostris, in quibus elaborandis magno spiritu opus erit, ipsum DEVM omnipotentem filium, & spiritū sanctum his carminibus ad instar illorum Seuer. Boetii. quorum meminit Abb. in rub. de iudiciis inuocabimus dicentes cum Bart. Cassaneu in suo consi. primo. O qui perpetua mundum ratione gubernas, Da pater augustā iuris pertingere mentem, Da legum lustrare decus, da luce reperta difficiles vero sensus dissoluere nodos.

De ipsius itaque omnipotentia confisus, qui res penitus desperatas, & impossibiles nobis, donare & consumare suę virtutis magnitudine potest, vt inquit imperator noster in l. j. §. j. C. de ve. iur. enu. Et qui omnium sciētiarum est caput & author. c. legimus. §. hinc etiam Ambrosius &c. xxxvij. dist. Et qui omnium scientiarum est mirabilis elargitor, xvj. q. j. c. reuertimini: De scientiæ meæ modulo non confisus ad eiusdem trinitatis indiuiduæ, & gloriosæ Virginis, necnon Diui Hieronymi vnius ex quattuor antesignanis Ecclesiæ doctoribus, totius deniq; triumphantis curiæ laudem, & honorem, nec non fœlicis status S. R. Eccl. huiusq; almæ ciuit. BONONIAE patrię meæ dilectissime perēne decus & laudē: Et ad studiose iuuentutis quotidianæ praxis percupide vtilitatem, cui rogatus, persępeq; interpellatus negare nō potui, cōsiderādo maxime illud Platonis, de quo Cicero lib. j. offi. dicēris, nullū hominē sibi tm̄ nasci, sed ortus nostros partim Patria, partim Parentes, partim Amici vēdicāt, facit. l. j. §. & generaliter, ff. de ven. insp. & l. j. ff. solu. mat. l. veluti. ff. de iusti. & iur. iūcta. l. seruus ea lege. ff. de seruis expor. vbi moraliter inquit Iurecōsultus, Beneficijs affici hominē hominis interest. Item quàm iniuriosum sit prętorpore, aut pusillanimitate creditū a Diuina pietate talentum in terram fodere, impellente etiam me non nihil vehementi addiscendi desiderio, cui ex aliqua parte satisfactum est alios docendo, iuxta illud si vis scire doce, vt Abb. refert in. c. de multa. col. ij. de prębēdis, hanc immensam prouinciam, tametsi humeris meis longe imparem aggredior. Pro veteranis autem Aduocatis, peritissimis, ac exercitatissimis Causidicis, quorum magna, Deo auspice, floret nunc tēporis copia (ne aliquis putaret forsan me mihi nimiū arrogare) præsens labor principaliter non assumitur: cum enim (vt de seipso dixit Andreas Isernia in proh. supęr commento ad feuda) Grandis nō sim grandiū ci-

bus esse non possum: Quanquam non desunt ex amicis quamplures, qui citra (vt aiunt) adulationẽ affirmare, vel iureiurando audeant, & ipsos vetera nos insisto tã lato prato pabulum gratum persępe reportaturos fore, sed (prout interpretor ego) vel illorum memoriæ reparandæ grana, quæ alioqui fragilis reputatur iuxta.l.peregre. ff. de acq.poss. &.l.ij.§.omnium.C.de veter.iur. enucl. indigent etenim ob ingruentem negotiorum forensium sil suam tempore quo maturius aliquid peragant iuxta.c.ponderet.l.distinct.& in authent. de her. & falci.in princ.Vel q saltem prouecti in hisce nostris proficient, inquantum capiet inde materiam accuendi eorum subtile ingenium eliciendo in melius veritatem, nam bene dicta reduci possunt inmelius.ff.de verbo.oblig.l.vbi autem. §.i.& in authent.de non ali.aut permutan.in princi.

Gratia itaq; rudiũ, vel etiam mediocrium multa verba textualia, quę alioqui obscurum reddebant intellectum exponam: supplebo item in varijs locis alia sine quibus prauus vel absonus intellectus vel diuersus a statuentium mente insurrexisset, simili causa nonnunquam vocum proprietates impropriabo, extendendo vel restringendo prout opportunum videbitur, aperiam etiam latẽtia mysteria literæ, opportune erunt nonnunquam exẽplificationes, quas non reticebo, terminos legales, præsertim abstrusos non prætermittam, denudabo similia, & contraria iuris communis, vt dignosci quàm facillime valeat. An caput de quo agitur secundum, præter vel contra vniuersalia iura disponat, hincq; deprehendi poterit an argumentatio ad casum ommissum, vel personas subsistat, Huic etiam fini inseruiens conabor enucleare sit ne fauorabile principaliter an odiosum cuiusue fauoris publici an priuati? Item principaliter an secundario, hæc enim inter se permaxime distant in iure nostro: Cognoscet etiam lector plerunq; ex his nostris quàm in controuersis quæstionibus consumatissimi præsentium statutorum conditores opinionem elegerint, quibus nonnunquam communibus postpositis, vel vt maiori vtilitate attenta, vel equitate aliæ magis applaudent, paucas tamen excipio, de quibus nihil certi inuenire possunt, quo fiat, vt refugiendum censeam ad.l. non omnium.ff.de legib. Breuiter non deero ego quãtum uires suppeditabunt ingenii suggere (vt inquir ille, lac de petra, & oleum de saxo durissimo: sub opulentissima tamen breuitate, vt vtar verbo Iustin.in d.l.ij.§.contrarium autem: Maiorum autem gustui tradã profunditates, ac enigmata quæstionum, Quarum decisiones illorum iudicio vbi communes opiniones non constabunt plerunq; reseruabo, & si quando meam in his sententiam interponam trepidabũdo similis fuero, vt qui probe sciã quàm periculosum sit in hac nostra professione hisq; tẽporibus aliquid affirmare, & multo magis noui quidquam (vt vocant) in medium affere quod etiam dicit Decius.in rubrica.extra de preben. Docet nanque vsus non conseruari nobis ipsas sententias quæ summis viris & numero, & pondere iam diu placuerunt, sed vt cum Horat.lo quar, sicut vnda impellitur vnda vrgeturq; eadẽ veniens vrgetq; priorem ita opiniones posteriores pessundatis prioribus apud iudicantes, & aduocatos præualere, Et quid mirum? quando leges ipse fere in perpetuo motu consistant ad similitudinem variantis naturæ, quæ nouas semper deproperat ederat formas, in authen.de his qui ingre.ad app.in prin.& in auth.de cõsan.& vt.fr.§.sed qã.

Summa itaq; ope & alacri studio has nostras lucubrationes accipite, o iuuenes sitibundi, & vos met ipsos sic eruditos ostendite vt spes vos pulcherrima foueat toto opere perlecto posse audacter in publicã fora prodeũtes, gloriose vocis confisi mu nimine laborantium spem, vitam, & posteros defendere, vt in proh.Instit.§. fi.iũcta.l. aduocati.C. de aduo.diuudiciorum, Non dedignetur etiam veneranda senectus in occurrentibus casibus quandoq; in eis aliquantisper immorari, quia sæpe reuellat DEVS minori, quod cœlauit maiori xcv.distinct.ego subiectus in fi.& xxxviij.distinct. nullus; Quidam enim excellunt in subtilitatibus ingenii, Quidam in docendi peritia, Alii in copia differendi, Alii in spiritu linguę et in aliis dotibus quæ requiruntur in doctoribus, vt C. de profess. qui in vrbe constant.l.i.lib. x. & iuxta dona Dei enumerata per Apostolum.j. ad Corinth.xij.cap. vnde recte dixit Imperator noster, Nõ omnes per omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur. C.de ve.iur.enuc.l. i.§. omnibus & alibi dicitur, si minor veritatem inuestigauerit nulla maiori iniuria irrogatur.C.de offic.rectoris prouinciæ.l.potioris.

Submitto autem illas iudicio cuiuscunq; recKus opinantis, vel natu minoris, quia etiam adhuc senex Augustinus ab anniculo discere non renuebar.xxiij.q.iij.si habes, & alibi dicitur, q stultus est qui bona quæ videt discere contemnit. xxij. distinc.de Constantinopolitana. Quinimo rogo in visceribus veritatis, qui est CHRISTVS, vt perfectionem operis fraterna charitate suppleat, & doctorem corrigat, atq; emendet, fateor ego ingenue, & plura a me male dicta, & vitiose allegata ac erroneæ scripta inueniri, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate culpari c.negare.ix.dist. Nam opere in longo fas est obrepere somnum, & quandoq; bonus dormitat Homerus Horatio teste, quam excusationem Iustinianum in.l.ij. §. si quid autem, C.de ve.iur.enuc.arripuisse satis constat, & cũ vnicuiq; scribẽti multa hoc vsu eueniat teste Hieronymo in prologo super Iob, prout meminit Io.And.in proh. nouellæ super vj. vnde & ipsi Iureconsulti nõnunquam errasse conuincuntur vt ex nonnullis demonstrant moderni Hispani in rub.de leg.primo.nu.vij.cum seq.mihi quoque facilius eueniet, viam quodammodo nouam aggredienti absque Dedalo illo Virgiliano, qui dolos tecti ambages quæ resoluat cœca regens vestigia filo. Deinde scio plurima per incuriam, vel defectum scientiæ meæ ommitti continget, at & in hac re benignum, & equum lectorem me habiturum confidam, si memoria repeter recte dictum fuisse a prædecessoribus nostris, & ante omnes a

Iuliano

Iuliano sapientissimo nullum ius ab initio sufficiens emanasse in republica, vt habetur in auth. quib. mo. natural. effic. legitimi in princip. Et ꝗ diuine res duntaxat perfectissime creantur, humani vero iuris condino semper in infinitum decurrit dicta l.ii. §.sed quia, vt merito verũ sit illud columelle maiores nostros multa quidem fecisse sed non omnia. Caueat tamen ne si quæ benæ a me excogitata & scripta fuerint, et pro quibus gratiæ deo largitori agende forent malit temere iudicare, est enim temeraria reprehensio si quis repræhendat antequàm iterum legat dicente Salomone Ecclesia.xix.cap.antequàm scruteris non repræhendas, intellige prius, & tũc increpa, habetur in c. eorum xi.q.iii. Et multiplicem spetiem temeraríe reprehensionis scribit host. in prohe. summe col.ij.a quibus cauere debet omnis ingenuę, & liberaliter educatus, & vti nam non extarent istius fictionis homines, quorum metu innumeri retrahuntur alioqui doctissimi, & prudentissimi vel ascribendo vel iam scripta ædendo, quæ multum auxilij posteris futura essent, At huiusmodi est hominis deprauata natura arg.l. item si vnus §. principaliter.ff.de arbit. hinc dixit saluator noster, mũdum totum esse in maligno positum facit c. omnis etas xij.q.i.& xx.q.2.c.ij. Istis aũt habeo qd dicere possim. O tu quis es, qui iudicas alios, fac tu idẽ, deinde iudica, nulla.n.equidẽ (mihi crede) via facilior qua quis propriã ignorantiam agnoscat reperiri potest quàm si manum eius ad scribendũ compuleris, attestatur Seneca, & refert Io.And. in allegato supra nouell. prohemio, vel cum Salomone Ecclesi.c.v. Si tibi sit intellectus responde proximo, sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris verbo indisciplinato & confundaris. Vale lector candidissime, & ora deum pro me.

b ¶Iesu: Hæbreorũ nomen est, latine vero saluator gl.in rubri.authenticorum, nam cunctis saluator venit.c. decet domum extra de immu. Ecclesiarũ lib.vi.inditum quæ fuit proprium hoc nomen ab Angelo, vnde fit, vt alicui non sit communicabile, non enim vocamur Iesuani.i. saluatores, sed CHRISTIANI, vt statim dicam.

c ¶Christi, Vox græca, latinæ vncti, est.n.nomẽ appellatiuum ideo cæteris communicabile, quia de plenitudine eius omnes accepimus ut ait apostolus quam ob rem nos Christiani vocamur, idq; nomẽ impositum fuit in concilio Antiocheno vt habetur xxij. distinct.ciij, latius declarat Arch. in d.c.decet domum.

d ¶Illustris, Ita eam nostram ciuitatem hoc nobilissimo Epitheto nominat Bal.in auth. habita.C. ne filius pro patre, tum ex multis quidem præclare gestis, tum maxime ex florentissima tot bonarum scientiarum achademia. Potest & recte nominari Regia ciuitas, quia Theodosius Imperator eam refecit iussu beati Ambrosij, ita glo. dicit in prohemio digestor. §. hæc autem tria. Et hoc Epitheto fere semper D. Ludouicus Blogn. honorabilis concivis noster in suis doctissimis consilijs, atque in scholijs suis super priuilegio studij ciuitatem istam cognominat s posset vocari ALMA ciuitas prout insi.vocat Cõstantinopolim suam Imperator in l. eos C.nego.ne milit.lib. xij.& in l.fi.C.de temp.in integr.rest.nam nostra ciuitas non minoris fienda est ipsa Constantinopoli, cui saltem equiparanda est vt gl.equiparat in præallegato.§. hæc autem tria: Quid autem significat hoc nomen alma, vide aliquot significationes per Io.And.&Abb.in c.ij de off.custo.& inter alias magis illa conuenit quasi ab alendo, & nutriendo, alit.n. ac nutrit abundanter omnes habitantes in ea pane cottidiano, nedum corporis sed animi ob immensam illius omnium bonarum artium copiam, propterea alma mater studiorum vocanda esset per d. cap.ij.vbi vocat almã matrem ipsam ecclesiã. Potest vocari INCLYTA ut vocatur eadem Constantinopolis in l.iij.§.viros igitur.C.de temp.in integr.restit.hoc.n.significat gloriosam, excellentem atque insignem, quæ fulgore famę resplẽdet, Et breuiter omnia illa nomina quæ attribuuntur illi conuenire possunt, & nostre ciuitati quę cõgerit glo. in auth. vt Ecclesia Romana in princip.

e ¶Ciuitatis: De conditore istius ciuitatis non admodum quid certi dicere possumus, remitto me veris annalibus dicam tantumodo quæ sunt nostræ professionis, glosa ergo in l. mancipia. C. de seruis fugi. dicit ꝗ hæc ciuitas habet rem publicam, & intelligere videtur Rempublicã pro fisco, quia in ea lege agitur de pœna pecuniaria applicã da reipublicę licet stricte loquendo aliud sit respublica aliud sit fiscus, vt docet Bar.in l.i. C. de iur. fisci lib.x.vbi dicit ꝗ non omnis ciuitas habet fiscum & in l.i. C.de bo. vacantib.eod.lib. in l.irẽ veniunt.§.ait senatus ff. de petit.hær. Afflictus in com.const. Neap.in prælu.q. xv. Et hæc ciuitas fuit vna de comprehensis in pace Federici Imperatoris constantiæ celebrata vt legitur in exemplari impresso post.lib. fœudorum vbi patet obtinuisse ab eius maiestate merum & mixtum imperium. Quomodo autem describatur ciuitas, vide Io. glo satorem in summa pandectarum in prohemio dicentem ꝗ est hominum multitudo collecta ad bene viuendum, & dixi discriptionem esse quia non cõuertitur cũ suo diffinito, Cognoscitur autem ciuitas a Castro maxime ex signo Episcopatus vt Bar. dicit in extrauag. qui sint rebelles in verbo Lombardiæ vbi Lanus prosequitur: Ommitto dicere etiam quid opidum significet, sed vide.l. pupillus.§.opidum ff.de verbo.significa.vbi mod.late. Et quot modis capiatur hoc nomen ciuitas vide Bar.consilio. clxvi. incipit ciuitati Camarinẽ nu.vi.in prima parte vbi ꝗ tripliciter summi põr, hoc autem loco habito respectu ad causam efficiẽtem & ad preheminentiam stricte capi potest, habito autem respectu ad vinculum quod iniicitur omnes de comitatu complectuntur, propterea largo modo staret, vide Abb.in consi.lij.incip. in q. Ray.colum.ij.lib.ij.allegans vulgatam l.qui ex vico ff. ad municip. & l. i. §. cum vrbem ff.de off. præf.vrbis.

f ¶Bononiæ, Hæc est antiquissima ciuitas, quæ primo Fœlsina appellata est, vt scribit Pli. lib.iij.natura

tura. hystoriæ, vbi dicitur fuisse etiam primam omnium vrbium, quas Aethrusci haberent citra Appenninum, in quam Romani colonias trium millium virorum deduxerunt, & forte dicta est Fœlsina secundum aliquos antiquos authores a Fœlsino conditore, deinde Bononia a Bono eius successore licet secundum alios nõ improbate authoritatis dicta sit a Gallis Boijs, vnde prius Boionia nominabatur, postea vt elegantius nominaretur, de quo semper curandum est, iuxta gl. in. l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebellia. & per mod. in rub. ff. solu. matr. vocari cœpta est Bononia, vt legitur in Annalibus huius ciuitatis. videre licet Io. And. in clem. prima de magistris, vbi ex magna affectione, quã erga ciuitatem istam retinebat ponit honorabilem ethimologiam huius nominis. s. (dicit ipse) quasi omnia bona sint in ea, vel bonorum notitia nimis amabilis. Hanc nostram ciuitatem miris præconijs magnificauit Card. in proh. vj. libri, vt refert honorandus conciuis D. Lud. Bolog. in scholiis ad priuilegium Theodosianum. altera reperitur ciuitas vltra montes huiusmet nominis, vt glo. etiam attestatur in. l. semper, in stipulationibus. ff. de reg. iuris.

g ¶Matris, Ab initio concessi priuilegii Theodsiani vsque in hodiernum diem hoc sibi præconium iure merito vendicauit Bononia, alibi gl. in. l. fin. C. de testa. dicit ꝙ Bononia est legum legitima nutrix, & in rub. C. de studiis lib. vrbis Romæ dixit ꝙ Bononiense studium aliorum studiorum obtinet monarchiam, quod etiam cognoscere licet, quia Bonifacio Summo Pontifici compillatori decretalium magis placuit librum illum tam vniuerso orbi necessarium duntaxat scholaribus Bononiæ commorantibus dirigere. Quo autem tempore incœperit studium ponit Io. And. in cle. i. de Magi. s. anno Domini ccccxxv. a iuniore Theodosio, cui sententiæ astipulatur D. Ludouicus Bologninus conciuis noster meritissimus in præallegatis scholiis ad priuilegium d. Theodosij, reprehendens Bart. in proh. ff. §. hæc aũt tria aliter opinatum, quicquid dicat Thomas diplouatatius doctor quidem egregius ad confirmationem opi. Bartoli. Is autem Theodosius fuit, qui iam iussu eius destructam ciuitatem monitis beati Ambrosij refecit, vt habetur in legenda eius, quam asserit Bart. vidisse in Ecclesia S. Victoris tẽpore quo ibi morabatur, vt posset commode libros suos reuidere. Est enim locus ille tum pulchritudine prospectus tum aeris salubritate plurimum literatis expetendus; & non tantum is, sed tota illa regio, quæ sub nomine Barbiani continetur.

h ¶Statutorum, Hac voce vtuntur plerunque iura noua, vt in. l. j. C. de stud. lib. vrbis Romæ, in auth. Cassa, & irrita. C. de sacros. eccl. & in auth. omnes peregrini. C. communia de success. & in. c. nouerint de sen. excommu. in. c. grauem de immu. eccl. & diffinitur eod. modo quo ipsa lex, vt dicit etiã Alb. in prima parte stat. q. j. Et Calcaneus con. vij. nu. xij. dicit ꝙ nihil aliud est statutum alicuius ciuitatis quàm omnium ciuium expressa pactio, seu conuẽtio, vt. C. de decretis Decu. super rub. lib. x. sicut dicitur ꝙ consuetudo est quædam ciuium tacita pactio, inst. de iure nat. §. ex non scripto, & in l. de quib. ff. de legib. ex qua descriptione infert ꝙ quemadmodum pactum inter alias personas initum aliis, nec præiudicat, nec prodest. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis, ita dicendum est in statutis, vt. s. personas ciuium non egrediantur, nec ad commodum, nec ad præiudicium. Dicitur autem statutum quasi stabiliter, & mature firmatũ a populo, & in scriptura redactum, sicut dicitur de lege in. §. singulorum instit. de rerum diuis. facit in arg. l. pronunciatum. ff. de verbo. signi. aliqui dicunt quasi statum ciuitatis tutens. Et pauce sunt ciuitates quæ non habeant sua statuta, quia vnaquaque abundat in suo sensu xxv. distinct. in c. fi. Et possunt rectius appellari leges municipales, & in hac voce conueniunt iureconsulti, & omnes latinæ linguę professores. l. vt gradatim. §. sed si l. ff. demu. & hono. l. iij. §. diuus. ff. de sepulchro viol. l. ij. C. de eman. liber. l. l. anthiochẽsiũ de prileg. credit l. oẽs populi. ff. de iustitia & iure l. i. C. đ fundis patri, lib. xi. Est aũt generalissimũ nomen vt ẽt cõueniat ordinationi testatorum iuxta illud disponat testator & erit lex vt in auth. de nup. §. dispo nat. Item pactis priuatorum, l. legem. C. de pactis, Item priuilegiis priuatis indultis. c. ii in fi. distinc. iij. sed simpliciter prolatum verbum significat ordinationem decretam a populo qua maiores natu simul cum plebe aliquid sanxerunt c. ij. distinc. ij. l. i. ff. de legib. ibi cõmunis reipublicæ sponsio. facit. §. lex est insti. de iu. na. g. & ci. propterea constituitur ius ciuile vt d. glo. in §. ius autẽ ciui. inst. illo eod. tit. Materia autem interpretationis statutorũ habetur in varijs cumulata maxime in l. oẽs populi de iust. & iure, & in l. si serui vestri. C. de nox. per Saly. & per Imol. in l. si vero. §. de viro sol. ma. & l. si constante. ff. solu. matri. Et per canonisti in c. canonum statuta de constit. & per quosdam mod. in c. i. de tempo. ordi. extant q; varij tractatus maxime Nicolai Euerardi in sua centuria, in loco a ratione legis larga. & in alio loco qui rubricatur a rõe legis, stricta seu limitata &c. & pariter tractat Lanfranchi de Oriano qui intitulatur de interpretatione statutorum (est quidem tractatus ille non ad modum lõgus, sed succi plenus.) Item tractatus D. Stephani de Federicis intitulatus de interpretatione iuris, multum conducit. Vide compediose Alb. in prima parte statutorum. q. ix. Alber. Brunum in trac. stantib. masculis art. v. Cassaneum in consu. burg. in earum conclusione car. 382. vbi ponit breuiter in hac materia. xxxij. conclusiones, & alijs locis, & apud alios authores quos enumerare est potius laboriosum quàm subtile præallegati sufficere abunde possunt.

i ¶Et ordinamentorum: Hoc dictum fuit propter plurimas prouisiones æditas a legatis vel pro legatis huius ciuitatis & etiam a defensoribus, non in forma sollennis statuti. Vt patet libro vltimo, qui est particulariter destinatus illis. Et hoc vocabulũ accipio ex conclus. statutorum in principio, & in. §. & quod ipsa statuta & ordinamenta &c.

k ¶Liber primus. s. ex septẽ quibus presens, opus discre-

discretum est adoctissimis compillatoribus,& nō perperam nec sine ministerio hoc contingit, sed numerorum naturam,& artem respicientes,& cō sentaneam eis diuisionem partium facientes,vt fecit similiter Imperator in l.ij.§.omnia igitur.C.de vet.iure enucleando:Quælibet nāq; materia separata libros separatos habere debet,ad gl.in rub.ff. de lega. iij. quæ pro notab.allegatur,In hoc ergo primo libro præponimus magistratus iura ciuilia reddentes, notarios ac nuncios eorum.Insequenti vero tota iudicialis materia composita reperitur.Sed tertius de contractibus & tabellionibus illos conficientibus loquitur. Quartum depūtarūt successionibus defunctorum, tam ex testamento qàum ab intestato cum quibusdam titulis non ad modum extraneis,exceptis duobus vltimis capitibus.s.de modo & forma ali.vlt.bonorū,& eorū securitate,Et de prohi. ali. rei immobilis,quæ satis incōgrue ibi sita sunt, non ausus tamē fuit immutare ordinem prout nec in aliquibus alijs,considerando quàm per maxime attendatur collocatio siue ordinatio voluminis sicut a compillatoribus facta reperitur,quia posterius in ordine situationis cēsendū est posterius in creatione, cōsequēter vbi daretur contrarietas standum esset vltimo nō obstante vna & eadem compillatione, quia ordo compositionis debet attendi non confirmationis, seu cōpillationis,Bart.In l.si certarum.§.fi.ff.de testamēto milit.& in.l.omnes populi in iij.q. prin. in vlt.vcrsic.de iu.& iure,quia codex fuit vno tempore cōfirmatus tamen quia leges fuerūt diuersis temporibus condite posteriores derogant primis, Alexan.consi.lviij.in prima causa lib.iiij.Et Ang. in.l.si miles vbi Imola & Alex.ff. ad legem falcidi.Alex.consi.cxvij.viso titulo q. lib.vj.nu.ij. vbi proprie loquitur circa nostra statuta,dicens non debere attendi tempus confirmationis,sed compositionis & consi.lxv.in causa & lite lib. vij. num. vij.versic.item statutum de correctione erroris est vltimum,et Rui.consi.cxlix.num.x.lib.i. sed hoc vbi nō possunt aliqua sub diuisiōe adiuuari, vide Cattelli.Cott. in memoria,in c.statuta contraria. Quintus habebit materiam criminalium integram sine tamē nostris scholiis .In sexto vero sub sequenter ponuntur statuta loquentia de maleficijs paruis & seu de damnis datis. Vltimus super est cui assignabuntur omnia ordinamenta & extrauagātes. Voco ita illas quia factæ sunt post conclusionem statutorum ad Bal.in c.in causis de re iudi.lac.in l.cum prolatis.ff.illo eod.titulo.

Præmissa generalia.



VONIAM frequens est atque necessaria est interpretatio statutorum ideo placuit subiicere non nullas cōclusiones magistrales.a me in ter legēdum aliàs obseruatas,& quibus maxi meutar in glosematis istis. Studiosus lector alias forte adinuenire poterit ac etiam locupletare nostras pluribus alijs authoritatibus, quia facile est inuentis addere,mihi sufficit quasi summo digito demonstrasse iunioribus quibus etiā hic modus procedendi in ea materia magis conducere uisus est.Scio subsanatores clamare me totiens actū egisse , sed eorum querimoniæ nō tanti apud me sunt quanti est studiosorum vtilitas,ꝓ qua quotidie laboro, quāuis adhuc quemquam nō uiderim qui omnia hęc invnum cōgesse rit.tu lector candide boni consulas.

¶Et in primis sciendum est ꝙ iste terminus interpretatio sumitur duobus modis,Vno modo propriè secūdū eius propriā significationē & dicitur legis dclaratio,ita tenet Alb.in l.i.sup verbo interꝑtationē.ff.de orig.iuris,& illa nullo modo ꝓhibetur vt infra dicā.Alio modo sumitur impropriè & sic pro interpretatione seu declaratione correctiua,restrictiua,& extēsiua gl.est not.in l.i.§. qui operas.ff.ad Tertul.sennt gl.in d.l. i. & ibi Alb. de rosate de orig..iur.Bar.in l.oēs populi in vj.q. prin.de inst. & iure,Saly.in l.ij.i pri.C.de noxal. Ommitto illas spēs interpretatiōis quatuor quas enumerat glo.in c.i.de postul.prælatorum & illas vi.quas Lucas a pœna in l.vnica.C.de professi.qui vrbe Constantinop.col.ii.lib.xii. describit.

¶Item sciendum ꝙ consuetudo habet omnem effectum quem statutū siue lex,quia per omnia habet vim legis l. de quibus. ff. de legib. l. vnica C. quæ sit longa consuetu.Et sic omnia quæ reperiūtur dicta circa consuetudinis interpretationē eadē recte conueniunt statutis,illa.n. dumtaxat habet consensum populi tacitum,statuta vero expressum,Ant.de But.in c.fi.ver.quarto restat extra de consuetu.Sicut igitur consuetudinis virtutes sunt quinque , vt Host. dicit in summa eod. §.fi. vide licet quia inducit iuſ.confirmat, supplet,interpretatur,& corrigit vt per exempla demonstrat Alb. in rub.C.quæ sit longa consue.nu. lxi. ita dicēdū est circa vires statuti.

¶Item sciēdum ꝙ ratio legis & mens legis & causa finalis est idē, not.Alex.per illam l.in l. cū mulier.ff.sol.mat.l.adigere. §. quamuis de iure patr. post Dy.in c.fi. ad fi.de reg.iur.in vj.Bal.in l. maximum vitium col.iij.versi.sed Iacobus de Areno C.de lib.pręteri. Bar.in l.nō dubium ver. secūdū dubiū C.de legib.P. Anch.in c.canonum in iiij. q.princ.ver.quibus adde de constitut. & Bal in l. maximū vitiū col.iij.ver.sed.Bar.C.de lib. pręteritis dicens ꝙ argui debet a ratione tanquā a causa finali.Latis.And.Tiraq.in lib.a cessante causa in prima parte nu.cxxxiij.idem quę author in ead. parte nu.vii.& viij.demonstrat apud bonos authotores & ēt apud nostros causam accipi pro ratione legis,& tantum est dicere causa legis cessante cessat legis dispositio quantū cessante ratione vel cessante,mente,hincq; plerią; sumunt,quod venit ex mente legis esse ex ipsa lege & non ex extensione venire, & ex ea competat directa actio non vtilis, per l.nominis & rei.§.verbum ex leg.ff.de verb.significatione.& in l.i.ff.vti possideris, de quo per Bar.in l. iii.in prin.ff.de legi.tutor.& in l.curaror,C.de nego.gestis, vbi Alex.qui multos alios citat Philip. Decius in l.bonorum.C.de bo.poss. secundū tab. Bal.cōs.ii.verba statuti.lib.i.Nam vbi est omnino da ratio non dicitur extensio aut ampliatio vt vo-

luit gl.not.ĩ c.i.in verbo Italię de tẽp.ord.P.&Cy. in l.iura non in ſingulas.ff.de legib.dum dicũt ꝙ cum in pluribus caſibus eſt eadẽ ratio ea decidit omnes iſtos caſus,non quidem per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit omnes ſuas ſpecies, ita generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum,vt habetur per Dy.in rub.de reg.iur.in vi.Cum autem rationes ſunt ſpecie differentes tamen ſimiles tũc eſt extẽſio.i.progreſsio de termino ad terminum per adequationem.

¶Quæ cum ita ſe habeant ideo ratio,ſiue mens, ſiue cauſa in legibus,in ſtatutis,in conſuetudinibus & alijs quibuſcunq; diſpoſitionibus eſt in primis attendenda & conſeruanda ut dicit Bar. in l. contra legem poſt medium.ff.de legib.Illa.n.prædominatur arg.l.in conditionibus primũ locum. ff. de con.& demonſtrat.l.nominis & rei.§. verbum ex.ll.ff.de verb.ſignif.per Bar in l.cum mulier.ff. ſol.mat.materia habetur in l.non dubiũ.C.de legibus,per Socy.conſ.xxx.& conſ.cviij.col. iiij.vol. iiij.ver.xiiij.cõfirmatur, Alex. conſ.50.viſis col.i. & iiij.vol.primo.Iaſ.late in l. iuriſgẽtiũ. §. pretor ait.ff.de pactis,& Iaſ.in l.quod dictum col. ij. illo eod.tit Euerar.in loco a ratione l.ſtricta,latiſsime Tiraq.in tract.a cã ceſſante in prima parte pcipue nu.cxxxviij. hinc eſt (dicit) ꝙ illud habetur pro ſtatuto quod ſtatutũ fuiſſet ſi ſtatuẽtes interrogati reſpondiſſent,ita gl.communiter approbata in l.tale pactum.§.fi.ff.de pactis,facit l.tinus. §. Lutius.ff.de lib.& poſthu.vbi Iaſ.& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis,per Decium conſi.clvi. Pariſ.conſi.lxxxiij.col.ii.vol.iij. hinc eſt quod dicitur Iudaicæ nõ eſſe intelligenda ſtatuta ad corticẽ verborum.l.ſi cui.ff.de ſer.gl.in l.dãni.§.Sed ſi is qui edes in verbo aliquos.ff.de dam. inf. Alex. conſ.cxli.num.v.lib.vij.& ĩ patebit declaratio ad dictum tam generale, Et mens colligitur ex præfationibus Bar.in l.i.ff.ad Macedo. per l. fi. ff. de her.inſt. dicens eſſe multum vtile pro ſtatutis reformandis.Item de mente apparet ſi reſultat abſurdum vel iniquum,Item ſi communis vſus loquendi repugnat,ita Bar.in l.non dubium col.ii. C. de legib.

¶Hoc autem non procedit vbi conſtat formã datam a ſtatuto quia illa omnibus modis obſeruanda eſt quanquã ceſſet ratio legis,puta ſi minor vẽdat fundum ſterilem & modici uel nullius fructus abſq; ſolemnitatibus , nam venditio nullius eſt momenti.l.ſi fundus.ff.de reb.eorum.c. i. de reb. eccl.non ali.in vi.de qua re apud Alciat. libro primo.ff.de verb.ſignif.col.vi. vbi latius loquitur,Fely.in c.cũ dilecta verſ.amplia primo de reſc. Doc. in l.i.ff.de lib.& poſth.Decius ĩ c. appellatiõis extra de app.vbi dicit ꝙ forma vincit oẽm rationẽ.

¶Item ſciendũ ꝙ in dubio præſumitur lex fauorabilis vel ſtatutum fauorabile niſi de odio appareat,ita Vitalis Cãbanus in tractatu clauſ.in cla.lii. colu.vii.Bal.in l.fin.C.qui ad lib.perue.non poſſunt,Alex.conſ.clxxxxvii.nu.iii.lib.vii.quod nota valde ad multa.

¶ Præterea ſciendum quod Rubricæ ſtatutorum ſunt authentice, & allegantur ad deciſionem cauſarum non minus quam rubricæ librorũ ſeu titulorum iuris tã pontificij quam imperialis,iuxta not.in l.i.ff.ſi cer.pet.nam ſecũdũ rubri. ſtatutorũ ſtatuta intelliguntur inquit Bal.per glo. ibi in l.i.C.ne liceat tertio prouocare, arguit etiã Decius conſ.cclxxv.in cauſa quæ Lucæ, nu. viiij. verſi.poſtremo non ommitto Socy.conſ. cxxviij. nu.vii.lib.iiij.arguit Albertus Brunus in trac.ſtantib.maſculis artic.octauo .nu.101. Io.Rubeus Alex.in conſ.xvi.nu.7.Nã rub.ſimplex decidit caſum qui nõ deciditur in tex.puta ſtat ſtatutum ꝙ filia dotata non ſuccedat,nigrum autem loquitur de hereditate matris & auie, certe intelligitur filia excluſa ab hereditate etiam patris propter generalitatem rub.ita Pau.Caſtr. conſ. lxxxiii. preſens caſus modicam habet dubitationem num.iii. lib.ii.ſequitur Cur.Iu.conſ.cxlvii.col.ii.vide etiã Bal.in conſ.ccclxxviii.nu. vi. & in conſ. xxxiiij. lib.v.nu.iii.cũ aliis infinitis quæ adduci poſsint.

Pronuntiata quædam in materia interpretationis uerborũ.

1 STATVTA debet intelligi ſecũdũ verborũ ſignificatum propriiſsimum ommiſſo improprio l.i.§.ſi is qui nauem.ff.de exercitoria,l.nõ aliter.ff.de leg.iii.Bar.in l.nõ dubiũ col.ii.ver.ſecundũ dubium.C.de legib.& nullum eſt maius mentis noſtrę teſtimonium quam qualitas expreſſa uerborum,fuit dictũ Caſsiodori, prout meminit Bal.in rub.extra de teſtib.

2 ¶Statutorũ uerba impropriantur per aliã legem hoc volentẽ glo.& doc.in l.non dubium. C. de legibus ubi Bar.declarat quãdo dicatur legem velle.

3 ¶Statuta ſunt ſtricti iuris vt dicunt doc.in l. quidquid aſtringende.ff.de verb.obl.quia ſunt ad inſtar ſtipulationis Alex.conſ.207.colu.iii.volu. v. Tiraq.libro legũ connubialiũ gl.iii.nu.xxxvij.ſed uide Albericũ ĩ prima parte ſtatutorũ q.ii.ubi diſtinguit an ſit ſtatuta correctoria an cõfirma.iu.cõ.

4 ¶Statuta fauorabilia an ſint improprianda ut fauor amplietur?dubitatio eſt, vide Iaſ. in l. qui ſe patris col.24.verſi.ego alias C.vnde lib.colligentẽ illud ex Baldo ibi & multũ extollentẽ pro limitatione reg.ſupradicte,& videatur Catelli. Cotta in memor.inci.ſtatuta debent interp̃tari.

5 ¶Statuta nunquam cenſentur prohibere literalẽ interpretationẽ,quia eſt intrinſeca & naturalis ſine qua verus intell.haberi non poteſt, Pau.Caſtr. in l.i.ff.ſi cert.pet.vbi Alex.nu.xiii.qui citat vulg. tex. in c. exiit qui ſeminat col.pen.extra de uerb. ſign.in vi.vide Cattell.Cottã in uerbo ſtatuto cautũ eſt, Pariſ.cõſ.lxix.nu.18.vol.4.Saly.in l.ſi ſerui ueſtri col.2.C.de nox.facit l.ii.§.his legib. latis.ff. đ ori.iur.& dicit P.Anch.in c.cano.ſtatuta in 4.q. verſ.& cõcludẽdo extra de cõſtitut. ꝙ rõ & intellectus idem ſunt & ſicut abſq; rõe nõ dicitur eſſe ſtatutũ ita nõ debet eſſe ſine intellectu .

6 ¶Statutum habẽs plura ſignificata equę propria in aliquo verbo debet interpretari ſecundũ illũ q magis conuenit ſubiecte materie arg.l.ſi vno. ff.locati,& de leg.i.l. ſi ſeruus pluriũ.§.fi. Saly. in d.l.

ſi ſerui

si serui vestri col.i.C.de noxa.immo subiecta materia ẽ potẽtior significatiõe ꝓpria d.l.si vno & tex. est notat,in c.solite vbi can.not. de ma.& obediẽ. late per Euerar.in loco a subiecta materia Alciat. lib.ii.de verb.sig.col. xliiii. secũdũ nu. cõtinuatũ.

7 ¶Si statutũ intellectũ secũdũ propriũ significatũ continet absurdũ vel iniquũ debet impropriari l. in ambigua.ff.de legib. l. librorũ. §. quod tamen Cassius de leg.iij.ratio est quia tunc improprium est de mente statuẽtiũ quã sequi debemus.l.nõ dubiũ.ff.de legib.l.cũ virũ.C.de fideicomiss. Alciat. eleganter in lib.ii.de verb.sig. col.iiiij. & impropriissima sig.attendenda est vt præualeat mens ꝓ ut ipse idem probat col.xlv.

8 ¶Statuti verba intelligũtur secundũ cõmunẽ vsũ loquendi qui in omnibus dispositionibus preualet.l.librorũ.§.qui tamẽ Cassius de leg. iij. qualiter aũt cõis vsus esse debeat an peritorũ an etiã sufficiat idiotarũ?traditur in rub.de no.oper.nuncia late apud Alc.lib.ij.colu.v.vers.ex vsu.ff. de ver. sig.per Curtiũ Iuniorẽ con.v.col.mihi.v.vbi etiã dicit ꝙ præsumitur statutũ editũ a personis eruditis,Graueta refert in rub.de leg.primo nu.v.

9 ¶Statuta sunt taliter interpretãda etiã impropriatis verbis vt aliquid operentur Bart. in l. ii.ff.de vsucap. Bal.in rub.C.qui accus. nõ possunt,Pau. in c.pastoralis de excep.Bar.in l.ij.ff.de vsucap.iõ sumitur arg.a contrario sensu quãdo in directo nõ operantur,notat Bal.in l.obseruare.§,proficisci in iiij.q.ff.de off.proconsul,notãt doc.in l.i.§.huius rei de off.eius,Et generaliter loquẽdo extenditur ad aliũ casũ quãdo alias nihil oparẽtur arg.l.ij.ff. de iur.omni.iudi. p Bar.in l.nõ dubiũ.C.de legi.

10 ¶Statuta recipiũt intepretationẽ naturalẽ,iurisg. & diuinã Bal.in rub.C.qui accus.nõ possunt col. fina.Ideo nunquam intelligũtur vt sit sublata citatio Alex con.lxxxiij.lib.ij.

11 ¶Statuta terrarũ cõsistũt in maiori parte in sic uolo sic iubeo sit pro rõe voluntas,Bal.in c.i. de alie. feud.Socy.cons.108.volu.i.nu.7.ideo dicitur ad limites esse intelligenda quasi non adsit ꝓbabilis rõ,vide Cattell.Cottã in memor.inci.stat.terrarũ.

12 ¶Statuta potius sunt ĩterp̃tãda scm̃. ll. loquentes de vltimis volũtatibus quàm de cõtractibus Bar.in l.i.circa finẽ.ff.de his quib.vt indignis Ias.in l.fin. nu.51.de cõst.prin.Alb.Bru.in trac.stãt. masculis art.ix.nu.87.&vide Eu.in loco a lege ad testatorẽ.

13 ¶Statutũ nõ recipit declarationẽ a iure cõi irregulari seu speciali Pau.Cast.in l.lege.xii.tab.in fi.C. de legi.her.Rui.cons.37.nu,13.in tertio.

14 ¶Statuti verba vbi nõ cõueniũt nec cõuenit illius dispõ.l.ita aũt in prin.ff.de admi.tut.l.iiij.§.tonẽs ff.de dam.inf.vbi Bar.c.ad nostram el.iij.extra de iure iur.Alex.ita arguit cõs.xvij.col.i.lib.1.Iac. Butrig.in l.mancipia.C.de ser.fugi.

15 ¶Statuti verba vbi possunt accipi in pterito & ĩ futuro accipiũtur in futuro gl.in c.vt animarũ,&ibi notat Domi.de Const.in vi.gl.in c.i. in uerbo exceperint de clericis nõ resid.eod.lib.gl.notat in l. cũ lege.§.pen.vbi Bal.ff.de cond.& demõstr. not. Bar.in l.oẽs populi in vi.q.prin.versi.pono aliud de iust.& iure,Alex.cons.vij.nu.iiij.lib.ij.

16 ¶Statutum ambiguũ recipit potius declarationẽ ab eod.stat.quam a lege comuni Anch.cõs.cclxvij. ista Domina ver. non obstat, & 424. viso puncto col.fi.Decius cons.lxv.col.2.Gratus cons.clvi.nu. xxx. lib.ij.Paris.cons.97.nu.14.vol.iij.Alex. cõsi xxxij.col.ii.vol.7.immo etiã a rub. ipsius statuti, et econtra rub. dubia ab ipso nigro Doc. abunde in l.i.ff.si cer.pet.Socy.cons.92.nu. v.cum simil.

17 ¶Statutum disponens id quod ius commune an sit ius municipale dicendum?quia non videtur esse proprium ipsius municipij vnde venit in dubitationem nunquid sublata lege communi dicatur sublatũ ipsum statutũ,Et aliquib.videtur ꝙ nõ tanquã proprie ad eũ finẽ statuentes ordinassent illud statutum vt non dependeat a iure communi,de qua q.tractat Alex. post Bart.allegans omnes doc.vsq; ad sua tempora in l.i.in prin.ff. ad l. falcid.& aliquid Euerard.in loco a ratione legis stricta col.fi.

18 ¶Statutum ambiguum in causis allegari non debet Bal.in.c.fi.vers.vlterius noto per illum tex.de constitut.sac.l.de ætate.§.nihil interest.ff.de inter rog.act.Decius cos.540.in fi.fac.notat.in.l.in ambiguo.ff.de rebus dub.

19 ¶Statutum vt procedat in casu debẽt omnes qualitates eius probari Bar.in.l.i. §. ait prætor. ff. ne quid in flu.pub. Decius in consi.524. nu.1. cum aliis locis infinitis,Paris.con.152.nu.5.vol.4.Vide post omnes Catt.Cott.in memo.incip. Qualitas legis vel statuti.

20 ¶In statutis non habet locum , argumentum a contrario sensu , quia illud venit ex extensione; non ex propria significatione,Bar.in.l.omnes populi col.antepen.versi.iuxta prædicta de iust. & iur.Alex.consi.xvij.visis col.ij.lib.ij.ponunt doc. in.l.j.§.huius rei.ff.de off.eius cui man.est iurisd. vbi videbis fall.ratio est,quia per tacitos, & subauditos intell.non debemus iura corrigere.c.cupientes.§.ꝙ si per xx.de elect.in.vj. in gl. patere,Paris. consi.lvj.nu.xxj.vol.ij.

21 ¶Statutum editum cum certis modificationibus noui aliquid inducens quicquid ibi exprimitur pro forma esse dicitur,ita P.Anch.con.ccxlij.ex tenore priuilegii,Decius consi.528. iu fi. subdens , ꝙ in dubio forma statuti dicitur substantialis Bal. in.l. comparationes in.iij.opp.c.de fid.instru.

22 ¶Statutum quando pluries exprimit idem verbũ non videtur velle ꝙ fiat extensio ad alium casum , quâm nominatũ licet materia sui natura esset proportionabilis aliis,glo.est nota. in clem. prima in verbo diocesanis de iur.patr.qnam ita notat Gemi.in c.duobus col.v. de rescrip. in vj. Ias. in.l. si constante nu.lxxxiij. solu.ma

23 ¶Qualitas posita in vno capite statuti contrario iuri commuui non censetur reperita in alio capite,Soci.in notab.decisione in.l.gallus.§. Etquid si tantum colu.v.versiculo postremo.ff.de lib.& posthumis Goza.consi.xix.col.ij.

24 ¶Statuti verba contra ius commune loquentia de priuatis non habent locõ in vniuersitate Ang.in l. nihil interest.ff.ad maced.Anto.de Butrio.in cap. graue de preb.in iiij.not.asserit Decius communẽ

esse in consi.cccclxxxvi.num.viij.

25 ¶Statutum loquens in casu vero non extenditur ad casum fictum l.iij.§.hæc verba. ff. de nego. gestis.s. vbi loquitur contra ius cōmu. secus si præter Alex.consilio ccvii.nu.xxii.lib.vi.Paris.cons. xxii.nu.xvii.volu.ii.Alciatus pulchre declarat in lib.ii.de verb.signif.colu.xlvi.cum duab.seq. nisi sint per omnia eiusdem effectus vt dicitur in morte ciuili iuxta notata in l.gallus.§.& quid si tantū ff.de lib.& posthumis.

26 ¶Statutum loquens in simplicibus non extenditur ad casum mixtum, ita colligit Alex. ex Bart. in l.certi conditio.§.quoniam.ff. si cer. petatur.l. vim passam.§.præscriptione.ff.de adul.& quę no. in.l.ii.ff.de verb.signif. Rui.con. xv. nu.xxv.li.3.

27 ¶Statutū generaliter seu simpliciter loquens debet generaliter intelligi.l.i.§.generaliter.ff. de lega.præstan.l.de pretio.ff.de publiciana.l.prospexit.ff.qui & a quib.ma.lib.nō fiant, & hoc argumento vtitur Alex.in cons.clxxxxvi.nu.ii.lib.vi. & proculdubio hoc est quando constat ꝙ statuentes indistincte corrigere voluerunt legem generaliter intelligendam, puta si extaret aliud statutum ꝙ verba statutorum deberent intelligi prout iacēt ad literam, ita intelligitur d.l.prospexit.Item si non potest fieri restrictio salua ratione recti sermonis vt quia diceret quilibet cuiuscunque conditionis, vel diceret quouismodo Sal.in l.si serui vestri col.ii.C.de noxal.Alciatus in lib.i. de verbor.sig.col.xix.versi.quod diximus statuta &c. Et procedit vbicunque in statuto nulla est expressa ratio & dubium sit quæ ratio mouerit statuentes, tunc.n.standū est statuto & verbis eius l.i.§.si is qui nauem.ff.de exercit.l.non aliter de leg. tertio.Bal.in l.maximum vitium. C.de lib. præt.no. per Doc.in l.non dubium.C.de legibus, & sic seruanda est lex quanquam dura.l.prospexit. ff. qui & a quibus manu.lib. non fiunt.

28 ¶Statutum generaliter loquens respiciens publicam vtilitatem non recipit restrictionē de habilitate.l.iii.§.sed verum versic.hæc quoq;. ff. ad silania, Alex.in l.si ab hostibus nu.ii.ff. solut. mat.& habetur per Saly.in.l.si serui vestri col.ij.ver.Aut queritur C. de noxal.vbi gn̄alius loquitur Saly. dicens ꝙ quando statuta sunt fauorabilia non recipiunt restrict. de habilitate personarum nisi esset tanta inhabilitas quæ impediant priuilegium eis conuenire, vt ipse ibi exemplificat.

29 ¶Statutum si venit ampliatiue ad ius cōe tūc idē erit in ampliante quod in ampliato Alex.in l.si qs priore.ff.ad Treb.nu.vii.post Bal.in rub. extra de causa poss. & prop.facit.l.asse toto.ff.de hęr. inst.

30 ¶Statutum generaliter loquens in materia iuris communis late intelligitur, vt addat iuri cōi nisi insurgat graue præiuditium, Alex.post Imol.in l. iiij.§.prætor.ff.de dam. infec. Ias. in l. properandum.§.siue autem alterutra C.de iudiciis Alciatus lib.i.de verborum signif.col. xix. vbi quædam exempla in id expendit.Nam generalis videtur cōclusio quoniens in statuto rei iam iure communi concesse extensio fit nulla datur restrict.iux.l.i.§. nūciano, & quæ ibi annot.scrib.omnes.ff.de no. oper.nunciatione, nam isto casu generalia verba ad aptitudinem non coarctantur.

31 ¶Statuta generaliter loquentia non restringuntur secundum ius commune quādo dispositio iuris communis non tam effectum respicit, q̄ formā verborum, seu honorem quēdam non admodum magnum, vt ꝙ pater teneatur relinquere filio legitimam titulo institutionis, nam si fiat statutum augens legitimam filiorum, non intelligitur ꝙ debeat relinquere titulo institutionis, quia non tanti est ratio, quæ Iustinianum mouit, vt generalitas sit restringenda, ita Alciatus in lib.j.de verbo.sig. col.20.versi.his amplius, &c.vbi citat Bal.in.l.maximum vitium, col.penult. versic. in contrarium videtur, &c.C.de lib.præteritis, qui tamen Bal. vtitur alia ratione, nempe illa, quia statutum venit ad ius commune derogatiuum, ideo non recipit restrictionem ab illo iure, sed inquit Alciatus crebriore calculo reprobari eam rationem quod verum est, vt infra patebit. Et habetur apud Ias.in l. omnes populi, col.fi.de iust.& iure.

32 ¶Statuta non restringuntur ex dispositionibus legum extraordinario quodam modo aliquid inducentium, exemplum lex iubet matrem ab agnatis excludi, certe non excludetur a sororis filio, qui ascitus est in agnationem contra regulam iuris.l. meminimus.C.de legitimis hęredibus, Ias.in.l.omnes populi in fi. de iust.& iure.

Quando extēsio fit de uno casu ad aliū.

33 IN extensione nō videtur differentia fienda inter legem cōem, et ipsa statuta data terminorū paritate ita Saly.not.in l. si serui vestri nu.22. C.de nox.quod nota si verum est, & dictum Saly.videtur esse de mēte Bar.in l.non dubium col.ij.versi. si vero non reperitur ibi quod intellige etiam in statutis & consuetudine C.de legibus. Et isto modo tempera dictum Bal.in l.ij.C. si aduersus donat.

34 ¶Statutum extenditur ad alium casum in statuto non expressum quando est eadem ratio, per gl. in l.oēs In verbo apostolicæ C.de feriis vbi loquitur de apostolis tamē gloss.extendit ad virginē Mariam cum infinitis prope iuribus, & authoritatibus citatis in hoc per Cassaneū in conclus.sui operis super consu.Burg. Et hoc procedit, vbi ratio est expressa in statuto etiam si sit correctorium iuris cōmunis, ita tenet Bal.in auth. quas actiones C. de sacros.Eccl.l.per.l.his solis. C. de reuo.dona.l.cū mulier §. i. ff. soluto matrimonio, inducendo vt ibi inducit Raph. Cum.idē Pau.Castr.in l.quāuis C.de fideicō.idē Ias.in auth.nō licet C.de lib.pret. Hęc fuit cōclusio Cy.in l.quicūq; C.de ser.fug.

35 ¶Idem si ratio vnica tātum assignari posset in statuto correctiuo ex quo illa habetur pro expressa gl.sing.in l.quamuis C.de fideicom. quā ibi not. Bal.& Pau.Castr.Ias. inst. de act. §. omnium viij. col.vbi dicit glo.in Clem. prima in verbo eligatur de elect.expresse tenere istud, Alex. cons. 48. col.iij.vol.primo, idem Ias.in d.auth.quas actiones C.de sac.eccles.col.vij.

36 ¶Statutum penale & correctorium non extenditur ex identitate rationis etiam si nõ sit expressa in statuto gl. in clem. vt hi qui in verbo eisdem de ętate & qualitate & per illã gl. ita expresse tenet Rom. consi. 122. incip. licet magna. Ias. in auth. quas actiones C. de sac. eccles. vbi plures hanc con clus. tenentes allegat.

37 ¶Statutum extenditur ex identitate rationis ad alium casum, vel aliam personam attenta larga significatiõe vocabuli gl. in auth. minoris debitor C. qui dare tut. possunt. glos. in clemen. prima in verbo eligatur de ætate & qualit. Ias. in l. i. in fi. primę col. ff. de vulg. & pupillari l. filiũ habeo ff. ad macedonianũ l. senatuscõsulto ff. de ritu nuptiarũ.

38 ¶Statutum etiam correctorium extenditur vt non resultet absurdum l. scire oportet. §. aliud. ff. de excus. tutorum Imol. in l. si vero. §. de viro, in prima fall. ff. solut. matri. vbi ponderat glo. in clem. fin. in gl. i. & secunda. de rescrip. Ias. in l. fratres col. prima. C. de inoff. test.

39 ¶Statutum quando alias redderetur elusorium tunc fit extensio ex identitate rationis etiam si fit correctoriũ iuris vt l. si stipulatus. fuero per te. ff. de verbo. obligati. Bar. in l. non dubium C. de legib. Ias. in authen. quas actiones viij. col. C. de sacra. Eccles.

40 ¶Statutum in vno correllatiuorum extenditur ad reliquum ex identitate rationis, hęc conclusio probatur ex l. fi. C. de indicta vid. toll. Bal. in l. liberorum. ff. de his qui not. infa. Bal. in auth. quas actiones col. ij. C. de sac. Eccles. Bar. in l. i. C. de cupressis, Domi. in c. eos. §. clericis col. fi. de tempor. ordi. in l. vj.

41 ¶Statutum extenditur de vno casu ad alium quã do duo casu ęquiparantur per l. antiquam gloss. in l. si quis seruo persuaserit C. de furtis, melior. in l. quod vero contra. ff. de legib. Bar. in l. Marcellus in prin. ff. ad Treb. notat in l. i. ff. de leg. primo.

42 ¶Quando duo sic se habent ꝙ vnum venit consecutiue ad alterum dispositum in vno habet locum in altero c. cum in cunctis extra de elect. ista fuit conclusio d. ant. in c. fi. extra de consuetu.

43 ¶Quando aliquis casus est subrogatus loco alterius contenti in statuto, tunc statutum extenditur ad illum casum subrogatum loco casus contenti in statuto gl. est sing. in clem. Et si principalis in fin. de rescrip. Iacob. Butrig. in l. placet. c. de sacrosan. eccl. Ant. de But. in. §. c. fi. extra de consuetu. Ias. in l. ij. ff. de vulgari.

44 ¶Statutum loquens in casu singulari extenditur ad pluralem, vbi est eadem ratio, puta si dicat, si quis produxerit falsum testem, nam punitur etiã si producat falsos testes. ff. de iur. om. iud. l. si idem §. fi. gl. ff. de dolo. l. j. §. dolum. l. iij. §. negotia. ff. de neg. gestis. Et ibi Bart. Item loquens de actu extenditur ad iteratum, extra de elect. c. si electio in. vj. in glo. fi. in verbo Capellas, Ant. in. d. c. fi. in. ix. fall.

45 ¶Statutum trahitur de vno casu ad aliũ quando vnus casus est expressus per modum exempli not. in c. si Papa de pri. in vi. philipp. Franc. in c. i. de temp. ordi. in vi. in xvij. limitat.

46 ¶Statum extẽditur ad alios casus per legem cõmunem nõ decisos. l. non possunt. ff. de legibus Saly. in l. si serui vestri C. de noxalib. col. ij.

47 ¶Statutum loquẽs in materia iuris cõmunis & faciens aliquas exceptiones factas etiam a iure communi non excludere censetur alias excogitatas ab eod. iure communi. Abb. in c. ad audientiam de clericis non resid. Rui. consi. i. col. 4. vol. 4. Secus autem si loqueretur contra ius vel præter Paris. consi. 159. lib. i. vide Crauetam consi. i. num. 39. vol. 2. & Ias. in l. transigere. col. v. C. de transi. sed contra tenet Bal. in. l. ita nobis pudor. c. de adulteriis, vt refert Ias. in. l. si constante in prin. nu. 86. ff. so. matr. sed Bal. loquitur in materia odiosa, prout patet ex l. quam allegat, vt Ias. ad vertit, quem omnino vide quia ponit pronunciatum indistincte.

48 ¶Statutum quod per viam regulæ procedit, censetur repetitũ in quolibet statuto seq. Bar. in. l. iij. §. erit. ff. vi. Bo. rapt. Ruy. consi. 123. nu. x. lib. v.

49 ¶Si statutum impediat extensionem, intelligitur de omnino dissimili, non de omnino simili glo. in l. illud. C. de sacros. eccl. Ant. de But. not. in. c. fi. in xj. col. versi. Quarto restat de constitutionibus.

50 ¶Facilius fit extensio de casu ad casum, quàm de vna persona ad aliam, vide Aret. in. l. gallus. §. & quid si tantum de de lib. & posthu. col. 3. Rapha. Cuma. in. l. commodissime. ff. de lib. et posthu. vbi Ias. colum. 2. Imo. in. l. si vero. §. de viro, nu. 18. ff. solu. mat. allegat regulam, Quę a iure communi exorbitant, cum ibi not. de regu. iur. in. vj. & l. ii. C. de interd. matrim. facit. l. patri, de adulterijs.

51 ¶Statutum extenditur de vna persona ad aliam, quæ eadem reputatur secundum iuris censuram, vt puta ad hęredem tex. est in l. libertum. §. j. de ritu nupt. dummodo sit eadem ratio.

52 ¶Statuta exorbitantia a iure communi, seu limitatoria iuris cõmunis, quod idem est, vt docet Alciatus lib. 2 col. 61. de verbo. signifi. quicquid ita crediderit Ias. in. l. si. constante. ff. solut. matri. extenduntur de vno casu ad alium, quãdo dispositio est fauorabilis, & ex humanitate inducta tex. est. not. cum sua glo. in. l. i. C. de his qui ante aper. tabulas, quod procedit etiam si promptior ratio sit in casu expresso, quàm in non expresso, vt probatur in. d. l. vnica. Item si adsit taxatiua in statuto huiusmodi, vt est glo. singularis iunc. tex. in. l. fi. C. de reuo. dona. & ibi. Cy. & Saly. habetur per gl. & doct. in l. illud. C. de sacros. eccl. per Bart. in. l. si constante in. ix. quæst. primę partis. ff. solu. mat. natura enim taxatiue dictionis est sic excludere penitus extranea, ꝙ cuncta pertinentia ad rẽ includat, vt est tex. sing. in clem. exiui. §. cum autem de verbo. signifi. Ias. in. d. l. si constante, nu. 84.

53 ¶Statuta quæ non loquuntur contra ius commune, in casu vero habent etiam locum in casu ficto, dixi supra.

54 ¶Quando duo sunt quorum vnum mensuratur ad instar alterius dispositum in vno extenditur ad reliquum, vt patet in tutela legitima quæ deferebatur ad instar successionis ab intestato, ita voluit Bar. in l. i. ff. de legi. tut. Ant. de Butrio in c. fi. de cõsuet. Areti. in rub. de ff. acqui. poss. col. 2.

55 ¶Statutum in vno ex contrarijs censetur statutũ

in altero per contrariam rationem, exemplum in l. Et si contra. §. fi. ff. de vulg. sub, nam quod opera tur propositum in proposito operatur oppositũ in opposito. l. si vt proponis C. de nuptijs Aretin. in rub. de acq. poss. col. 2.

56 ¶ Quãdo duo se hñt adinuicẽ gradatim, ita ꝙ vnũ mẽsuratur gradatim ab alio, si fiat mutatio in vno ex gradibus videtur facta mutatio in altero, ita intelligitur gl. in verbo obseruantiam in cle. generalem de ætate & qualitate, Ant. de Butr. in allegato c. fi. extra de consuetudine, nam si licitũ sit donare aliquam quantitatem laico, & duplum ecclesiæ si ne insinuatione, si in laico augmentabitur quantitas per statutum nouum, ampliabitur & in ecclesia secundum Bart. & Cyn. in. l. illud. C. de sacrosanctis ecclesijs.

57 ¶ Statutum interpretans extenditur in omnem casum legis interpretatæ, tex. est in. §. j. in auth. de filijs ante dot. instru. natis, not. in. c. dispendia de rescript. in sexto.

58 ¶ Quando duo se habent, vt præambula ad vnũ & eundem finem, vt puta electio, & postulatio ordinantur ad finem prouidẽdi ecclesiæ propter identitatem rationis dispositum in vno extenditur ad reliquum, Ant. de But. in. c. j. post glo. de postula. prælatorum glo. in. c. quàm sit, &. c. sciant cuncti de electi in sexto.

59 ¶ Statutum nouum interpretans veterem legem, vel statutum antiquum, seu potius amplians vendicabit locum in omnibus alijs legibus, vel statutis fundatis super dd. iuribus antiquis, ita intelligatur glo. in. c. qui contra in verbo facta, de ele. in. 6.

60 ¶ Statutum etiã corrigens si reduceret nos ad ius antiquum cõsuetum censetur fauorabile, quia res de facili reuertitur ad suam naturam, ideo extenditur, gl. est in. c. statutum in verbo numerãdum de preb. in vj. Ant. de Butrio in. c. olim tibi de verb. signifi. Alex. in. l. si constante in princ. col. ij. ff. so. matr. Ias. in. l. properandum in princ. col. penult. C. de iudi. & alibi sæpe.

61 ¶ Statutum correctorium extenditur ad alium casum ex maioritate rationis, cui licet. de regul. iur. in vj. &. l. non debet. ff. eodem titulo, vnde si statutum permittat Maritum in distincte occidere adulterũ, extenditur ad vulnerãtem, ita Ant. de But. in rep. c. fi. de const. nam talis extensio fit virtute regu. antique, et dicitur potius extensio passiua, vide tamen quatuor fall. apud Euerardum in loco a ratione legis larga, char. 2.

62 ¶ Statutum factum intuitu salutis animarum, etiam si sit correctorium, extenditur ex identitate rationis, ista est theorica Bart. in auth. sac. puberũ circa finem. C. si aduers. vendit. Phi. Franc. in. c. i. de temp. ordi. lib. vj. in. 4. fall. & alibi multotiens.

63 ¶ Statutum quando corrigit super vno, quod venit consecutiue ad alterum si fiat mutatio, vel correctio in vno hæc correctio, vel mutatio extenditur ad alterum, ita not. dicit Domin. in. c. j. in. 4. fall. Lanfranc. in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. mar.

64 ¶ Statutum extenditur etiam correctorium ad alium casum quando casus ad quẽ extenditur comprehenditur sub expresso, secundum communem vsum loquendi, ita not. dicit Imo. in. d. §. de viro in viij. col. per id quod legitur, & not. in. l. libro rũ §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. ad quod faciũt notata per Bart. & doct. in. l. non dubiũ. C. de legi.

65 ¶ Statutum extenditur per rubricã habentem orationem perfectam not. in. l. j. C. ne fid. dotium dentur. Et in auth. nullum credentem agricol. circa princ. in glo. super verbo legem, plene traditur in l. i. ff. si cer. petatur, vbi Alex. transit cum prædicta decis. Et in consi. primo in iiij. volu. Nisi intelligendo Rubricam generaliter insurgeret correctio nigri secundũ Albe. de Rosate Saly. & Alex. in d. l. i. Alb. in rub. C. etiam ob chirograph. pecu. quia standum est nigro tanquàm magis deliberato, ita dicit Ant. de Butrio in proh. decr. allegat gl. in auth. ad hæc C. de vsuris, item quia nigrum tanquam posterius debet attendi l. pacta nouissima C. de pactis.

Restrictio generalitatis.



ALCIATVS in lib. j. de verbo. signi. col. mihi. ix. vers. sequitur tract. etc. vna regula videtur cõplexus fuisse omnia infrascripta pronunciata dicens notabiliter & elegãter more suo, Quotiens statutum de aliqua re, persona, & loco verba facit de idoneo, & & habili ex iuris communis dispositione intelligitur & hinc multas decisiones infert, quæ tamen particularibus capitibus nostris continẽtur, ideqꝫ author colum. xxj. versicu. nec ex hoc solum &c. Dicit decretum moderari ex persona, ex re, qualitate, quantitate, loco, tempore, bono, malove, & iusta excusatione, quorum exempla late & distinctę prosequitur. Valde enim scitu digna sunt.

66 ¶ Statutum generaliter loquens restringitur ne quis indebite damnũ patiatur l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patr. & quod legitur in l. 2. C. de noxali. est tex. not. in c. dilectus, & in c. audientiam de clericis non resid. Et vtrobique not. per Imolã. Est de mente gloss. in l. fina. §. in computatione super verbo confunduntur in fi. C. de iure delib. Bar. in l. omnes populi in vi. q. principali de iust. & iure Alex. in l. fructus circa mediũ ff. sol. mat. etiam si taliter restringendo nihil operaretur Alexan. in. l. prena rerum nu. 9. ff. ad l. falcidiam.

67 ¶ Statutum generaliter loquens restringendũ est ne quis indebite lucretur l. vt gradatim. §. et si l. ff. de mu. & honor. idem si lucraretur contra mentẽ disponentis ex ratione adiũcta l. cum pater. §. dulcissimis de leg. 2.

68 ¶ Statutum generaliter loquens restringitur per rationem in eo appositam vel immaginabilem, ita Petrus, Cyn. Pau. Castr. & doct. in l. non dubiũ C. de legib. Bal. in l. maximũ vitiũ. C. de lib. præte. hinc est ꝙ si statutũ reiiciat omnes exceptiones, puta cõtra instrumẽtũ vel sententiã nõ intelligitur excludere illas quas paratus est in continenti probare, quia videtur cõsiderasse malitiam Abb. in c. suscitata de in integr. restitut.

69 ¶ Statutum restringitur quãdo per aliud statutũ repe-

reperitur facta restrictio. l. quanuis & ibi Ang. not. C. de fideicommiss. per gl. in l. de preno. ff. de publicia. & per doct. in præallegata. l. non dubiū C. de legib. hinc est φ statutū excludēs oēs exceptiones nō intelligitur excludere illas que descēdūt ex alio statuto Bar. in l. prima §. Et patui. ff. quod vi aut clam Rui. consil. 138. nu. 10. lib. v.

70 ¶ Statutum generaliter loquens restringitur quā do resultaret absurdum tex. est not. in l. scire oportet. §. aliud ff. de excus. tutorum, facit l. vt gradatim. §. i. ff. de mu. & ho. & l. i. iuncta gl. in verbo vnus quisq; C. de sac. eccles. ēt si redderetur superfluū, Bal. in l. terminato circa fi. C. de fructib. & litis expensis. hinc est vt non debeat seruari generalitas vbi daretur materia delinquendi Alex. cons. 41. nu. v. lib. vij. hinc dicitur φ statutum debet interpretari vt non possit a sapiente reprehendi l. saluio Aristo. ff. de leg. prestan.

71 ¶ Statutum generale restringitur quando fieret præiudiciū tertio si non fieret restrictio tex. not. in l. si quando in prin. C. de inoff. test.

72 ¶ Statutum debet restringi vt non resultet impossibile statuentibus l. continuus actus. §. cū quis. ff. de verb. obl. l. apud Iul. §. fi. ff. de leg. i. l. ij. de administrerum ad ciu. perti. Abb. in c. a nobis de sent. excō.

73 ¶ Statutum debet ita restringi vt nō aperiatur via malitijs l. infundo ff. de rei vendic. l. quoties nihil ff. de reg. iuris Ias. in l. ii. C. de indic. vid. toll. Alex. consi. lv. consideratis volu. i.

74 ¶ Statutum generaliter conceptum corrigens in aliquo ius commune non debet intelligi generaliter corrigere iura omnia circa eandem materiā loquētia, habetur in auth. offeratur. C. de litis cōtest. & in l. sciendum. ff. qui satisd. cogantur Alex. in l. inter cetera ff. de lib. Et posthu. secus si non loquatur de materia iuris cōmunis Ruy. cons. 32. nu. 13 vol. 3. Catt. 9. Cotta, in suis memo. in verbo statutū derogans.

75 ¶ Statutum generale φ contra instru. publica non possint opponi nisi certe quædam exceptiones habebit duntaxat locum contra illum cum quo factū est instrumentum secus si ageretur contra tertium possessorem l. si vnus §. ante omnia ff. de pactis vbi Ias. adducit Io. de Imola in l. fi. ff. quis & a quo app. sit circa antepen. carth. versic. aduerte tamen, simili modo intelligitur statutū tribuens execur. instr. guarentigiato Ang. in l. ii. C. si aduersus creditorē per gl. expressam in l. ea lege. C. de condictione ob caus. quod dictum præcipit notari contra ignorantes procuratores & aduocatos.

76 ¶ Statuta non extenduntur ad casum iuratum gl. in c. cum non deceat de electione in vi. Alex. consi. 38. num. 10. lib. 3. Goz. cons. 88. nu. 7. Rui. cons. 132 nu. 6. vol. 4.

77 ¶ Statutum generale restringitur per rationem naturalem Ant. de Butrio in c. iij. de prebendis Abbas in c. proposuit & in c. sugestum de appellationibus illa. n. habet vim legis l. scire oportet. §. sufficit. & ibi Bal. hoc notat. ff. de excus. tutorum Bal. in c. i. col. viij. de const. & in auth. ingressi, col. i. C. de sacros. eccl. mod. in l. illam C. de collat. namq; debemus coniecturari rationem in l. vel statuto & credendum φ iuris lator non fuerit monis absq; ratione cum sine ratione non fit lex. c. erit autem lex quarta distinctione Cy. post Petrum. l. non dubium. C. de legibus.

FINIS.

DE OFFITIO ET IVRISDITIO-ne[b] D.[c] potestatis[d] Bononiæ.[e]

a 
FFITIO: Hic capitur officium pro exercitio iurisdictionis sicut fit in l. i. ff. de off. eius cui man. est iurisd. cum alijs infinitis rubricis quę illo modo incipiunt, & in l. i. ff. de iurisd. o iudi. vbi dicit, Iusdicentis officium latissimum est, Alibi vero capitur pro exercitio alicuius operis absq; iurisditione vt patet infra rubrica de Electione nunciorum, & ipsorum officio, et in titulo. ff. de off. assessoris & in decreta. de off. custodis, & de officio sacriste. nam est terminus generalis ad omne ministerium gl. in l. legatis. §. si ex officio de legatis iij. Ac ethimologia vocabuli hoc indicat, qa dicitur ab efficiendo vt not. Abb. post. Cald. in c. post cessionē in penul. not. de proba. & ibi etiam dicit ꝙ est nomen gene rale, hinc coquus dicitur habere officiū cle. ad nostrum. §. j. de censibus, late deducit Phil. Decius in rubrica de off. delegati nu. iij. vers. venio ad secundam. & repetit etiam in rub. ff. de off. eius col. ij. & Ias. in d. l. i. de iur. o iu. inferentes ad non nullas. qq. in practica satis vtiles, Vide etiam Con. cons. lxxvi. nu. ix. lib. iij.

b ¶ Iurisdictione: Hic accipitur iurisdictio in genere, vt comprehendat merum & mixtum imperiū, & simplicem iurisdictionem, vt in simi. interpretatus, est Alex cons. xxxv. viso processu col. j. lib. iiij. Est nanq; iurisdictio in genere sumpta potestas de publico introducta cum necessitate ius dicendi, & æquitatis statuendę tanquam a persona publica, Gl. & Bar. in l. i. ff. de iuris. o iudi. vbi dicit ꝙ diuiditur in tres species. s. merum imp. mixtum & iurisditionem simplicem pro ut ipse met Bar. Latius prosequitur in l. imperium de iur. o. Iud. Nūquid autem officium & iurisdictio idem sint? disputat Bar. in eadem. l. i. & plura subtiliter dicit tandem quo ad propositum videtur considerandum esse officium, vel simpliciter vt officium potestatis, officium capitaneanis, vel prout coheret persone iudicis: siquidem simpliciter accipitur, officium & iurisdictio idem sunt, si vero pro vt coheret personę si accipiatur pro totali administratione differt officium a iurisdictione, quia vt dixi iurisdictio est ius & potestas, officium vero est exercitiū illius iuris vt. ff. de admin. tut. l. iij. §. in eum. Si accipiatur pro vt particulariter exibetur in qualibet causa, tunc officium est quoddam genus generalissimum cōtinens omnes species officij. s. nobilis, vel mercenarij, vel aduersarij, per quod iudex potest aliquid facere.

c ¶ Domini: Iste titulus optime accōmodatur potestati attēto ꝙ habet dignitatem, iurisdictionem merum & mixtum imperium: quoniam hoc respectu Doctores domini appellantur ad gl. in. l. i. ff. si cer. pet. probat lex. secundum responsum vbi Bald. notat. C. de contrah. et cōmitt. stipul. iuxta vnum modū legendi, Et scribit Petrus Lenasd. in trac. de priuileg. Doc. §. ij. in iiij. parte, per Ioan. de Imola. in rubrica. ff. de verbo. oblig. in primo not. Et valet argumentum de dominio ad iurisdictionē l. qui furere. ff. de statu hominum, qui tex. non est alibi, Sunt etiam nobiles vt dicit Bar. in l. iudices. C. de dign. lib. xij. Et quia sunt in dignitate iudices ideo sunt honorandi. c. vt debitus honor extra de appellat. l. omnem honorem. C. eod. met. titulo, & ex quo habēt dignitatem si moriantur ante finem officij totum salariū debet dari heredibus hoc argumentū facit Bart. in in consi. xliij. Quidam capitaneus lib. ij. vbi loquitur in capitaneo populi Pisani. per. l. i. C. de primipillo lib. xij.

d ¶ Potestatis hoc: Hoc verbum pluribus modis accipitur. l. potestatis verbo. ff. de verb. signif. & per glo. in. §. rursus in verbo potestate instit. de acti. & quod notat Bal. per illum tex. in auth. presbiteros in prin. C. de Episc. & cleri. cum simi. put late scribit Paunus in trac. de officio. & potestate capituli sede vacante, In quarto premisso, et licet verbo potestatis alias includātur cuiuscūq; nominis ac ordinis magistratus, vt in l. fideiussor. ff. de pign. ibi impetrauit a ptāte, & in l. iij. versi. pignorā tātū. ff. de reb. eorū & in c. i. de officio iud. delegati, & in c. inquisitionis. §. prohibemus extra de here. in vj. & in l. domesticis. C. de officio assess. Et per Decium i rubrica de officio deleg. col. iij. vers. secundo quod de potestate, & ibi declarat an potestas, & officium idem sint, Quo tamē ad rem nostram, & hoc loco, accipitur in masculino pro nomine proprio officij, seu vnius magistratus, ita videmus capi. in c. tua. §. j. extra de homi. ibi potestati Vincentiæ tradiderunt, per Archi. in c. magnum. xj. q. videatur c. quantus de verbo. signifi. Et addę supradictus Lucam de pœna, in titulo de exacto. & executo. l. ij. lib. xij. et Cor. consi. ccxliij. num. viij. lib. iij. Et Azo in summa de patria potestate, Bologninum in scholijs super priuilegio Theodosiano. Est quæstio inter scrib. an potestates nostri tēporis antiquis prætoribus sint similes? quæ ponitur in rub. C. qui admitti. Et vera breuiter est illa opi. ꝙ non quia potestates habent iurisdictionem suam limitatam a statutis ciuitatum quibus præsident quæ iurant seruare nec ab his possunt recedere nisi ex mag. causa. Prætores vero largiores habebant habenas de iure communi. Vt late per Philippum Decium ibidem nu. ij. Cum igitur pretores sint de numero spectabilium vt notat glos. in rub. ff. de off. pręt. Sequitur ꝙ potestates censendi sint de numero clarissimorum qui est gradus proxime inferior iuxta quę habētur per gl. & doc. in l. i. ff. de off. eius cui man. est iurisd. alibi tamen prætor ipse vir clarissimus dicitur in l. prima. ff. de reb. eorum, & in l. i. C. de tutelis illu. perso. sed Responde vt per Decium in d. rubrica de off. eius nu. xix.: Et tene menti ꝙ statuta loquentia de potestate habent etiam locum in capitaneo quandoquidem eadem est fere iurisdictio & potestas in quolibet ita Bar. in l. ij. §. & quidē. ff. ad Tertulia. Socy. meminit cons. xxxvj. lib. iij.

e ¶ Bononiæ, Licet alias in alijs dispositionibus cū fit mentio de nomine proprio alicuius ciuita-

tis

tis intelligere debeamus de illa quę muris finitur prout dicit Bar. in. l. vrbis. ff. de verb. sign. vbi proprie exemplificat, quando dicitur Bononia, Perusium, & similes, per illum tex. & l. nã quod liquide. §. si vnus de penu legata: tamen in beneficiis, & concessionibus uenit etiã territorium iuxta l. vnicã §. cum vrbẽ. ff. de off. pręfec. vrbis, constat. n. ꝙ est potestas, totius territorij, & districtus ciuitatis vt stati patebit ex nigro.

Decernimus[a] quòd quilibet potestas[b] Bono. qui pro tempore fuerit durante tempore[c] sui officij, habeat, & habere intelligatur[d], ac exercere[e] possit, & in tota[f] ciuitate Bononiæ, eiusque comitatu[g], & districtu[h],

a ¶ Decernimus. Verbum illud est ꝓpriũ legislatoris, quia est iuris noui introductiuũ habetur ꝑ scri. ꝑ illũ tex. ĩ c. decernimus. extra de iudi. vbi Fely. & ꝑ Cardi. in clem. i. de causa poss. & prop. dicã in statuto primo libri. sequ.

b ¶ Potestas: Est nomen proprium officij, sicut etiã prętor antiquitus dicebatur qui iuri dicendo pręfuerat, in lege. n. xii. tabul. referente Budeo dicebatur Iuris disceptator q priuata iudicet iudicari ue iubeat, Prætor esto, iuris ciuilis custos esto, huic potestati parento, quotcunq; Senatus creuerit populus ue iusserit tot sunto, & hic noster potestas, & secundum iura communia, & nostra statuta aduena esse debet, quia nulli patrię suę administratio sine speciali gratia principis permittitur. l. nulli. ff. de off. rectoris prouincię. l. nulli. C. de diuersis officiis vrbis Romæ lib. xii. vbi etiam declaratur qualiter intelligatur patria propria, habetur per Decium in. l. si eadem de off. assessoris. s. vt etiã propter incolatum prohibeatur ab officio publico habente administrationem, per Afflictum in com. constitu. Neapolita. in const. incip. iustitiarij vbi deducit aliquas fallentias: durante tamen officio tractari debet vt ciuis; gl. in l. ciues. C. de incolis, lib. x. late per Paridem de puteo in trac. syndi. litera. C. in cap. incip. ciuilitas.

c ¶ Tempore: Olim erat sex mẽsium, hodie vnius anni tantum ad similitudinẽ prætorum antiquorum, vt habetur inst. De perpetuis, & tẽporalibus acti. Incipit autem eius iurisdictio iurato off. & nõ ante Ang. per illum tex. in aut. vt iudices sine quo quo suffr. §. iusiurandum, inuestiturq; per baculi traditionẽ, vt notatur ĩ additionib. ad lecturã Bal. in tit. Qiud sit inuestitura ĩ addi. incip. ibi videas.

d ¶ Intelligatur. Licet hoc verbum denotet fictionẽ de se vt probat. l. vnica. in prin. C. de rei ux. acti. & in. l. quoniam, & ibi Bal. in. vi. not. ff. de his qui notãt. infa. in. l. hæres quandoq;. ff. de acqui. hær. quæ citat Roma. cons. 405. præsuppositis col. i. & Panor. cons. xx. casus in effectu col. i. lib. 2. vbi etiam allegat. c. ex studiis iuncta gl. de præsump. Phi. Decius in l. cum quid col. i. in iij. not. ff. si cer. petat. Hoc loco tamen veritatẽ significat propter coniũctionẽ verbi habeat pręcedẽtis, faciunt ad hoc quę ponit Ias. in. l. i. §. hęc aũt. ff. quod quisq; iuris occasione illius tex. ibi pro nulla habeatur, nec sit, & Socy. in rub. sol. mat. dum declarat. l., etiam. ff. de fund. dotali. Præterea non desunt iura alibi, probãtia, ꝙ verbũ intelligtur veritatem significet quę afferunt mod. in. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapio. non refero aliter.

e ¶ Exercere. Quia nõ sufficit habere habitu (vt vocant) iurisdictionem ideo subiũctũ fuit verbũ istud & quidẽ habitus non attenditur, sed exercitiũ, vt dicit Decius in. c. nouit col. 4. de iudiciis inferens ꝙ ppa Papa nõ dicitur superior ꝗ Imperatore licet ab Imp. ad Papam appelletur regulariter, vt ibidẽ Card. dicit in. 4. col. ver. pręsupposito aũt, de quo dicto nõ itẽdo aliqd determinare, & alibi dixit Bal. in. c. olim ex literis nu. xvi. de rescrip. qđ quo ad obedientiam inspicitur possess. & sic exercitium etiam de facto, non autẽ merum ius, allegat. l. i. C. de summa tri. faciunt dicta Abb. in. c. pastoralis. §. quoniam illo eodem titulo.

f ¶ Tota. Hoc verbũ bene conuenit ciuitati, quę est vniuersitas & vna est, & habetur pro indiuidua iuxta gl. & quę ibi Io. Fabri inst. ꝓ socio. §. i. & Bar. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret col. i. in fi. ff. de pactis & cõstat ex ipsa Ethimologia, quia ciuitas quasi ciuium vnitas dicitur, vnitas autem non recipit diuisionem xxiiij. q. prima. c. loquitur. Glos. in. c. dilecto de præb. in verbo diuidi.

g ¶ Comitatu. Nota ꝙ appellatione ciuitatis in stricta significatione non venit comitatus, prout declarat Bar. in. l. vrbis. ff. de verbo. sign. & Saly. in. l. cui pactũ. ff. de ser. expor. Io. And. & alii. in. c. si ciuitas de sent. excom. in vj. Arch. in. c. fœlicis de pœnis; Anc. in. c. statutũ. §. qa vero de rescri. ĩ 6. Et comitatus ꝓprie. & naturaliter importat territoriũ, villarũ, vel castrorũ subiectorũ, cõstitnẽtiũ eãd. rẽpu. & sic nõ ita arcte accipitur ꝓut capitur districtus, scđm Card. ĩ cle. ne Rom. §. sane col. 2. đ electio.

h ¶ Districtu. Dicit Bal. in. c. licet causã nu. 7. de ꝓb. ꝙ districtus est is quo arctatur siue distringitur originarius, & incola, & est vocabulũ ꝓcisum secũdũ illũ, allegat notata ĩ. §. rursus ist. de act. & l. i. C. vbi de poss. agi oporteat. Itẽ districtus est ĩ mari. allegat gl. in c. vbi periculũ de ele. in. 6. vnde expresse dicit Card. in d. §. sane ꝙ aliqua castra sũt de comitatu Imolę quę tñ sũt de districtu Bon. & ꝙ ista diuersitas fit hic. Bõ. Alibi aũt (obseruatur vt Paduę) qcqd est de districtu ẽt dicitur de comitatu, habetur late de istis per Fely. in c. Rodulphus extra de rescrip. Attende tñ quia alio respectu districtus est laxioris significationis quàm cõmitatus secundum Bal. in l. i. §. cũ urbẽ col. 3. ff. de off. pręf. vrbis, hinc est ꝙ clerici dicũtur de districtu iudicis laici qa aliqñ distringit illos ꝑ notata ĩ c. fi. de off. deleg. in 6. vbi Io. And. In nou. & adde Deciũ cõs. 114. Qñq; capitur ꝓ diocesi, qñq; pro comitatu ipso. c. prouinciæ 99. dist. & dicit Bald. ꝙ nullus dicitur habere territoriũ nisi qui habet merũ vel mixtum imperium,

merũ[a],& mixtũ[b] imperiũ,& ordinariã[c], volũtariã[d],& cõtẽtiosam iurisdictionẽ[e], administrationẽ[f],& gladij[g] potestatẽ, in cognoscendo[h], procedendo, terminando,& exequendo, in quibuslibet litibus,seu causis ciuilibus,& criminali-

quia potest in poss.mittere re ipsa.l.iubere cauere.ff.de iurisd.o.iudi.proprium.n.accidens territorij est in poss.mittere re ipsa, vnde consules artium seu mercantię non habent territorium, Ad. do Cassaneum in com.cons. burg.in rub. des iustiries, & droictz. §. i. in verbo on territorie, vbi ad saturitatem loquitur.

a ¶Merum. Est autem nota diffinitio meri imperij quam formauit Bart. ac doct. magis communiter placet.s.ꝙ est iurisdictio quæ off.iudicis nobili expeditur vel per accusationem,publicam vtilitatem respiciens,continetq; sex gradus.Maximum,maius,magnum,paruum,minus,minimum,vt late per eum in d.l.Imperium.ff.de iuris.o iudi.De iure cõi non videtur ꝙ potestates terrarum habeant iurisdictionẽ in criminalibus,nec etiã mixtum imperiũ,Bar.in cons. clxxxix.incip.primo queritur in prima parte, tenuit.Io.& Azo,& etiã Specul.tit.de iurisd.o.iud. ver.in simi.rõnibus vrgentissimis quas refert Bal. in commento de pace constantię in glo.criminalibus,vbi etiã refert Accursium in auth.de defen. ciuitatum dicere ꝙ hodie ex consuetudine mundi ciuitates sunt redactæ ad instar prouinciarum, adeo vt potestates sint loco præsidum, iccirco cõpetat ius gladij.l.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de offi.præsidis.Cor.cons.lxxvj.nu.viij.in fi. lib.i. nostra autem ciuitas est de comprehensis in pace Frederici Constantiæ celebrata. Et vide Bar. in cons. 189.primo quæritur lib.primo. Item consil. 449.lib.4.vbi dicit ꝙ ciuitates regulariter de iure non habent merum & mixtum Imperium,sed dũtaxat illę quæ præscripserunt vel habuerunt ex priuilegio.Vide etiam Pau.Cast.in l.eum qui.ff. de iurisd.o iudi.qui dicit ꝙ non potest dici vere potestas qui non habet merũ imperiũ, sed Alex. ibi nõ tenet illius opi.in hoc, Tene tamẽ ꝙ locus ille dicitur insignis qui habet merum & mixtum imperium Bal.& Ang.in l.si seruum in fi. princ. ff.de verbor.obl. vnde nostra ciuitas insignis est.

b ¶Mixtum.Est autem mixtum iurisd. quæ officio iudicis expeditur nobili ad priuatam vtilitatem, & similiter habet sex gradus ascensiue, & descensiue.

c ¶Ordinariã.Dicitur ad differẽtiam iurisd.delegatæ:& qui ordinariã habent suo iure vtũtur qui vero delegatã iure alieno,estq; reuocabilis sicut mãdatũ l.more.ff.de iuris.om.judi.& qui ordinariã habẽt mandare possunt regulariter,qui delegatã nõ,quæ regulę recipiunt plures restrictiones, dic vt ibi.Ordinariã dat lex:Cõsuetudo,Princeps populus,vt dicit gl.in d.l.& qa de iuris.o iu.& scias ĩsup ordinariã coherere ẽt psonę nõ territorio dũ adest persona,vbi vero deficit psona coheret territorio ita,Pau.ibi per l. fi.C.vbi, & apud quos,vide Bar.in hoc distinguentẽ in cons.i. quęritur,qd

est nu.189.in.i.part.vult.n.ꝙ in Castris nõ cohereat territorio.Specul.tit.de off.ord. §. i. & ii. vbi habetur in specie de huiusmodi potestatibus. Et in quibus differant ordinarius, & delegatus demonstrat Maranta in v.prin.distin. quartę partis principalis nu.23.vsq; ad finẽ d.distinctionis, vbi enumerat xl.differentias multũ vtiles. & nota ꝙ ordinaria est fauorabilis dlegata vero odiosa Cor. cõs.clvii.lib.3.viso.& lib. 2.cõs.30. primus quidẽ.

d ¶Voluntariã: Hæc vox opponitur cõtentiose iurisd.de qua statim subiicit, & dicitur volũtaria qa non exercetur nisi in volentes,& non sapit contẽtionem partium,immo vnanimi consensu exercetur a iudice vt habetur ĩ l.ij.ff.de off.pcõ. & lega. & ibi exẽpla sunt de manumissione,& emãcip.& adopnõe,respectu aũt iudicare debẽtis necessaria est, vt declarat Ful.& Ias.ĩ l.imperiũ.ĩ fi.de iur. o. iu. & Spec.in tit.met.§.i.ver.ad huius aũt,videtur dicere ꝙ exerceri potest ẽt ĩter extraneos volẽtes, & Abb.in.c.sicut te,nu.13.ne cler.vel mona.Rober.Maranta ĩ xviij.dist.quartę partis sui Specul.

e ¶Iurisdictionẽ.Scilicet simplicẽ,quę differt a mero & mixto.Et diffinitur,quę iudicis off.mercenario expeditur priuatã vtilitatẽ respiciẽs,ex qua patet quod qlibet petit qđ sibi debetur iure actionis. Habet totidẽ gradus quot& merũ &mixtũ impe. Et sic omnis causa pecuniaria est iurisdictiõis,ita Bar ẽt dicit in l.nec quicq̃. §. vbi Decretũ col. iij. ff.de off.procõs.vel hic nihil subaudias, & intelligitur de iurisd.in genere,quæ prædicatur de imperio,& simplici iurisd. diffinita hoc modo. Est potestas de publico introducta cũ necessitate iuris dicendi & æquitatis statuẽdę,glossa & ibi Bar. in l.i.de iurisd.o.iudicum,gl.in auth. de defens.ciuit.§. iusiurandũ in gl. magna.circa mediũ, & dicitur a iuris,& dictione,accipitur aũt pro potestate,insti.in proh.in ver.dictioni.

f ¶Administrationẽ.nã quidã sunt iudices sine administratione qui alias dicuntur sine cingulo secundũ gl.in auth.de iudicib. §. omnis col. vj. vbi exemplificat in magistrisscholarum.

g ¶Gladij.Exprimit vnum de gradibus meri imperij. Et hoc verbum sumptũ est de d.l.imperium,facit ẽt l.illicitas.§.qui vniuersas.ff.de off.præsid.Et merito in signũ. huius potestatis gladiũ portat.c. sunt quædam.xxiij.q.v.

h ¶In cognoscendo &c.Hæc verba limitant significationem meri imperij, vt scilicet non comprehendat facultatem, ac potestatem condendi legem generalem ciuitati, cui præsidet, hoc enim est maximum de gradibus sex imperii meri,quos considerauit Bar.in vulgata.l.imperium.ff. de iurisdictio.o.iudicum,& est de reseruatis supremo principi,vel supremis potestatibus &c.l.non ambigitur. ff. de legibus. vt Imperatori, vel Papæ.

Et nota

bus, seruando semper in prædictis omnibus iura municipalia Bon. in præsenti uolumine cōprehēsa in his casibus, quibus disponerēt, alias ius ciuile, & cōe, ius canonicū, seu cōsuetudinariū secundū ordinē, & formā nostrorū statutorū[a] his exceptis, quæ eidē potestati quolibet sint interdicta, & generaliter omnia possit & teneatur facere, & exercere, ac expedire ipse solus quæ quilibet alius[b]; iurisdictionē exercens in ciuitate, uel districtu Bon. cū suis qualitatibus, & aliis sibi adiunctis exercere, & expedire possit, uel teneretur, & per eū modum, uiā, & formam, quo, seu quibus exercere posset dictus alius iurisdictionem exercēs. Dum tamen occasione litium uel controuersiarum nihil soluatur eidem[c] uel alteri ultra quàm solui debeat ex forma statutorum comm. Bon. ita q.[d] potestatis, & eius Vicarij, idem tribunal[e] censeatur, & quod uni ex eis competit in ciuilibus, etiā alteri eorū cōpetere intelligatur: nisi aliter per nostra statuta reperiatur, specialiter esse prouisum, & nisi iurisdictio alterius ipsorū per reliquū fuerit præuēta in aliqua causa: quo casu alius in tali causa nō possit se intromittere[f] uel impedire, nisi propter impedimentum[g] uel defectum illius[h], cuius iurisdictio in tali causa præuēta fuisset. ¶ Et singulis[i] diebus iuridicis in causis ciuilibus, uel criminalibus debeat palatia aperta tenere, & cum suis[k] of-

Et nota hanc gradationem sine hos quatuor terminos in iurisditione considerabiles, nam certi reperiuntur qui habent ordinariam in cognoscendo & procedendo, in terminādo vero delegatam vt auditores domini nostri Papę sicut decidit Specul. tit. de offitio ordinarij. §. i. & gl. in clem. auditor de rescrip. Et idem titulo de delegato. §. iam nunc versiatem nō obst. magis autem cognoscuntur hi termini in iudice delegato, quia cōtigit aliquā cōmitti vnū vel nonulla ex dictis capitulis, non autē omnia, in nō cōmissis ergo nō pōt se īgerere, habetur i. l. a diuo Pio in prin. de re iudi. & in l. cognitio de off. eius cui mā. est iurisd. & in l. placet. C. de peda. iudi. adde insuper aliquando iudicē ordinarium posse de causa cognoscere, non tamen iudicare gl. in c. fi. §. si vero de sta. mon.

a ¶ Statutorū: Vt habetur in cōclus. statutorū. §. & vbicunq; & ibi dicemus abunde.

b ¶ Alius: Subaudi eādē exceptionē quę Paulo supra pcedit, nā secūdū statuta mercatorū ptor nō se īgerit ī causis illius fori.

c ¶ Eidem. Exceptis n. solitis salarijs tam in administratione positi, q̄ post depositum officium pro aliquo prestito beneficio tēpore administrationis, quàm iā gratuito meruerūt nihil quicq̄ accipere debent dicit tex. in l. fin. C. ad l. iul. repetund. & alibi dicit tex. estote contenti stipēdijs vestris 86. distin. nō satis. c. fi. xxiij. q. 1. paratus in fi. & c. militare, bonus tex. in auth. iusiurandum quod prestatur ab his circa mediū. Latius prosequitur Spec. tit. de salariis iudicū. §. si vero est ordinarius, & recurrendum est ad c. cū ab omni & ibi notata de vita & honestate clerico. vbi gl. tangit de xeniis, de quibus etiā in l. plebiscito ff. de off. pręsidis, vbi dicit q̄ munera accipere non debet præses nisi esculenta & poculēta quæ intra dies proximos prodigantur, estq; moralis tex. in

terminis in l. solent. §. fi. de off. procō. & legati. sequitur ex his q̄ ēt itineris & vecturarum nō debet habere expensas a partibus, sed omnino vide declarationem ac restrictionem per Paridem de puteo in trac. syndic. in litera S. in verbo salarium.

d ¶ Ita q̄. Melius item q̄, quia dictiones ita q̄ sunt illatiue ex præcedētibus & aliquando ampliāt, aliquādo restringunt Paris. consilio lxxxxij. numero lxxxxiij. lib. ij.

e ¶ Idem tribunal Cōcor. c. ij. de consu. & c. Romana in princip. de app. in sexto.

f ¶ Intromittere. Hoc fuit necessarium edicere cum ex eo q̄ idem tribunal sit arguatur q̄ possit ordinarius de iure se intromittere, vt notat. in d. c. Roma. in prin. immo vt glo. ibi in verbo idem attestatur, potest ordinarius prohibere vicario suo ne procedat, argumento l. iudicium soluitur. ff. de iudiciis, quia pręuentio solet considerari inter diuersorum tribunalium iudices. l. vbi ceptum & l. si quis postea. ff. de iudiciis.

g ¶ Impedimentum; Nota est regula q̄ propter impedimentum probabile vel necessarium recedimus a regulis iuris cōmunis vt legitur etabū de uotat. in l. i. ff. de off. eius cui mand. est iurisdictio. solet. n. dici q̄ necessitas non habet legem, de quo dicto innumeras ponit decis. Petrus Gerardi sing. 100. sed multo plures per And. Tiraquellū titulo de Retraictz lignagier. §. xxvi. glossa prima, maxime num. xviii. cum sequentibus.

h ¶ Defectum. Puta mortē quidquid alias dici possit per l. mortuo. ff. de iudiciis qua caueturvt causa deuoluatur ad successorē illius iudicis.

i ¶ Et singulis. Hic ponūtur plurima documenta quæ maxime obseruanda sunt ab ipso potestate.

k ¶ Cū suis. Nō aūt sedere cū aduocatis eis horis quibus cārū merita referātur ad l. i. C. de off. ciuilium iudicū, Spec. de aduo. §. hic dn̄dū ver. itē nō sedeat.

ficialibus stare[a] in palatio[b] ueteri, ad loca ordinata. ¶Et cuicunq; petenti ius reddere[c] & reddi facere debeat: facilemq;[d] in audiendo se prebeat, & patiẽter[e] audiat, & iuste respõdeat. ¶Nec prohiberi patiatur: aliquem non libere accedere[f] ad eum, & suos iudices, & officiales, seu familiares, & hostium[g] aliquod nullo modo patiatur opponi ad aliquas mansiones palatij, seu domorũ ipsius in quibus habitet perquod liber, & expeditus aditus quoquo modo nõ possit haberi horis iuridicis, & aliis horis cõgruis,[h] & honestis ad ipsũ D. potestatẽ, eiusq; iudices, & familiam: nec portam seu portellũ d. ipsius potestatis patiatur stare clausã, uel clausum, quin ad eum uel eius familiam liber habeatur accessus. ¶Et omnib. iustitiã[i] ob-[k]

a ¶Star c: Hoc idem iure cõmuni cautũ est. l. nulli. C. de offitio rectoris. l. i. C. vt oẽs causę, & in auth. vt iudi. sine quoquo suff. Et non debet cum subditis conuersari ne detur materia fraudandi iustitiã, arg. l. i. ff. de ambitu.

b ¶In palatio. Hinc illud Cathonis, Stato ad pręto rium, facit tex. in auth. de iudicib. §. sedebunt antẽ ibi, & nunc in regia basilica in quibus & nũc domunculis habitant &c.

c ¶Ius reddere. Hic est prĩcipalis finis propter quẽ creatur potestas & alij officiales eiusdẽ, arg. l. ii. §. cunq; cõsules &. §. seq. de ori. iur. Et iudex dictus ẽ quasi ius dicens. c. forus de verbo. signifi.

d ¶Facilẽ. Hoc sumptum fuit ex l. obseruãdum. ff. de off. pręsidis vbi tex. multum moralis docens qualiter se habere debeat iudex erga litigantes seu subditos, addo diui Cypriani sententiam de qua meminit Paris de Puteo in trac. sind. c. iij. nu. 47. Cunctis, inquit, esto benignus, nemini blãdus, paucis familiaris, omnibus ęquus, ad iracũdiam tardus, ad clementiam pronus &c.

e ¶Patienter. Facit. c. iudicantem xxx. q. v. iudicãtem, inquit tex. oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogãdi, respondẽdi, obiiciẽdiq; pręebita patiẽtia ab eo, vt ibi actio ambarum partium sit pleniter illuminata, Specu. titulo de offic. ordi. §. officium, bonus tex. in l. nec quicq̃. §. circa aduocatos. ff. de of. pro consulis & legati, Et inquit Imperator alibi, Relationes vicariorum si quando vsus attulerit libẽter audimus &c. Vnde iudex peccãs in hoc actione in factum conuenitur gl. in l. argentarius. §. cum antẽ ff. de edẽdo, imponere tamen potest finem verbosis concionibus aduocatorũ, vt notatur in l. proxime in fi. ff. de his qui in testamento delentur, ad quod illud Bernar. citatum per Lucam de pœna. C. de lucris aduocat. l. i. lib. xij. Miror quemadmodum religiose aures tue audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorũ, & pugnas verborũ, quę magis ad subuersionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morẽ, & precide linguas vaniloquas, & labia dolosa claude, hi sunt qui docuerũt linguas suas loqui mẽdacia, diserti aduersus iustitiã, eruditi pro falsitate, sapiẽtes sunt vt faciãt malũ, eloquẽtes vt impugnẽt verũ, hi sunt q astruunt nõ cõperta, sed suas struũt de proprio calũnias in nocẽtię, destruunt simplicitatẽ veritatis, obstruũt iudicii vias, & reliqua. Et ad propositũ istius tex. nota ꝙ duo sunt multũ aduersa consiliis, festinatio, & ira, nã vt dicit Seneca in prouerbiis, vbi furor ibi intellectus abest not. in l. i. C. vnde vi secundũ Bal. & in c. clerici de vi. & honest. clericorũ, idẽ Bal. in c. i. col. v. de iudi. dicit ꝙ non dicitur constans animi qui ad impetum se mouet, & veloci consilio comes est pœnitẽtia, secũdum Abb. in c. apostolicã de regularib. facit c. quanto vi. q. i. &. c. Deus secũda q. i. c. summopere xi. q. i. propterea debet iudex multũ deliberare procedere, nã alibi dicitur tẽpore indigemus vt aliqd maturius agamus. 50. distinct. c. ponderet.

f ¶Accedere. Hinc illud Ambrosij secundo de officiis, Oportet Regẽ vultum suum subditis ostendere, quia vultus principis representat vultũ totius reipubli. late Paris de puteo trac. sind. c. iiij.

g ¶Hostium. Conferunt quę ponit Afflictus in cõstit. Neap. incip. baiulos omnes nu. 4. vnde secũdũ Lucã de pœna in titulo de exac. tribu. lib. xii. l. ij. dicitur potestas quasi patens status, secundum vnam ethymologiam.

a Vicarij. Scias ꝙ in iure cõmuni tres reperiũtur ſpecies Vicariorũ ſeu locatenẽtiũ: primo modo dicitur vicarius is, qui conſtituitur ipſo iure a lege ſine facto hominis, prout eſt archidiaconus, qui abſente epiſcopo eſt vicarius epiſcopi. c. i. de off. archi. Secundo modo dicitur Vicarius is qui conſtituitur ab eod. ſuperiore a quo fuit conſtitutus ille ordinarius, & de hoc loquitur tex. in l. ij. C. de offic. eius qui vicem alterius ger. & in l. i. § a præfecto de leg. iij. Tertio modo dicitur vicarius, qui ſubſtituitur in locum ipſius met ſubſtituentis, & de hoc loqtur. l. aliquando. ff. de off. pro conſulis, vbi appellat legatum, & in auth. de collat. §. ad hoc ꝓhibemus, & in auth. ut nulli iudicum in princi. & Bar. in l. obſeruare de off. procõſul, & hæc colliguntur de mente Alex. in rubri. de off. eius, hic ergo loquitur de Vicario ſecundo modo, & habet proculdubio ordinariam iuriſdictionem per allegata per Alex. in d. loco, & poteſt omnia facere, quæ poſſet ipſe ordinarius in cuius locum ſubrogatur, vnde poteſt expedire omnes cauſas meri, & mixti imperij vſq; ad mortem, & membri abſciſionem incluſiue reprobata glo. ibi vt per Bar. in d. l. i. §. in quibus. ff. de leg. tertio, & in d. l. i. col fin. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. vbi in ſpecie reprobat d. gl. & ibi etiam Alex. xv. colu. & Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. ſed hoc ſtatuto limitata eſt iuriſdictio d. Vicarij, vt in nigro patet. Maius dubium eſt in tertia ſpecie vicariorum, ſed nõ eſt noſtrũ proſequi, quia de illa tertia ſpecie hic nõ tractatur. Et Poteſtas Bonon. ſemper habet Vicarium ſuum ex permiſſione & conceſſione ſtatutorũ, ideo ceſſant multa quæ habẽtur per Bart. in l. obſeruare. ff. de off. ꝓ conſ. Nam ſecundum antiqua iura Præfecti tantũ Vicarios habebant, vt in toto tit. de offi. vicarii, vbi appellatur dignitas. Item vicegerẽs, & locumtenẽs, & vicarius idẽ ſignificãt, vt per Corn. conſil. 48. lib. primo. nu. iij.

DE OFFICIO D. VICARII[a] D. Poteſtatis Bonon. & eius Iuramento.

PRouidemus quod Vicarius D. poteſtatis Bonon. qui pro tempore fuerit, poſsit, & teneatur cognoſcere de omnibus, & ſingulis cauſis ciuilibus, quæ corã eo mouerentur, uel corã ſuis præceſſoribus motæ fuiſſent, & in eis procedere, easꝗ terminare, & executioni mandare ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum cõmunis Bonon. & etiam de quibuſcunꝗ cauſis criminalibus. ¶ Et dumtamen pœnã ſanguinis[b] uel aliam perſonalem, ſeu pecuniariam maiorem lib. centum Bon. non poſsit imponere. Quam pœnã perſonalem, & maiorem centum lib. Bon. ſolus poteſtas[c] poſsit imponere etiã ex actis uicarij ſupradicti ſecũdum formã tamen ſtatutorũ Bonon. uel iuris. ¶ Et generaliter omnia poſsit, & teneatur exercere facere, ac expedire ipſe uicarius ſolus, quæ ipſe poteſtas, & quilibet alius iuriſdictionem exercens aliquam in ciuitate, uel diſtrictu Bonon. facere, exercere, & expedire poſſet, uel teneatur, & per eũ modum, & formã, & uiã, & cũ illis qualitatibus quo, ſeu quibus exercere poſſet dictus alius iuriſdictionem exercens, etiam compellẽdo adeſſe eius proceſsibus, cognitionibus, & deciſionibus; Et ſibi conſulere[d] omnes quos putauerit fore utiles, uel neceſſarios pro cognitione, & expeditione cauſæ. ¶ Dum tamen occaſione controuerſiarum, ſeu litium coram. d. Vica

b ¶ Pœnam ſanguinis. Approbata eſt gl. in l. 2. C. de off. eius q vicẽ alterius. quę eſt magis communiter reprobata a doct. in vicario facto a lege, vel ipſo iure, vel hominis miniſterio, vt dixi in rub. ſupra quam glo. etiam ſequitur Bar. in l. obſeruare. ff. de off. procõſul. Et proprie de vicario poteſtatis Bal. i auth. & omnino ver. iuxta hoc etiã quęritur &c. C. nevxor pro marito, Vide Rob. Maran. in v. diſt. quarꝗ par. prin. nu. xx.

c ¶ Poteſtas. Attende etiã, quia idem honor adhibẽdus eſt vicegerenti, qui & ipſi cuius vices geruntur, ita per illum tex. not. Franc. in. c. grandi in §. not. de ſupplen. negli. prę lat. in vi. Quod tamen tẽperã vt pBar. in l. filius. ff. de legatio. diſtinguens inter abſentẽ, & pręſentẽ. Et vide Alex. in l. adopti uũ. §. ſemper. ff. de in ius voc. & Abb. in cõſ. 21. vi ſo dubio in. i. par. vbi diſputãdo tenet ꝙ Vica. epiſco. pfertur archid. eccl.

d ¶ Conſulere. Quia quod a pluribus quæritur faciliter

ciliter inuenitur xx. diſtinct.c.de quibus. C. de fideicommiſſ.liber.l.fin. ad fin.

a ¶Ordinariam. Ex quo habet a lege vniuerſaliter merito dicitur habere ordinariam. Quia poteſtas, per ſe non poteſt dare ordinariam iuriſdictionẽ, ſicut nec Legatus de latere, vt plene docet Cor. cõſilio.xlviii.nu iiij. vſque ad finem conſilij. libro primo.

rio uentillandarum aliquid non ſoluatur, Siue ex ordinaria, ſiue delegata procedat. ¶ Et in prædictis omnibus regulariter habeat, & habere intelligatur ipſe Vicarius ordinariam[a] iuriſdictionẽ, & tam uoluntariam quàm contentioſam, ſaluo eo tamen quod dictum eſt ſupra in præcedenti ſtatuto de præuentione iuriſdictionis. ¶ Si tamen poteſtas legitime abſens fuerit a ciuitate Bono. uel taliter impeditus quòd per ſe ipſum illa expedire nõ poſſet, tũc ex ſpeciali cõmiſſione per poteſtatẽ fiẽda poſſit Vicarius etiã dictas pœnas imponere ſicut poteſtas poſſet, durante tamen ſolum, & dumtaxat abſentia, ſeu impedimẽto prædictis: Et aliis caſibus abſentiæ, uel impedimenti nedum poſſit ſed etiam teneatur dictus Vicarius exequi omnia quæ dictus poteſtas exequi poſſet. ¶ Teneatur etiam dictus Vicarius ſingulis diebus, & horis iuridicis, uidelicet de mane, & de ſero horis congruis ſtare in palatio cõmunis Bonon. iuridico, in ſolitis locis iuridicis, cũ poteſtate, & ſine eo, prout per noſtra ſtatuta eſt ordinatum: & cuicunq; petẽti ius reddere, & in eorum cauſis procedere, prout ex forma dictorũ ſtatutorũ, uel iuris ciuilis fuerit procedendum: Et generaliter omnia, & ſingula facere poſſit, & teneatur quæ eiuſdem Vicarij officio commiſſa ſunt, uel committerentur. ¶ Et Statuta ciui. Bono. ſeruare, & ſeruari facere teneatur, ¶ Et de prædictis omnibus ſeruandis, & exequutioni mandandis, teneatur præſtare corporale iuramentum[b]: & etiam de geſtis, & gerendis reddere rationem, & ſtare ad ſyndicatũ cum dicto poteſtate ſecundum formam ſtatutorum communis Bonon. ¶ Declarãtes quod notarij[c] diſcho: & officio Leonis, D. Poteſtatis deputati ſeu deputandi, & quilibet eorũ

Archi. abũde. Nam hoc iuramentum eſt maioris auctoritatis quàm ipſum verbale vt C. ſi minor ſe maior. dixerit. l. ſi alterius. & ibi not. φ in dubio iuramentum intelligitur de corporali.

b ¶Corporale iuramentũ. Ad differentiam iuramẽti verbalis in quo non requiritur tactus euangeliorum, vel alterius rei. De quo corporali iuramento bonus tex. & ibi materia in c. vt circa verſus medium de electi. in vj. vbi

c ¶Notarij. Qui ſunt nu. duodecim, vt habetur j de offõ. notariorum.

SEV

ſint,& eſſe intelligantur dumtaxat notarij,& officiales in dictis cauſis ciuilibus per D.Poteſtatem ,uel eius locum tenentem,aut eius Vicarium cognoſcēdis ſiue ex ordinaria , uel ex delegata, uel alia quacunq; iuriſdictione agatur, Reſeruato ſemper officio quorumlibet officialium officio maleficiorum nouorū,ſeu paruorū. ¶ Vbi uero de calūnia alicuius accuſationis factæ de dāno dato coram aliquo officiali cōmunis Bonon.tractaretur,posſint prædicti notarii ad Diſchum Leonis deputati, & nō alii,acta,& ſententias dictæ quærellæ calumniæ ſcribere ſuper quibus calumnioſis accuſationibus, & denuntiationibus cognitionem habeat ipſe Poteſtas. & eius Vicarius ſecundum quod in noſtris ſtatutis continetur,etiam alijs officialibus inhibendo.

DE OFFICIO IVDICIS Aquilæ.

ITem ſtatuerunt quod iudex poteſtatis qui præerit ad diſchum Aquilæ posſit,teneatur , & debeat cognoſcere de omnibus , & ſingulis cauſis ciuilibus,quæ coram eo mouerentur,uel coram ſuis præceſſoribus motæ fuiſſent , uel eidem,uel eius officio,ſeu præceſſori[a] ſuo cōmisſis , uel delegatis,& in his procedere,easq; terminare , & exequutioni mandare ſecundum formam ſtatutorum,& ordinamentorum ciuitatis Bonon.& in prædictis omnibus, & ſingulis habeat ordinariam iuriſdictionē tam uoluntariam quàm contēcioſam, Et ſingulis diebus,& horis iuridicis ſtare debeat in palatiis communis Bono. in ſolito loco ſuo iuridico , & cuicunq; petenti ius reddere, & in eorum cauſis procedere prout ex forma ſtatutorum communis Bono.fuerit procedēdum,

SEV præceſſori:Sub nomine officij, ad ea quæ leguntur & notantur in.c.quoniā Abb. extra de off.deleg. per noſtros in.l.& quia.ff.de iuriſdic.om.iud.

& in omnibus ſeruare ſtatuta, & ordinamenta Bonon. ¶ Item etiam ſtatuerũt, & ordinauerunt quod d. iudex ſolus habeat, & habere intelligatur, & debeat in cauſis quibuscũq; ciuilibus eandẽ iuriſdictionẽ, poteſtatẽ, arbitriũ, & bayliã, quã & quod habet, & habere debet in cauſis ciuilibus Vicarius D. poteſtatis Bon. & quod, & prout eidẽ Vicario attributum, & permiſſum eſt ex forma ſtatutorum communis Bonon. de ipſius Vicarij officio, & iuriſdictione diſponentium, & cum eiſdem qualitatibus, ampliationibus, modis, & aliis etiã ultra ordinariam iurisdictonem ſibi attributis, de quibus, & prout in ſtatuto de officio d. Vicarij fit mentio, quæ omnia in d. ſtatuto de officio Vicarij diſpoſita in præſenti ſtatuto appoſita, & prouiſa, & pro hic appoſitis, & diſpoſitis, & eidem iudici conceſsis, & attributis per omnia[a] habeantur, & intelligãtur, & ſint, ſingula ſingulis referẽdo, Et in cauſis quibuscunq; cuiuſcũq; cõditionis, & naturæ exiſtãt uno ipſorum recuſato cauſa, & cauſæ ipſius talis recuſati ipſo iure, & cum eiſdem ſuis qualitatibus deueniant ad alterum ipſorum, ſeruata in recuſando forma ſtatutorũ communis Bononiæ.

a ¶ Per omnia: Ideſt indiſtinctè, &, ſine exceptione: ita iſtam dictionẽ exponit tex. in. §. ſed non uſque inſtitut. de lega. & apponitur in multis legibus, quas refert Iaſ. in. l. i. col. iij. ff. de lega. primo. Et vide deciſionem Bal. in. l. omnia. C. de epiſc. & cler. vbi propter hanc dictionem concludit q; veniant etiam in futurum concedenda illi ad cuius inſtar fit conceſsio, quia dictio per omnia non ſolum ſignificat modũ, ſed etiam tempus, Cum qua deciſione trãſit D. Abb. in. c. fi. ne cleri. vel mona. & Alexan. & Iaſ. in d. l. i. quamuis non deſint qui oppoſitum credant.

DE GENERALI OFFICIO OMnium iudicum D. Poteſtatis.

DEcernimus[b] quod quilibet ex iudicibus D. Poteſtatis teneatur ſtare continue cum dicto D. poteſtate in palatio[c], ſeu domibus palatii in quo ipſe morabitur toto tempore ſui officij, Et quod extra d. palatium pernoctare nõ poſsint, nec etiam de d. palatio diſcedere ſine licentia D. poteſtati Bon. niſi ei aliter mandaretur ex parte præſidentium regimini Bono. ¶ Et dare, & præ-

b DEcernimus. Hæc omnia ſeruient pro forma iuramenti ab iſtis in initio officii pręſtandi prout de iure tenẽtur Vide aliam formã in auth. iuſiurandũ quod præſtatur ab his &c.

c ¶ Palatio. Ad hoc bonus tex. in l. nulli. C. de offic. Rectoris prouincię, vbi etiam redditur quędam ratio impulſiua. ſ. vt hac neceſsitate compellantur eius reparationi prouidere.

¶ Conſi-

ſtare eidem D.poteſtati auxilium, cõſilium[a],& fauorem quo'd ipſe poſsit ſuũ officiũ bene,rationabiliter, & efficaciter exercere,& omnia quæ ad ipſum officium pertinerẽt laudabiliter, & utiliter explicare,omnibus cuiuſcunq; gradus,& conditionis debitam iuſtitiam[b] facere,ipſos etiam in ſuis iuribus conſeruare. ¶ Vniuerſamq́ꝫ ciuitatẽ, & populum Bon.ac diſtrictuales eiuſdem regere,& gubernare,& in ſtatu quieto[c], & pacifico ipſum populum conſeruare. ¶ Et in prædictis omnib. ſtatuta, & ordinamẽta ciuitatis Bon. tã facta quàm fienda obſeruare, credentiasq́ꝫ eis per regimina ciuitatis Bon.uel D.poteſtatem impoſitas in ſecreto[d] tenere.Et obuiare[e] toto poſſe quo'd D.poteſtas, uel aliquis de ſua familia non debeat aliquid facere,uel in ſuo officio exercere contra formam Statutorũ prædictorũ. Nec etiam ipſi per ſe faciant contra formam ſtatutorum prædictorum immo ea omnia obſeruare,& obſeruari facere teneantur ſub pœnis in dictis noſtris ſtatutis cõtentis: ¶ Nec etiã petere,nec pati ſe admitti ad aliquam examinationem[f] publicam,uel priuatam in iure ci-

a ¶ Conſilium:Quia integrum eſt,& diſcretum iudicium,quod plurimorum ſententiis adiuuatur lxxiiij.diſtinct.c.extra conſcientiam,& de officio delega.c.prudentiam. Vnde etiam conſiliarij appellantur iſti aſſeſſores D.Poteſtatis ; Et habetur C. de aſſeſſor.l. conſiliarios. Et vide in ſimili bonum tex. in. l. prohibitũ circa medium ibi adiutores etiam eorum.C.de aduocatis diuerſ. iudicum. quem allegat gl.cum alijs iuribus in.l. quoniam iudices.C.de appel.Nec obſtat ꝙ iudices hic nominentur a ſtatuto habeãtq; iudicandi poteſtatem. quod quidem non eſt proprium aſſeſſorum, ad Bart.in l.j.ff.de offi.aſſeſ. Quouiã habent hoc plus ab iſto ſtatuto,vt poſsint eſſe iubices, non tamẽ deſinunt quin etiam fungantur officio aſſeſſorum in aſsiſtendo & conſulendo, Et tenerentur de malo conſilio. Ita Angel. in d.l.i.ff.de offi.eius.declarat Deci.con. viii. nu.ii. & licet teneat in caſu ſuo oppoſitum , tamen non extabat ſtatutum iſtis verbis formatũ in caſu ſuo; Sed an Poteſtas teneatur ſui aſſeſſoris conſilium ſequi ? latiſsime & cũmulatiſsime pertractat ad vtranque partem examinando Lucas de Pœna in l.omnes,col.vi. vſque ad finem commenti,vbi diſtiguit, aut aperte bonũ, aut aperte malum,aut dubium. Et hoc caſu aut Poteſtas neſcit per ſe , aut eſt peritus vt c. de Decurioni.libro decimo.

b ¶ Debitam iuſtitiam:Ideſt ſuum vnicuique tribuere xii.q.ii.cum notiſsimam.C. de appel.l.eos qui,primo reſponſo;Ita magnum iudicando ſicuti paruum iuxta quod legitur in Deuteronomio, & habetur in.c.nouit circa medium de iudiciis, & probatur in.l.illicitas.§.ne tenuis.ff. de officio præſid. Vide latiſsime per Lucam de Pœna in. l. i.C.de nu.& actua.col.i.lib.xii. ver. debent quippe iudices.

c ¶ In ſtatu quieto:Congruit.n.bono & graui præſidi curare,vt pacata & quieta prouincia ſit.l. congruit.ff.de offi.præſid.& ſingulos iuuare & ſingulis velle prodeſſe.viii. q. i. clemens , & ſic curam ſubditorum habere.viii.q.i.qui epiſcopatum, ita Specul.tit.de offi.ordi.§.officium .

d ¶ Secreto,Nulli enim ſecreta ſunt reuelanda alterius l.i.§.ſi quis tabulas.ff.depoſiti . Adde ꝙ nec iudex debet manifeſtare ſententiam quam laturus eſt Gaudi.in trac.malef. in rubrica de falſariis. Facit in argumentum ꝙ nec etiam ſecreta patrimonii ſunt manifeſtanda .l.ii. in fin.C.quando & quib.quarta pars lib. x. & ſecreta cauſæ non ſunt etiam manifeſtanda.l.lii.§.fi.ff. de arbitr, Et de reuelatore ꝙ ſit piurus Bal. C. de teſti. in l.nullum poſt Io. Andr. in.c.literis de præſump. allegat etiam bonũ text. in.l.ſiquid.§. inſtrumenta.ff.de pœn. vbi grauiſſime puninir pœna metalli , aut deportationis qui inſtrumenta ſibi cõmiſſa aduerſariis pandit.Et ideo ſi uaſallus reuelat ſecreta domini ſui feudo priuandus uenit c.primo de noua forma fidelita. Addas alia pulchra dicta per Lucam de Pœn.in.l.in ſacris verſi. ſecundo ex quo . C. de prox.ſacro.ſcrin.lib.xij. Vide etiam Pandem de Puteo in tracta. ſindica. c.x.incipi.excedunt conſiliarii. Vide tamen Bal. in.l.fin.in prima lect. ff. qui ſatiſd.cogan. vbi ponit fallentiam vnam.Pulchra dicta ponit Matth. de Afflic.in commen.cõſue.Neapol.ſub rubrica lxv.nu.lv.Vide Roma.ſing.506.incipit.iurat qui eſt de conſilio,ubi reſtringit hoc ad ſecretum cõſilii liciti. Item reuelare ſecreta hoſtibus , eſt crimen læſæ maieſtatis.l.i.ii.&.iii.ff.ad.l.iul. maieſta.& ſecretum dicitur quod quinque homines ſciunt Afflic.deciſ.cclxv.nu. lxxxv. allegando. c. ueritas.§.econtra.de pœniten.diſtinct. prima. ſed incipit Quis aliquando.§.econtra el ſecundo,ubi gl.in verbo ſecreta.

e ¶ Et obuiare,Alias de negligentia in ſindicatũ teneretur,facit.l.omnes.C.de decurio.lib.x.facit in ſimili.l.contra noſtra præcepta.C.de exac.tribut. lib.x.& latius dixi ſupra de off. & iuriſditio.Domini Poteſtatis.

f ¶ Examinationem,Hoc forte ne propter iudicis aucto-

auctoritatem approbetur qui indignus est; quia libera debent esse vota Doctorum, quæ impediuntur saltem ex metu reuerentiali argumento. l. i. §. quę onerandę. ff. quarum rerum acti. non datur, & Alex. pertractat in. l. interpositas. C. de transact allegando bonam gl. in l. filius. §. inuitus in verbo probatur de procuratoribus, vbi loquitur de illo qui erubescit loqui.

a ¶Vltra salarium: Dixi aliqua in titulo de officio Potestatis, vbi est similis tex.

b ¶Pertinerent: Vbi enim delegatur causa quę alias pertineat ad iudicem ordinario iure suo, non dicitur delegatus regulariter. sed dicitur potius excitata iurisdictio vulgato c. licet in corrigendis de offi. ordina. vbi traditur materia, & plures fallentiæ ad regulam prędictã, uideantur ibi per Imol. quibus cognoscitur quãdo iurisdino alterata sit, & quando tantum excitata, siue. tamen excitata fuerit, siue alterata, non debet habere salariũ particulare, vt hic habetur. Et sic non video effectum quem dicit Imol. ibi vigere in hac ciuitate, si loquitur de iudicibus D. Potestatis, stante prouisione huius statuti. poteris tu magis discutere.

c ¶Colloquiis: Hic potest oriri dubium nunquid iudex possit partes ad cõcordiam monere, vel etiã cogere adeo ꝙ si ex vi prędictæ monitionis, vel coactionis secuta sit transactio dicatur nulla? de quo Abb. in. c. cum pridem, nu. viij. de pact. ponit distinctionem de iure communi.

d ¶In causis priuatorum s. de aliqua, seu aliquibus causis, quę alias de sui natura ad eorum ordinariã iurisdictionem pertinerent, vt paulo superius dixit. Habetur per glos. Alex. & alios in nota. in l. i. §. & post operis. ff. de noui oper. nunc. gl. in l. ij. ff. de iudiciis.

uili, uel canonico in ciuitate Bon. dicto eorum officio durante, uel eo finito infra uniũ mensem subsequentem. ¶Nec etiã possint, uel debent ultra salarium[a] eis ordinatum a Potestate, aliquid petere, extorquere, exigere, seu accipere etiam a sponte dare uolentibus pro aliquo actu quem facere deberent, uel facerent tanquam officiales, seu ratione sui officii, uel occasione alicuius cõpromissi, seu laudi, uel arbitramenti, uel cõsilii publici, seu priuati, uel colloquii, uel delegationis, seu commissionis eis, uel alicui eorum fiendæ de aliqua, uel aliquibus causis, quæ alias de sui natura absq; alia commissione ad eorum ordinariam iurisdictionem pertinerent[b], non obstante etiam quòd in delegatione aliqua eis, uel alicui eorum facta quouis modo, uel forma esset alicuius eorum iurisdictio alterata, de quibus compromissis, laudis, arbitramentis, consiliis, seu colloquiis[c] in causis priuatorũ[d] adinuicem, uel inter cões, & priuatos se nullatenus intromittere[e] possint. ¶Nec eis, uel alicui eorum possit committi aliqua quæstio consulenda etiam per modum colloquii, nec alicui alteri forensi etiam de partium uoluntate per aliquem officialem communis Bononiæ sub pœna committenti pro quolibet, & qualibet uice centum librarum Bononorum, quam incidat ipso facto, & ab eisdem ipso facto auferatur. Et quæ ex talibus compromissis, arbitramentis, laudis, seu consiliis, uel colloquiis sequerentur, uel fierent decernimus non ualere[f].

DE OFFICIO NOTARIORVM PRÆSIDẽtium ad causas ciu. & discha[g] palatii.

ITem quòd Notarii ad dischũ D. Leonis, seu Potestatis deputati, & de cæ-

e ¶Intromittere: Ad hoc l. prætor. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c. pretor (inquit iurisc. ibi) ipse se tutorem dare nõ potest. sicut nec pedaneus iudex, nec cõpromissarius ex sua sentẽtia fieri põt, idest non potest prætor se facere arbitrũ, bonus tex. etiã in. l. sed et si. §. si quis iudex. ff. de arbitr. ibi in se uẽ compromitti prohibenir lege iulia. Et opinio est ꝙ nec tanquàm in arbitrum nec tanquàm in arbitratorẽ quicquid sentirent Vltramont. docto. vt per Cyn. in l. si quis ex consensu. C. de episcop. audien. Sed Bar. in d. §. sed & si quis dicit ꝙ glo. ibi communiter approbatur ꝙ tanquam in arbitratorem potest compromitti per tex. in auth. si uero contigerit. C. de iudic. & in corpore unde sumitur, Dicat Bart. quid uelit, hoc statutum expresse uetat ex uerbo arbitramentis, quia est eadem ratio. s. timor cognoscentis.

f ¶Non ualere. Concordat. l. sed & si. §. si quis iudex uersi. & sententiam dixerit. ff. de arbitr.

g DIscha. Aduerte ꝙ licet notariatus regulariter sit munus, & non dignitas. l. fi. C. q mil. nõ poss. vt Bar. dicit in l. iij. ff. ad. l. iul. pecul. & Abb. in c. fraternitatis, extra de hæretic. inferentes notarium infamem ex aliquo crimine præterquam falsitatis commisse in officio

cio tabellionatus posse conficere instrumẽta. Tamen officium notariatus ad discha iudicum, seu acta causarum dicitur nobile, & affert dignitatem exercenti, Ideo debet cauere ab omni infamia. l. i. C. de mand. princ. Vide per Fely. in d. c. fraternitatis prima col. de hæret.

consensu partium. Ita Gugliel. de Cnneo quem refert, & sequitur Paul. de Castr. & Bal. in l. reperta. C. de epis. & cleri.

c ¶ Inferiori. Qualiter autem debeat fabricari tribunal iudicantis? Vide pulchre per Paridem de puteo in d. tract. suo. c. xxi. incip. sequitur de modo & forma, allegat. l. quoties circa medium. C. vbi senator, vel clarissimi.

tero deputandi, sint, & esse debeãt duodecim[a] numero, & totidẽ notarii deputati, & seu deputandi ad dischũ Aquilæ. ¶ Et quod d. notarii, & etiam notarii deputati, & deputandi ad dischum Cerui, & adischum Equi, ad dischum Grifonis, ad dischum Bouis, & ad dischum Alicorni eligi debeant ad breuia[b] in cõsilio quatuor milium ciuitatis Bonon. ¶ Et quod teneãtur toto tẽpore sui officij singulis diebus, & horis iuridicis uenire, & esse, & stare in palatio ueteri ad discha, & officia exercẽda. i. qualibet die, qua ius redditur in d. palatio per unam horam saltem pulsata cãpanella, quæ pulsatur pro iure reddendo, & ibidem sedere in loco inferiori[c] solito, quamdiu sedebunt eorum iudices, seu officiales ad eorum discha pro iure reddendo, sub pœna cuilibet notario ad d. dischum, ut præmittitur, non uenienti, & sedenti statim pulsata cãpanella prædicta palatii D. potestatis, solidorum duorum Bonon. de facto exigenda per militẽ tunc præsidẽtẽ discho, & officio D. potestatis, & Leonis, aut discho Aquilæ, in eius, seu D. potestatis usu, & utilitate conuertendorũ, aliquo statuto nõ obstãte. ¶ Et parere d. suis iudicib9, & officialib9 in his omnibus quæ ad ipsorum iudicum, seu officialium, uel ipsorum notariorum officium pertinerent. ¶ Et omnia acta[d] & sententias[e] scribere, quæ & quas coram eis fieri occurrerint occasione dicti sui officij clare, distinctæ[f], & aperte sub suis mensibus, & horis, ubi de horis tractaretur, successiue, & ordinate, & prout ea processerint, & de eis dare copiam[g] cuicunq; pe

a ¶ Duodecim. Multũ interest q sint certi notarij deputati, & quidem pauci numero, cum multitudo numerosa nihil habeat honesti, Quoniam in paucis ex multis, quæ secundũ uirtutem est, uita saluatur, inquit tex. in auth. de referend. sacr. palati, circa medium. Et numerus statuitur etiam in Aduocatis publicis in. l. nemini. C. de aduoca. diuers. iudicio. Cur autem magis numerus duodenarius? non potest reddi ratio, nisi quia sic sufficere visum fuit statuẽtibus argumento, quæ habentur in l. i. §. pueritiã. ff. de postul. Audiui quosdam dicere forte ad similitudinem duodecim apostolorum, quibus præficitur iudex, vt Christus, argumento etiam eius quod dicitur in. c. nõ debet de consangui. & affini. Et nota q iudex non potest esse scriba in causis sui officij, nisi in leuibus, vel iurisd. volutariæ, Bal. in. l. i. §. huius. ff. de iusti. & iur. Bar. in l. iubemus sane. C. de sacros. eccles. per illum tex.

b ¶ Ad breuia. De iure iudex eligit notarium, vel notarios actuarios sui fori. c. quoniam contra de probati. ibi publicam adhibeat, si potest habere p sonam, & ibi materia late per moder. Et an possit iudex variare. Item quando impeditus est notarius, an alius possit prosequi? Vide p Bal. in. l. i. C. de sportu. & Bar. in. l. cum sententiam. C. de senten. tit. generali, & vbi non est sic deputatus non potest conficere acta, etiã de

d ¶ Omnia acta. Quatuordecim quæ sunt in numero actorũ ponẽda recẽsentur in c. quoniã cõtra falsam extra de probat. & habetur ĩ l. acta. ff. de re iud. Et an instrumẽtũ dicatur de actis? ponit Inno. in. c. eũ in iure peritus in fin. de off. deleg. vbi dicit q instrumentum nõ est de actis, sed ipsa pductio, habetur per moder. in l. ij. C. de eden. intellige tamẽ nisi ĩ causis breuioribus, tunc. n. nulla scriptura requiritur, sed statur iudicis relationi, vt habetur in d. c. quoniã cõtra falsam.

e ¶ Et senteñtias. Ergo sentẽtia non dicitur de actis. Sed in iure nostro sumi possunt argumenta hinc inde, late traditur in d. c. quoniam cõtra falsam in notabilibus extra de probati. videtur magis communis opi. ut sit de actis. Vide consil. Bal. 137. ad officium lib. iij.

f ¶ Clare & distincte. Et sic quatuor sunt, quæ incumbunt notario facere. Primũ, vt vniuersa acta conscribat iuxta iudicis præceptum, apponendo locum, & tempus scripturæ. Secundũ, vt actorũ exẽpla tradat partibus. Tertiũ, vt actorũ originalia pænes se retineat, vt si qd difficultatis postea emerserit recurrere possit is cuius interesse agitur. Quartũ, vt in forma publica in Archiuo publico ea deponat, retento semper, vt dictum est originali apud se.

g ¶ Copiam. Dic q acta iudiciali

tenti, dumtamen sua interesse iurauerit, uel eius pro quo copia peteretur, facta ei solutione de eo quod pro prædictis solui deberet, originali semper penes[a] eum retento, quem uolumus nullo modo accommodari, sub pœna cuilibet contrafacienti, & pro qualibet uice centum solidorum Bon. per D. potestatem de facto dictis notariis contrafaciẽtibus auferenda, & pro quarta parte sibi applicanda, & cameræ D. N. pro aliis tribus partibus. ⁋Item teneantur scribere Cridas, seu proclamationes bonorum quascunque ad commune Bono. spectantes, & dies feriatos clare, & distinctẽ, & Multas, & Credẽtias eis impositas, & Attestatiões testiũ per eos receptorũ secretas[b] retinere quãdiu debuerint ppalari, uel publicari, Solutiõesq́ recipere secundum formã statutorum de hoc loquetium, & facere omnia eis cõmissa ex forma dictorum statutorũ. ⁋Mandantes quod quilibet Nota. ad ciuilia, discha, & officia prædicta deputatorum, uel deputandorum, electorum, uel eligendorum, & quilibet alius notarius ciuis, uel forensis cujuscunque conditionis existat, & etiã notarij quorũcũq; iudicum de causis ciuilibus ex ordinaria, uel delegata iurisdictione cognoscẽtiũ, & tã principaliũ quàm appellationum infra tres menses deposito suo offitio, uel a die latæ sententiæ iudicis delegati teneantur, & debeant in publicã formã[c], facta eis solutione de cõpetẽti mercede, in uno foleo, seu quaderno in chartis mẽbranis eiusdẽ formæ ad formã chartarũ, librorũ, memorialiũ,

dicialia, siue ciuilia, siue criminalia debent edi litigatoribus, vt probatur in l. ij. C. de eden. In tantum quod si non edantur poterit appellari, vt l. ii. C. vt lit. pẽden. & c. G. perpetuus de fid. instru. probatur ista regula per tex. in l. i. §. edẽda. ff. de eden. & Ratio est, quia acta eo ipso quod facta sunt, censentur communia alteri parti. & si non vult edere præsumitur in dolo, secundum Alex. in. l. vbi adhuc. ff. de eden. pro quo, tex. in l. nõ potest dolo. ff. de regu. iur. Potest etiam assignari alia ratio, quia editio actorum est species defensionis. quia fit ad hũc effectum, vt cognoscat reus, an velit cedere, vel cõtendere. l. i. in princ. ff. de eden. auth. offeratur. C. de lit. cõtest. Item fit ad effectum inuestigandę veritatis, vt in d. l. is apud quem. Nam habita copia facilius quis potest respõdere contitendo, vel obiiciendo. & sic merita causarum partium assertione panduntur. l. fin. C. si per uim, uel alio modo absentis possess. &c. Vnde iudex poterit de ueritate causę facilius iudicare. Circa quam regulam, Vide Marcum Mantuã lib. iij. obseruationum obseruati. xxviij. & Petr. Paul. Parisi. in c. quoniã cõtra nu. 29. & 39. de probati. Quam limita, primo, si tamen iudice mandante talis editio fiat, alias sine mandato iudicis non potest notarius astringi, prout tenet Bal. per illũ tex. in verbo iubebit in. d. l. is apud quem col. i. & ibi Paul. de Cast. Secundo limita non procedere in attestationibus testiũ, quæ ante publicationem edi nõ debent, sed esse secretę pœnes iudicẽ timore subornationis, vt est gl. ind. l. is apud quem per illum tex. secundum quintam lecturam, & ibi Bal. hoc expresse tenet nu. 9. Vbi allegat tex. in. §. qua vero in auth. de testibus. col. vii. Tertio limita dumnio do operatur salarium tabellioni, de quo dicam infra in statuto de Solutionibus scripturarum. Item & quarto fallit in interrogatorijs testium donec sunt occulta, ita Abb. in. c. per tuas de testi. Alex. in d. l. is apud quem. Quinto in allegationibus iuris, quæ si sint in actis productę, non debent edi alteri parti. ita Innoc. in. c. per tuas præallegato. Alex. in auth. iubemus. C. de iudic. Matth. de Afflicti. lib. primo cõstit. Neapolit. Rub. 27. nu. 29. in finalib. verbis, & ita non procedit dictum Ias. in l. i. §. edenda. ff. de eden. prout reprobauit Philippus Deci. in d. l. is apud quem nu. xx. vbi Purpura. num. 94. & hanc opinionem Inno. tenet etiam Romanus singul. 262.

a ¶ Penes eum. Et per hoc expedita est quęstio qua quęritur quid si iudex dicat quod velit acta remanere penes eum, & notarius velit quod penes se? Certe præferendus est scriptor, vt hic. Idemq; probatur in d. c. quoniam cõtra. & ratio est, quia si de sua scriptura dubitaretur, posset sibi periculum imminere. Propterea interest, vt penes se remaneant. & cõstat etiam ex iuramento, quod ipse notarius præstat, de quo in cap. sicut. ne clerici, vel mona.

b ¶ Secretas. Adde quę dixi in statuto de generali officio omni. iudi. in glo. secreto: Et adde. l. qui falsa, vel varia. ff. de testi. vbi punitur testis qui reuelauit testificationem suam parti, & l. si quis aliquid. §. si quis instrumentum. ff. de pœn.

c ¶ In publicam formam. Et ita duplicata sunt, vt originalia remaneãt semper penes notarium, & authenticum trãsumptũ in camera publica ad perpetuam cõseruationem, vt docet Abb. in c. quoniam contra col. iij. de probati. reducendo varia iura ad concordiam isto modo.

Omnes

contractuum, & ultimarum uoluntatũ scribere, & registrare, seu scribi, & registrari facere in publicam formam secũdum formam nostrorum statutorum, omnes sententias[a] diffinitiuas, uel in causa declarationis iusti præcij, seu latas in causa hypothecaria, aut alia quacunq; causa latas, & datas suo tempore, & per eos scriptas super quantitate, re mobili, uel immobili, uel facto, uel summæ prætij, uel extimationis uiginti quinq; librarum Bonon. ¶ Et præcepta facta in confessum, uel conuictum, siue ante litem contestatam, siue post excedentia quantitatem prædictam uiginti quinq; librarum Bonon. ¶ Et recognitiones factas de scriptis priuatis excedentibus summam prædictam, uiginti quinq; librarum Bonon. uel ab inde supra. ¶ Et etiam confessiones, & obligationes quascunq; in iudicio factas excedentes summam prædictam, nisi fierẽt dictæ confessiones necessario, uel in cõsequentiam in causis, seu controuersiis coram eis motis respondendo põsitionibus, uel aliis interrogationibus, siue ante contradictionem factam petitioni actoris, siue post. ¶ Et omnes declarationes præciorum, & rerum acceptarũ seu quæ acciperentur uigore pacti præcarii, uel de ingrediendo, uel alterius cõuentionis excedentis summam prædictam, Exceptis sententiis, quæ ferrentur, seu darentur super captura, & seu super tenuta dãda, uel data confirmanda, uel reuocãda, uel annullanda, & omnibus[b], & singulis actis ex quibus aliquod Bannum debiti formatum, uel sequutum fuerit a uigintiquinq; lib. supra nomine sortis, ¶ Et ipsum Foleũ seu Quadernum, una cum subscriptione, dare, seu consignare, & dimittere ad Cameram actorum populi Bonon. ac penes alterum ex notariis, seu officialibus

a ¶ Omnes sententias. Male obseruatur hodierno tẽpore, licet fuerit multum salutaris prouisio.

b ¶ Omnibus. Scilicet exceptis, ratio quia hi actus sunt temporales non ad perpetuam memoriã pertinentes.

dictæ

dictæ cameræ deputatis. ¶ Ac etiam ponere, & scribere in uno libro in chartis membranis, omnes, & singulas fideiussiones quorumcunq; Massariorum Comitatus Bonon. per ipsos notarios recipiendas, & ipsum librum ad dictam cameram actorum, ac penes dictos officiales cameræ deponere, & assignare, sub pœna librarum uigintiquinque Bono. ¶ Quibus scripturis, libris, & sententijs in dicta camera, ut supra positis, & scripturis in desumptis secundum formam nostrorum statutorum, plena fides adhibeatur, & detur nisi ab ipsis sententiis fuerit appellatũ, uel prouocatum, uel de earum nullitate legitime propositum.

¶ Quibus casibus, & quolibet eorum poni debeant ipse sententiæ ad camerã actorum prædictam infra tres menses immediate, postquam ipsæ sententiæ, uel earum confirmatoriæ in totum, uel pro parte transiuerint in rem iudicatam, quæ sentẽtiæ in causa, uel causis appellationũ, seu quærelarum latæ, si erunt simpliciter confirmatoriæ[a] primæ sententiæ, necessario poni non debeant ad dictam cameram, sed sufficiat primam sententiam suo debito tempore in dicta camera esse depositam, ut supra. Si uero dictæ sententiæ in causis appellationum, uel quærelarũ latæ, essent in totum, uel pro parte a primis sententiis diformes, aut ipsarũ primarum sententiarum reformatoriæ, uel infirmatoriæ in totum, uel pro parte, tunc tales sententiæ modo, & forma ac tempore prædictis deponi debeãt in camera prædicta, Et quod pro omnibus ipsis sentẽtiis, sic depositis in dicta camera, & contentis in eis continue præsumatur[b], & eis stetur: Non obstante quod acta talis sententiæ, uel sententiarum, de quibus supradictum est, uel aliqua pars earum

a ¶ Confirmatoriæ. Certe quando secunda sententia expresse cõfirmat primam, agitur ex secunda confirmante, non autem ex confirmata, iuxta cõmunem opinionem doctorum post Huguti. glossatoris in l. eos C. de appel. ideo etiam debuisset in Archiuo deponi ista confirmatoria, Sed respõde, ꝙ parum refert, quia si prima tantum conseruabitur diligẽter, agetur ex ea, etiam si secunda nõ reperiretur: Sin autẽ reperietur agetur ex ea. secunda, vt dicebam, vides ergo ꝙ non posset conseruari secuuda sine prima, Bene autem potest conseruari prima absq; secũda, vt pareatur ergo expensis incamerationis ita fuit optime deliberatum.

b ¶ Præsumatur. Et quo ad rectitudinem, & quo ad processum, vt rite conceptum, & hoc modo tollũtur varie doctor. altercationes i. c. quoniã cõtra, vbi Abb. col. vi. nu. xxiij. in casu quando non sit appellatum a sententia, vel. app. fuit deserta, ponit quinque opiniones quo ad d. rectitudinẽ processus præsumẽdam. ibi videndum seriose.

rum

rum non reperiretur facta, uel negaretur legitimè facta eſſe, uel aliquid de cõtentis in eis, niſi apparerent acta non legitimè facta eſſe per productionẽ proceſſus, ſeu actorum talis ſententiæ, uel per aliam publicam ſcripturã. ¶ Illa uero acta quæ ad Camer ã actorũ ſunt ponenda, ut ſupra, confesſiones, præcepta, & regiſtrationes, declarationes, & ſententiæ, quæ modo prædicto non fuerint auctenticata, & ſeu auctẽticatæ, conſignata, & conſignatæ careant[a] uiribus, & effectu, & nullius ſint momenti. Ad quã conſignationem fiendã teneãtur modo prædicto dicti notarii, ſoluta eis cõpetẽti mercede, ſub pœna librarũ uigintiquinq; Bo. pro qualibet ſentẽtia, præcepto, ſeu actis, & aliis omnibus prædictis non conſignatis, ut ſupra: fecerit pro diſponendo prædicta ad dictam Cameram commisſione prædicta applicanda parti in cuius fauorem facta, ſeu lata fuerit, ſi ſolutionem ſalarii ſiue mercedis notarii dictæ cauſæ fecerit, quæ pœna exigi ualeat infra Bienium tãtũ a die prolationis eiuſdẽ ſentẽtiæ. ¶ Et Poteſtas, & quilibet iudex ſuper prædictis additus ad inſtantiã dicti Notarii de facto cõpellere teneatur tales ſalarium prædictum ſoluere debẽtes ad ſolutionem dicti ſalarii. Et ꝙ etiam dicti notarii cogi posſint, & debeant sũmarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, de facto, abſq; proceſſu, & condemnatione fienda, realiter, & perſonaliter per D. poteſtatẽ Bon. uel eius Vicarium ad ponendũ prædicta ad dictam Cameram actorum, & facta eis debita ſolutione, ut ſupra, Sub pœna ipſi D. poteſtati, & Vicario, & cuilibet eorum qui reqiſitus fuerit ſuper hoc, & negligens, ducentarũ librarum Bon. tẽpore ſindicatus, de facto auferẽda, & retinenda. ¶ Prouidentes ꝙ ſi contingat

b ¶ Careant. An ſtatutũ ualeát nullãs i nſtrumẽta, & acta, ſi infra tempus præfixum non ponãtur ad cameram actorum? vide ꝙ ſic per Alex. conſi. cxix. quoniam omne datum, col. 4. nu. 14. vol. 4. poſt Io. Cal. in ſua diſputatiõe incip. Bononienſi ſtatuto cauetur, ꝙ irritũ &c. Et iſta negatiua probabitur per excusſionem actorum, Alex. conſi. xvi. in cauſa & lite nu. xviii. ver. reſpondeo volum. v. & conſ. cxix. volu. vi.

¶ Fecerit. Hęc verba uſq ad illa applicanda &c. turbant conſtructionem & melius ſtaret tex. abſq; illis.

aliquem Notarium mori, uel absentari ex necessaria, uel probabili causa, uel infirmitate impediri duráte eius officio, uel post, ante tempus datum ad deponendum sententias, confessiones, præcepta, & alia supradicta; ille cui commissæ fuerint Rogationes, & acta ipsius notarii, possit prædicta, & quodlibet prædictorum extendere, & publicare secundum formam statutorum de Rogationibus, & scripturis notariorũ mortuorum, uel absentium conseruãdis, & reficiendis, & demum illa deponere ad Cameram actorum infra dictum tempus, uel post, infra duos menses a die commissionis factæ sub pœna prædicta. Et tali depositione facta adhibeatur fides prædictis scripturis: & eandem uim habeant ac si fuissent scriptæ, & depositæ manu dicti notarii defuncti, uel absentis, ut supra.

DE ELECTIONE NVNTIORVM communis Bononiæ, & ipsorum officio.

ORdinamus q de mense Ianuarii omni anno fiat electio Nuntiorum[a] communis Bonon. qui durare debeant per totum annum, & eligantur uiginti ad min[9] si haberi poterint, quæ electio[b] fiat facta Crida in palatio, & super schalis palatii, tẽpore & hora iuridicis, quod quicũq uoluerint esse Nuntii cõmunis Bon. ueniant coram defensoribus officii procurationis iuriũ cõmunis Bonon. uel coram defensoribus iurium communis ad faciendum se scribi. ¶ Et qui uenerint, & scribi se fecerint: & idonee satisfederint, sint, & esse intelligantur electi. Et eligantur Nuntii si qui potuerint haberi, qui sciant[c] scribere, & legere. Et quilibet possit esse Nũtius si præstet securitatẽ[d]

a NVntiorum. Nuntius est persona publica, a iudice vel superiore constituta, ad faciendum citationes, relationes, executiones, & similia ministeria, iudicis, iuris, vel consuetudinis cõmissione, ita Marian. difiniuit in tract. de citat. articulo ix. vbi ponit plura diuersa nomina quibus nominari solent tales personę, post Specul. in titulo de citat. §. sequitur col. ij. cui adde Cassan. in libro consuet. Burg. rub. i. §. vi. glo. i. vbi ponit totam materiam nuntiorũ ac plures casus decisos, ad quem recurrendũ est omnino, & tu infere totam gl. Bar. in extrauag. ad reprim. in gl. per nuntium, & quæ ponit Specul. in titulo de executore.

b ¶ Electio. De iure, circũscripto hoc statuto, dicit Aug. in tract. de malef. in glo. Petro nuntio publico, q Ordinarius põt nũtiũ generalẽ iuxta limites suç iurisditionis creare, & etiã delegatus i causis sibi cõmissis, pro quo est tex. i l. ij. C. de Sportul. & in auth. de iudicibus. §. necessitatem, & ratio est, quia concessa iurisdictione, videntur concessa omnia sine quibus non posset illa commode expediri, c. præterea, & c. ex literis, extra de off. deleg. & l. ij. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. immo etiam Arbitri hoc possunt, vt est tex. notabilis i l. sed si interpellatur arbit. ff. de arbitr. possunt etiam vti nũtijs Superiorũ iudicum, vt est tex. in auth. de defens. ciuit. §. deinde eos, ibi ex prouinciali officio, & tenet Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo per Nuntium, & de tali electione debet confici publicum instrumentum, Marian. in tract. de citat. articulo. x. vbi tangit an possit variari facta electione huiusmodi? & ideo apparet dicendum q licet alias iudex possit dare cõmissionem uni particulari de citando aliquẽ, vel etiã ipsi actori, ut notat. in. l. iuste possidet. ff. de acquir. possess. tamen potestas non posset, cum ei sit sublata facultas eligendi Nuntios.

c ¶ Sciant. Nota hic literatum præferri illiterato, instit. de excusat. tut. vbi gl. notat allegãdo iura, & casus similes, & doctores abunde congerunt ibi casus plures.

d ¶ Securitatem. Quia plerunq; hi tales sunt pauperes, Sed scm̃ ius authenticorum, vt habetur in auth. de iudicibus, & vt nullatenus. §. nullo. cauetur expresse, q tales debeant eligi qui sint locupletes, vnde dicerẽ si essent tales sufficere nudam cautionem cum obligatione bonorum suorum, ad notat. Decis. Bar. in l. quicunq; , la secunda. C. de fund. patrimonialib. vbi formaliter loquitur in similibus casibus, Alex. allegat alia iura in consilio. xxxv. num. xv. lib. ij. vbi videri potest, cuius dictis addas, q etiam si diues non sit, & præstaret pignora, dicitur satis dedisse, l. i. §. iubet. ff. de collat. bonorum, & notãt Doct. in. l. i. ff. qui satisd. cogantur, & quicquid dictum sit, eliguntur cum periculo eligentium, vt est tex. in auth. de iudicibus. §. his qui.

Scutifer.

de libris uigintiquinq; Bononi. de suo officio bene, & legaliter faciendo, & de saluando, custodiendo, præsentando, & restituendo omnia, & singula pignora, quæ acceperint, uel alias res, quæ ad eius manus peruenerint, ad uoluntatem iudicis de cuius mãdato pignorationem fecerint, uel alterius potestatẽ habentis, & de consignando, & deponẽdo ea quæ cõsignare, & deponere debebũt ad Massarolum communis Bonon. uel pœnes idoneam personam secundum formam iuris, & statutorum communis Bono.

¶ Dũ tamen fuerit cõtinuus habitator ciuitatis, uel burgorum spacio quinq; annorum cum tota sua familia, Et qui non fuerit condemnatus, uel publicatus pro aliqua falsitate, Et non possit esse Nuntius communis Bononiæ aliquis Scutifer[a], uel infamis[b], uel infamata persona.

¶ Quæ securitates præstari debeant per dictos Nuntios coram officialibus officio procurationis iurium communis Bono. & suis defensoribus per totum mensem Ianuarii, cuiuslibet anni.

¶ Et habeãt, & habere, & portare debeant quilibet ipsorum Nuntiorum, unam capellinam[c] panni rubei super qua sint intersignia, ut sequens scriptura declarat, & supra, arma communis Bono. super frontem, & faciem, uel de panno, uel picta, uel de argento per modum scuti longitudinis trium Vntiarum ad minus, & non aliqua insignia alia: Et teneantur continue portare in capite, & taliter quod dicta arma & insignia apparenter uideantur, & talis sit Capellina, & tali modo portetur, quod intersignia prædicta non Occultentur in Capite, in palatio communis Bonon. & per plateam communis Bononiæ, & pertinentias palatii: & plateæ.

¶ Et quando uadunt per Ciuitatem,

a ¶ Scutifer. Idest famulus alicuius priuati hominis ita accipitur in statuto crimin. de pœna Scutiferorum, Nec seruus quia publicũ officium est, quod per seruum non expeditur, vt. ff. de reg. iur. l. in his officijs, & in terminis Spec. titulo de executo. §. primo. eadem ratione nec fœmine iuxta l. fœminę. ff. de reg. iur.

b ¶ Infamis. Sunt opiniones inter Doct. in puncto iuris: habetur materia per Ang. in tract. de malef. in glo. nuntio publico, facit l. nec infames. C. de decur. lib. x. & Bar. in extrauag. ad reprimend. in ver. per Nuntium, facit, dicit ipse, quia infamis potest esse procurator. §. fin. instit. de excep. vt Marian. allegat in tract. de cita. articulo. x. in princip. Augustinus vero Ariminensis in add. ad tract. Ang. in verbo Petro publico dubitauit. Vide si libet, etiam Gondisl. de villa diego in tract. de legato, secunda q. quartæ partis. Nunquid autem intelligatur ẽt de infami infamia facti? pendet meo iudicio ab illo articulo, An infamis infamia facti repellatur a testimonio totaliter, An vero diminuatur de fide? de quo articulo, Ias. in l. cunctos populos nu. xxxxvij. C. de summa trin. & fide catho. Sed vide tu tex. in Auth. de iudicib. & vt nullatenus. §. nullo. coll. vi. vbi dicitur q; iudex habet eligere Nũtios probatos, & locupletes, probatos intelligo. id est probatæ vitæ, & sine macula honoris, quod concordat cum tex. nostro, Vide Fely. in c. prudẽtiam ad fi. extra de off. deleg.

c ¶ Capellinam. Hoc erat inductum optima ratione, licet hodie non obseruetur, ne quisquam valeret excusare se, dicendo nõ cognouisse eũ pro Nũtio, vt dicit Marian. in d. tract. art. xii. nu. xxx. sed totus ille articulus est inspiciendus ad materiam vberrimam. Et aliquid per Gondislaum in tract. de legato in quarta. q. quartę partis princip. Et Afflict. in com. consuet. Neap. incipiente Edictorum num. 6. Et Specul. in titulo de citatione. §. sequitur vers. quandoq; fit per edicta col. ii. & Bar. etiam tangit in extrauag. ad reprim. in glo. per Nũtium, vbi subdit, ex eo q; apparet, q; talis uersatur in curia iudicis, q; talis est Nuntius, & q; possint per eum citari omnes subditi, Præterea cũ habeãt literas iudicis præsumuntur date, & sic Nũtius. Bar. in extraua. ad reprim. in verbo per literas.

& comitatum pro aliqua ambasiata illas debeāt portare in capite. Ita quod appareant,[a] & non aliter sub pœna decem solidorum Bon. pro qualibet uice pro quolibet. Et nihilominus non defferens, seu portans capellinā utsupra possit uerberari impune,[b] sine sanguinis[c] effusione. ¶ Iurēt[d] autem prædicti Nuntij tempore quo satisdabunt q̄ bona fide, & sine fraude faciēt ambasiatas eis impositas a quocunq̄ officiali communis Bononiæ, & ipsas referēt coram eo[e] uel eis, qui dictam ambasiatam iniunxerint. ¶ Et non possit aliquis Nuntius recusare[f], & facere aliquas ambasiatas, pignorationes, sequestrationes, detentiones, uel aliquid aliud quod ad officiū Nuntiorum pertineat, nisi iusta & probabili causa, de qua incontinenti facere fidem teneatur coram officialibus de quorum commissione uel mandato irent, seu ire deberent, sub pœna solidorum[g] uiginti Bon. pro quolibet, & qualibet uice, per D. Iudicem Ursi de facto auferenda. ¶ Et q̄ requisitus fuerit, & q̄ recusauerit stetur sacramento conquerentis. ¶ Quibus Nuntijs licentiam cōcedimus posse habere, & recipere pro merito[h] eorum laboris infrascriptam quantitatem pecuniæ, uidelicet pro citatione facienda de aliquo in palatio, seu aliquo ex Palatijs quatuor denarios in ciuitate Bon. intra seraglia. Et infra seraglia, & in burgis pro qualibet citatione sex denarios. Et pro qualibet citatione facienda extra ciuitatē Bon. in burgis, uel suburbijs dictæ ciuit. duodecim denarios. Extra uero dictos burgos in guardia, pro uno tātum Milliari[i] solidos duos, Et pro quolibet alio Milliari sex denarios paruos ubicūque fuerit per Comitatum, uel districtum. Et pro quolibet Milliari tantum si fuerit una citatiō de una persona, seu plu-

a ¶ Appareant: Non enim sufficit habere signum & portare nisi taliter habeat q̄ inspici possit. l. sed & si pupillus. §. 1. ff. de institor. act. l. palam. ff. de verbo. significatio.

b ¶ Impune: Scilicet a quocunq;, pro vt etiam dicit Flor. in. l. si putator. ff. ad. l. aquil. Bar. in. l. prohibitum. C. de iur. fis. lib. x. allegat in argumentum. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniur. iuncta. l. si quis ignorans. ff. locati.

c ¶ Sine sanguinis: Moderata correctio pmittitur, non autem concessa est potestas in immensum. l. 1. C. emend. propinq. & de emend. ser. cum ibi signaris per glo.

d ¶ Iurēt. Vt scilicet credi possit iuxta notata per glo. & Inno. in. c. quoniā contra de probat. & notatur in. c. cum parati de appellat. argumento. C. de fid. instru. l. comparatio n[illegible]s &. C. de secūd. nup. l. hac edictali. §. his illud Bar. vero in extrauag. ad reprim. in ver. nūtius dicebat q̄ licet nunnius nō iuret tamen potest exercere officium suum argumento auth. decernimus. C. de abollit. Latius Augustinus Arim. in Add. ad Ang. ī tract. de malefi. in gl. petro publico col. 2. in 2. additione.

e ¶ Coram eo. Caue quia adimpletur statutum si referat notario actorum Iudice postea certificato, vt Bar. dicit in. l. si finita. §. Iulia. nu. 19. ff. de dā. infect. Et ita est interprætata vetus consuetudo, vt inquit Marian. in tract. de citat. art. xiii. num. 2. quicquid credat Ang. ī d. §. Iuli. Eo q̄ relatio, & productio instrumentorum, & actorum sunt actus probatorij.

f ¶ Recusare: Hoc prouenit ratione suscepti offitij, argumento. l. 1. §. maxime. ff. nau. caup. stab. vnde dicit Host. in summa de fid. instrum. §. de quibus, q̄ si tabellio est requisitus & noluerit cōficere instrumentum est periurus, & debet priuari offitio, quod reputat notab. D. Card. in clem. j. in. xiii. not. de iure iur. & Bal. in Rub. C. de fid. instru. col. 2. vers. sed dubitatur, referunt Moder. in. c. quoniam cōtra de probat.

g ¶ Solidorum. xx. Hęc est particularis pœna isto casu, aliàs vbi aliquo modo exercuerit officium contra vel præter debitā formam cōdemnatur in 25. libr. Bon. & perpetuo nuncius esse non potest, & ab ipso officio tāquā falsarius repellitur, & q̄libet possit accusare, & denūtiare, vt latius trad. in statuto de pœna nunciorum, quod est inter criminalia statuta.

h ¶ Pro merito. Dignus enim est mercenarius mercede sua arg. l. si remunerandi. ff. mand. & not. p Cy. & Baldum in. l. 1. C. illo met. titulo. l. 1. ff. de variis & extraordi. cognit. c. ecclesiasticis. xij. q. 2. c. eum in officiis de testam.

i ¶ Milliari. Dic q̄ ī dimēsione horū milliariū attēditur iter consuetū, non autē indirectum Bar. in. l. non solū. §. qui testamento de excus. tutorū, & Bar. in. l. veteres. ff. de itin. actu quę priua. vbi punctaliter infert contra nuncios qui debent habere tantum pro quolibet milliari, q̄ illis non debet prodesse si fecerint viam lōgiorem cum potuissent facere breuiorem, Cepola in. l. in itinere. ff. de verbo. signifi. Et non ommittas videre distinct.

tribus in una familia. ¶ Si uero multas citauerit,& diuersas personas per comitatum Bonon. in uno uiatico, tunc habeat:& habere debeat pro suo salario pro qualibet citatione solidos duos Bono. ¶ Et pro qualibet crida fienda sine testibus, octo denarios: si crida facta fuerit in ciuitate Bononiæ uel burgis: si uero cum testi. in ciuitate uel burgis unũ solidum. Et si fiat crida in districtu sine testi. pro qualibet crida octo denarios, duos pro primo milliari : & pro quolibet alio milliari sex denarios. Si autẽ cum testibus,& sono cãpanæ pro qualibet crida, duodecim denarios, & ultra ad rationem prædictam pro quolibet milliari. ¶ De tenuta dãda in ciuitate: uel burgis siue ex primo decreto, siue ex secundo decreto, solidos duos Bono. Et si in guardia daretur tantumdẽ,& ultra pro primo milliari duos solidos Bo. & pro quolibet alio milliari, sex denarios Bon. ut supra, ¶ Pro qualibet pro clamatione quæ fieret ratione subhastationis alicuius, uel alia causa, duodecim denarios paruos Bon. ut supra si fiat in ciuitate Bono. uel burgis, si autẽ in guardia tantumdem,& ultra ad rationẽ cuiuslibet milliaris, ut supra proxime dictũ est ¶ Pro quolibet pignore accipiẽdo in ciuitate, uel burgis pro contumacia unum solidũ Bo. & totidẽ in guardia,& ultra ad rationem prædictã pro miliari. si uero pro executione sententiæ, uel præcepti,& pro quãtitate librarum decem,& ab inde infra habere debeat solidos duos Bon. A decem uero libris supra usque ad centum libras habere debeat solidos quattuor. A centũ libris supra quantacunque sit quãtitas solidos decem Bono. ¶ Pro qualibet sequestratione facta in ciuitate, uel burgis unum solidum,& totidem in guardia, & ultra ad rationem prædictam.

¶Pro faciendo præcepto ꝙ aliquis tanquam suspectus compareat ad satisdandum pro aliquo homine detinendo in Ciuitate, uel Burgis si fuerit de quãtitate uigintiquinq; librarum, & abinde infra quotcunq; sint nũtii, uel alii, solidos octo Bonon. & abinde supra usque ad centum libras. Quindecim solidos, & a centum libris supra quãtacunq; sit quãtitas personæ detinentis solidos .xx. Bono. & non ultra si fuerit in ciuita. Bon. Et si fuerit in guardia ciui. habeant ultra dictum salarium dimidiam dicti salarii. Et si fuerit in comitatu habeant duplum salarium suprascripti taxati, & declarati ut supra. ¶Et quando uadũt ad aliquam iustitiam faciendam de aliquo condemnato per ciuitatem Bono. uel Burgos duodecim denarios expensis custodis carcerum pro quolibet nũtio, quotcunq; sint qui iustitiam patiantur, & si fiat iustitia extra ciuitatem Bono. duos solidos Bononi. expensis custodis dictorum carcerum pro quolibet nuntio, quotcunq; sint qui iudicium patiantur. ¶Et dicimus quod ad aliquam iustitiam faciendam non possint ire ultra quam duo nuntii. ¶Et si de mandato D. potestatis, uel alicuius Iudicis, uel militis, uel notarii irent in seruitium communis per ciuitatem Bon. uel burgos nihil habeant, si uero per guardiã tantum solidos quinque pro quolibet die, & ultra [a] non possint recipere ab aliquo Massario, uel cõmuni alicuius terræ, uel ab aliqua singulari persona etiã sponte dare uolente, nec etiam pro expensis ¶Item dicimus ꝙ unus nuntius tantum de die stare debeat ad seruitiũ D. potestatis Bon. & ei seruiendum, & suæ curiæ, & duo de nocte & non plus, dum tamen aliquis nuntius, uel familiaris D. Correctoris societatis Notariorũ seu dictæ societatis ad prædicta cogi uel

¶Et ultra. Qu d male a obseruatur hodiernis tẽporibus, plusq. n. nota est exactorum illicita auaritia iux. l. illicitas. §. fina. ff. de off. præsidis, alibi vocatur publica, venalisq; perfidia, in. l. ne diu C. de pœnis vbi singulariter statuit Imperator & in absentes sententiã condemnatoriam feri posse, contra regulã . l. absentẽ ff. de pœnis. Lucas de pœna latius. C. de numerarus. l. 2. lib. xii.

grauari non possit. ¶ Volentes etiam quod omnes nuntii cōmunis ambasiatas eis impositas facere teneantur secundum quod[a] fuerit eis iniūctum[b], per seipsos & non per alium[c], & personaliter[d] ad quos mittant, si inuenerint. ¶ Et si non inuenerint, ad domum habitationis ipsorum ad quos mittuntur, ita quòd audiant[e], & intelligant ambasiatas, si inueniatur habitatio, uel ubi habitare cōsueuit, secundum formam statutorum de hoc loquentium. ¶ Et ultra prædicta teneantur dimittere dicto citato uel citādo, uel suæ domui, uel suæ familiæ, referendo singula singulis (ut supra dictū

a ¶ Secundum quod: Quia fines mandati sunt diligenter obseruandi. c. cum venerabili. ff. de officio legati. c. cum dilecta extra de rescrip. & l. diligenter. ff. mand. Et si nuncius exprimit citationis verba aliter q̄ iudex commiserit, citatio non arctat, glosa finalis in clem. secunda, vt lite pēd. vel si non seruat formam cōmissam non tenet citatio, secundum Inno. & sequitur Archi. xxiiii. q. iij. c. de illicita. Immo puniendus est nūcius pœna falsi, vide Marianum trac. de citat. articulo. 14. Nunquid autem Nuntius dicatur excedere fines mandati quando facit executionē citationis in certam personam in vim clausulæ generalis, & omnes alios quorum interest, fuit magna altercatio inter dominos Rotæ Romanę, vt videri potest in conclusione. 419. si impetretur. in nouis.

b ¶ Iniunctum: Scilicet a iudice, nam commissio iudicis habet de necessitate præcedere, vt not. Inno. Io. And. & dominus Ant. in. c. quoniam contra falsam extra de probationib. Bal. in. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum, Saly. in. l. absentē. C. de accusat. col. v. vbi multum notabiliter loquitur. Vide late Marian. in tract. de citatione articulo. xi. Et ibi docet quomodo probatur commissio facta, nam probatur ex scriptura notarij procul dubio. An autē per testes vide ibi (remissiue tamen) dicā latius infra in statuto de modo citationum. §. item dicimus in glo. ex commissione.

c ¶ Per alium. Si tamen moriatur potest eius successor exequi, ita in terminis not. Ang. in auth. vt nulli iudicum. §. & hoc; Aliquid per Areti. in. l. fundi col. 2. ff. de acqui. pos. Caue etiā quia de iure videtur quod nūcius publicus demādat alteri collegæ, ex quo ambo sunt personæ publice, & probatæ, quod absq; dubio procedit quando præsupponeremus nuncium aliquo iusto impedimento detentū, puta, quia in itinere infirmatus esset & propterea alteri cōmisisset, argumēto. l. 1. C. de sportulis argumēto etiam. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius cui mād. est iurisd. Ipsam autem relationem nō potest talis nuntius facere per alium, cum nuntius sit quidā testis, ideo quando post factam executionem citationis infirmaretur, Iudex debet mittere ad domū eius pro habenda relatione, hæc fuit not. determinatio Baldi in. c. cum dilecti de dolo, & contumaria col. 4. in fi. refert Francus in. c. cum parati in fin, verbis extra de appellation. vide Math. de afflictis in constitutione regni incip. Citationis literę. & ratio est prædictorum, quia nuntij industria vsdetur electa, vt not. dicit Bal. in. c. fi. de dolo & cōtuma. vt refert Fely. in. c. cum dilecta nu. 40. de Rescriptis mandans reponi accurate, secus dicens in procuratore, vt per eum.

d ¶ Et personaliter. Vide & pondera statutum hoc velle quod nuntius prius debeat personam citandam perscrutari si inuenire possit aliàs citare debeat ad domum, & consequēter quod citatio ad domum dicitur in subsidium, nō autem dari censeatur electio nuntio, id quod est etiam secundum regulā iuris cōmunis quā affirmant Doc. in c. causam de dolo & cōtumana vbi Abb. & Ioā. de Imol. & Doc. post Bar. in. l. 4. §. prætor. ff. de dā. infecto, vbi formam cōmissionis ponet Bar. col. 1. quæ est similis huic, videlicet quod talis iudex commisit tali nuncio vt vadat, & diligēter perquirat per ciuitatē, & si eum repert præcipiat quod tali die veniat, & si non inuenerit citet ad domum suæ habitationis. Demum nuncius referat se sic fecisse & sufficit. Sed caue modo, quia infra de modo citationū. §. ordinamus insuper, verba aliter sunt concepta, videlicet quod sufficiat semel citari personaliter, vel bis ad domum, quæ verba videntur tribuere electionē ipsi nuntio, vel perquirendi citandum, vel immediate citare ad domum, & pro hac intelligentia est in terminis decisio Bar. in. d. §. prætor ait col. 3. ver sic. quæro quid si statutū dicat. Et sequuntur doc. in. d. c. causam, & Marianus in tractatu articulo 18. versi. circa. vij. speciem: nu. 32. defendendo ab obiectionibus nonnullis satis vrgētibus. Sed certe non caret difficultate illa decisio Bar. & contra eam tenet Mathasilanus conciuis noster not. 85. nota mirabile dictum; habet enim pro valde mirabili prædictam decis. tanq̄ Bar. elegerit quod potius statutum corrigat ius commune q̄ quod interprætetur secundum ius commune contra regulā doc. in materia extensionis per c. dilectus & c. ad audientiam de clericis nō resid. & in. c. ex parte de verbo. significatione, sed quicquid sit de ea in puncto iuris videtur quod in nostro statuto opi. Mathesil. vē dicet sibi locum attentis verbis quæ hic leguntur, & consequenter quod nuncius debeat prius discussionem diligentem facere si possit personam inuenire aliàs citatio ad domum non sufficiat, & simile huic statuto est aliud infra de modo citationū. §. debeat tamen nuncius &c. per quæ verba declaratio infertur ad. d. §. ordinamus supra citatum.

e ¶ Audiant. s. saltem illi de familia, qui possint referre, argumento. l. de pupillo. §. 1. ff. de no. oper. nunciat.

est) citationis cedulam[a] sibi dãdam per officialem de cuius cõmissione, uel mãdato fierent citationes, in qua cedula cõtineatur nomen[b] citati, ad cuius petitionem citetur, & cuius Iudicis, uel officialis commissione, uel mandato, & corã quo fierẽt dictæ citationes, & in quo die, uel termino debeant comparere, & nomen notarii ex cuius actis prædicta procedunt, & fiunt. ¶ Et si ultra prædictam solutionem receperit aliquis nuntius, uel contra, uel præter formam prædictam aliquid fecerit, cõmiserit, uel obmiserit, condemnetur uice qualibet per Vicarium D. potestatis Bon. uel Iudicẽ, uidelicet qui aditus fuerit ad petitionem cuiuslibet conquerentis, cuius sacramento stari debeat usque ad quadraginta solidos Bon. communi Bon. applicandos, & restituat quod accepit. Et credatur Massario cuiuslibet terræ denuntianti prædictos nuntios accepisse ultra dictum salarium cum sacramento ipsius massarii. Et nihilominus teneatur ad interesse parti sibi resarciendum summariũ, & de plano. Et ex obmissione dictæ scripturæ non propterea uitietur processus. ¶ Et dicimus quod nullus debeat uetare pignus alicui nuntio communis Bon. uolenti aliquem pignorare ex parte D. potestatis, uel suorum officialiũ, uel alterius officialis communis Bono. Pœna, uel Banno uiginti solidorum Bono. nisi prædicta[d] forma non[e] fuerit seruata. ¶ Et credatur[f] Nuntio quod ei pignus uetitum fuerit, nisi contrarium probaretur. Quæ pœna communi Bon. applicetur, & de facto exigatur etiam accusatione, denuntiatione, inquisitione seu condemnatione non præcedẽtibus ad petitionem eius qui petierit pignorati, & nullo petente mero officio, pignoratio committatur pro dicta pœna, etiã per eundẽ Iudicem, uel officialẽ qui

nunciat. Et. l. aut qui aliter. §. & si forte. ff. quod vi aut clã, latius dicetur infra de modo citationũ. §. si vero singula. psona.

a ¶ Cedulam. Barbara dictio pro eo quod schedulam dicere deberẽt, Quidam notant ambasciatam fieri debere mediante cedula, & sic per litteras, sed de iure quilibet etiã pedaneus potest citare, & per se ipsum & etiam per nũtiũ. l. Sancimus in fi. C. de iudicijs. l. sed si interpellatur. ff. de arbi. præterquam in citatione delegatorum Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo per nuntiũ. Ego autem dicerem quod citationes bene in nostra ciuitate fiunt in scriptis, secũdum formam statutorum nostrorum, sed quod quælibet ambasciata ita fieri debeat non approbat consuetudo, dicam infra de modo citationum. §. si vero singularis persona &c.

b ¶ Nomen. Immo exigitur etiam cognomen, vt euitetur æquiuocatio, vel taliter designari persona, vt facile deueniatur in cognitionẽ de certo corpore. l. certum. ff. si cer. petatur, ita in terminis glosatur tex. in. c. 2. de rescrip. in vj. nisi forte esset nomen valde famosum, vt illud Bidelli Accursij glosatoris, qui Gallo pressus proprio nomine vocabatur, testimonio illius in. l. hac cõsultissima. C. qui testa. fa. possunt. Et caue quia in .d. cedula multa alia debent apponi, prout causa, seu res super qua citatur, & locus ad quem comparere debeat citatus, & ita & taliter quod reddatur certus. Dicã latius infra in statuto de modo citationum.

c ¶ Vel per Iudicem. Hic pulchram dubitationem videas motam a Baldo in . l. nullus in fine. C. de testib. s. de Nuntio, qui habuit commissionem de citando aliquem existentem ĩ alterius territorio, qui retulit citasse, tamen falsum dicebat, quærit namq; a quo Iudice debeat puniri? et determinat Bal. quod ab illo cui fienda est relatio, seu qui cõmiserat præceptum de citando, quia in hoc delicto sola relatio est ens, citatio autem non facta nõ fuit ens. ideo non circunscribitur territorio, vel loco, quia locus est quid continens, at non essentia non continentur. Propterea dicit Aristoteles quod vacuum quasi non ens non continetur loco, quia ĩportat merã priuationẽ.

d ¶ Nisi prædicta. Forte hæc exceptio venit ad demonstrãdum, quod tunc potest vetari pignus, si constat formam commissionis non esse seruatam, & ratio videtur esse, quia faciẽti de facto, resisti potest etiam de facto. l. prohibitum & ibi notata. C. de iure fisci lib. x. c. qui resistit. xi. q. 3. nota gl. in . l. quoniam la. 2. C. de appellat. ad quam recurre, habes etiã bonum tex. in l. omnes. C. de decurionibus lib. x. &. l. contra nostra præcepta. C. de exacto. tribut. lib. xij. Vbi Lucas de pœna, & plures alias exceptiones, seu casus in quibus licitũ est resistere officialibus congerit Cassan. In cõ. cõsu. Burg. Rub. 1. §. vij. In gl. de simple rescousse nu. 4. & nu. 12. cum plurib. seq. vbi omnino uidebis quia cottidiani sunt.

e ¶ Nõ. Hæc negatiua abũdat, idem habetur alibi in. l. j. §. si quis ita ĩn fi. ff. de verbo. obligat. & in. l. fluminum. ff. de damno ĩfecto, cũ alijs simi. locis.

f ¶ Credatur. In tantum creditur

eum mandauerit pignorari, ipso facto omni iuris, solemnitate, ac exceptione reiecta, & obmissa. ¶ Volentes si plures fuerint citati, uel Cridati in ciuitate Bonon. uel guardia in eadem familia, seu uicinia prope se inuicem ad decem[a] perticas habitantes ꝙ pro una citatione & Crida habeatur, & pro una[b] tantum debeat satisfieri. Si uero in districtu plures citati, uel cridati fuerint habitantes in eadem familia, ꝙ similiter habeant, & satisfiat. ¶ Et si aliter habitarent tunc pro quolibet citato, & cridato ad rationem prædictam satisfiat. Dumtamen si in commitatu, uel districtu Bon. ultra numerum decem citarentur, uel cridarentur non liceat maius salarium quàm per decem petere, uel recipere ad rationem superius annotatam, & tunc dictus numerus, & ab inde supra quãtum ad milliaria pro una citatione, uel crida tantummodo habeatur. ¶ Et omnia pignora debeant deponere, & cõsignare penes idoneam personam in uicinia, terra, uel Contrata talis pignorati, seu ibi propinquã, uel alias secundum formam statutorum infra tertiam diem, sub pœna decem librarum Bonon. & de earum assignatione, & cõsignatione, relationẽ facere officiali de cuius mãdato ipsa pignoratio processerit, & per notarium d. offic. in actis scribi facere, sub eadem pœna, etiam nullo instãte, uel petẽte. ¶ Et similiter relationem[c] facere teneantur de quocunꝙ per eos detinendo de mandato alicuis officialis communis Bonon. pro debito communis Bonon. uel alicuius uniuersitatis, uel singularis personæ, ea die detentionis, uel sequenti, & in actis scribi facere ut supra sub eadem pœna eidẽ de facto in quolibet dictorum casuum auferenda per Vicarium D. Potestatis, uel iudicem Aquilæ, uel Vrsi, uel defen

creditur ꝙ si nũtius referat se induxisse talem in bonis tentis, & possessis per Titium, eius relationi stabitur, & dictum illius interim pro uero habebitur, quod notandũ est, ita ponit Saly. in l.ij. C. ne uxor pro marito p illum tex. & in l.i. C. de priuileg. fisci cum ibi notat. in glosa. Vide tamen Francum in c. cum parati de appella. nu. xxxvi. Et aduerte quia est magna cõtrouersia inter Doctores, an credendum sit ita simplici dicto Nuncii vilissimi hominis absq; testibus? vide de ea per Ioan. And. in addit. ad Specul. titulo de citationib. §. primo, & d. Ant. in c. cum parati de appellat. & latissime apud Marianum in suo sæpe citato tract. Articulo. xii. num. xii. cum seq. Et vide Cassaneum loco citato in superiori glosa num. xxvi. cum seq. vbi ponit casus in quibus non creditur nuntio referenti, & Ang. in tractatu Malefic. in verbo Petro publico &c. post Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo per Nũtium, & per Decium in d. c. cum parati col. iiij. In quibus tamen casibus creditur (prout est regula riter) datur facultas probandi contrariũ, ex theorica generali quam ponunt scrib. in l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. inf. Frãcus in d. c. cum parati nu. xxxiij. latissime Tiraq. libro retractuum lign. §. iiij. gl. prima nu. vii. usq; ad finem illius glossę, vbi ponit regulam cũ nõ nullis limitationibus necessariis, estq; in indiuiduo gl. ĩ c. ꝓposuisti in verbo credatur. 82. dist. Alex. in. l. qui bona. §. dãni. ff. de damno infecto.

a ¶ Ad decem. Hic limitat verbum, vicinia, quando quidem alias verbum, vicinia, comprehendit totũ locum in quo vox clamãtis exaudiri potest, Bar. in l. si tertius. ff. de aqua pluuia arcenda, & Abbas in c. quosdam de presumption. Alber. & Ias. in l. nõ solum. in princip. ff. de noui operis nũciatione. Tiraquel. in tract. retractuum lig. §. i. gl. 9. nu. 21

b ¶ Pro vna. Facit in argumentum clem. ii. circa medium de Cẽsibus, vbi visitans plures ecclesias vna die non debet habere nisi vnam procurationẽ, ad idem c. fœlicis de Censibus in vi. vbi Dominicus in not.

c ¶ Relationem. Scilicet eadem die, vel sequenti, vt infra dicitur in detento personaliter.

FINIS.

ſores haueris applicanda pro dimidia communi Bonon. & pro alia dimidia parti cuius intereſſe uidetur ex relatione prædicta non facta. Et nihilominus relationem ipſam facere teneãtur, quas relationes Notarii actorum ſtatim ſcribere teneantur cum factæ fuerint ſub eadem pœna.

Finis primi libri.

Statut. Ciuit. Bonon.

LIBER SECVNDVS.

DE IVRE[a] REDDENDO[b] IN causis ciuilibus[c], & campanella[d] pulsanda.


RDINAMVS[e] quod semel[f] tantum[g] per dominum Potestatem Bononiæ, & eius Vicarium, ac Iudices[h], uel saltem[i] per Dominum Potestatem, uel eius Vicarium, & Iudicem Aquilæ qualibet die non fœriata[k] in Ciuilibus ex dispositione statutorum Bononiæ: Et qua iusto[l], seu legi-

a DE IVRE. Licet dixerit iureconsultus in l.ij.§.post originem.ff.de orig.iur. parum esse iura in ciuitate existere, nisi essent qui iura reddere possint, tamen etiam dici posset ex mente eius, parum esset si magistratus forent, nisi & ipsi actualiter ius redderent, & debito ordine, ideo compertenter ponitur hæc rubrica vt generalis.

b ¶Reddendo. Gerundiũ est, quod hic necessitatẽ importat, quam significationem nonnulli semper habere voluerunt in Rubrica. C. de eden. Sed male & docto. ibi reprehendunt cõmuniter, vel dic ꝙ hic designat factum quoddam, non effectum facti, vt dicit ibidẽ Cyn. circa illam Rubricam.

c ¶Ciuilibus. Tres enim in proposito, sunt species causarum, Alia enim ciuilis, Alia criminalis, Alia mixta, tradunt canoniste in Rub. de Iudi, & breuiter vera & communis cõclusio est ꝙ causa Ciuilis dicitur illa quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, siue talis causa descẽdat ex delicto, siue ex contractu, causa vero Criminalis quãdo principaliter agitur ad cõmodum publicum, ex delicto tamen, seu ad publicam vindictam; Mixta uero est, quando applicatur fisco, & parti pro parte, Bar. in l. prætor in prin. ff. de sepul. viol. & ibi Alex. in spetie reprobat opinionẽ Abb. in d. Rub. de iudi. idẽ tenet Aret. ibi, & Fely. asserentes esse cõmunẽ, & Ias. in rubri. C. de iudicijs, latissime se diffundit Rober. Marant. in iiij. parte sui speculi. Sequitur ergo ꝙ ordo iste saltem ex toto non sit obseruandus in causis mixtis, & multo minus in criminalibus, licet quo ad mixtas aliqua ex parte obseruandus sit, puta vt tantum semel in die sedeant, & certa hora hic designata.

d ¶Campanella. Postquam placuerat compillatoribus, vel statuentibus specificare hanc pulsationem, debebant melius dicere, & de Campana, & campanella pulsanda, quia de vtraq; in nigro fit mentio, Immo magis necessarius est sonus maioris campanæ, quàm campanellæ, quæ paucis innotescit, vt dicitur de uoce præconis in Auth. qui semel. C. quomodo, & quando Iud. magis autem necessaria sunt magis exprimenda, ne uideantur neglecta. l. item apud Labeonẽ. §. ait prætor. ff. de iniur.

e ¶Ordinamus. Hoc verbum bene conuenit, quia est iuris noui inductiuum, sicut verbũ statuimus, & verbum sancimus, decernimus, & volumus, ita Card. in clem. exiui. §. demum de verb. signif. & notan. Moder. in. c. decernimus extra. de iudi. Et rectius conuenit hoc loco, quandoquidem domini statuentes agunt de ordine quoddam obseruãdo in iure reddendo in causis. & hic talis ordo est de solennitate saltem leui per ea quę infra dicã.

f ¶Semel. Vel in eadem causa, vel diuersis causis, vt sit differentia ab eo ꝙ legitur. infra. §. & quod dictis diebus &c.

g ¶Tantum. Vt sic pluries non posset, si etiam vellet, ne contemnatur authoritas, argumento. l. ob seruãdum. ff. de off. præsid. & vt consulatur cognitioni causarum, nisi forte periret instantia, vt infra de fœriis. §. & quia.

h ¶Iudices. Qui sunt omnes enumerati supra in statuto de off. Notarii, sed creatio tot iudicum hodiernis tẽporibus euanuit ab Aula.

i ¶Vel saltem. Cum hæc dictio non excludat alios iudices domini Potestatis, videtur ꝙ etiam ipsi semel tantum sedere debeant in die, licet fęriati dies in ciuilibus non sint feriati in eorum causis vt infra. §. volumus.

k ¶Non fœriata, idest iuridica. Omnes enim dies aut fęriati sunt, aut iuridici, Fęrie enim, ut inquit tex. in l. diuus. ff. de fœriis a forensibus negotiis dant vacationem, quæ fœrie sunt, aut ad honorem Dei, aut honorem, vel vtilitatem hominum, vt per Azo. in summa, dicemus latius loco suo.

l ¶Iusto seu legitimo. Synonima sunt ista verba instit. quibus ex cau. manumitt. non licet. §. iuste autem, excusatur namq; iudex si propter necessariam profectionem, vel infirmitatem non sederit, & huiusmodi dies quibus non sederit habentur pro fœriatis, & seu inutilibus, sicut e conuerso feriata habetur pro non fœriata. c. licet extra de feriis. l. i. §. sane quotiens. ff. illo eod. tit. Et videmus ꝙ propter impedimentum iudicis causæ quedam delegantur, quæ alias non delegarentur. l. prima. §. huius rei. ff. de officio eius cui mand. est iurisdict. Item propter impedimentum iudicis datur parti appellanti secundus annus Abbas in. c. ex ratione extra de appellation. Vide l. in Arbiter kalendis. ff. de arbitris, & quæ ponunt Doctores. post glo. in c. finali de dolo, & contum. vbi non imputatur contumatia quando illa die iudex non sederit. Vide in l. prima. §. dies. ff. quando appellandum sit, vbi glossa. Facit etiam. l. ii. §. i. ff. quis ordo in bonor. poss. seruetur.

Sedere.

timo impedimento cessante commode sederi possit. Sedere[a] debeant in palatio[b] ueteri iuridico communis Boniæ ad eorum[c] tribunalia[d] pro iure in ciuilibus uniuersaliter reddendo,[e] saltem per tempus, & spacium unius horæ[f] continuæ, uel ultra, quantum necesse fuerit, seu fuerint requisiti. Dūmō ultra tempus & spaciū duarū horarū sedere non teneantur.[g] Et quod de mane[h] sedere debeāt post horam[i] tertiarum,

a ¶ Sedere. Concordat d.§.sedebunt &.l.quisquis in fi.C.de postul. vbi glo.notat, quòd sedere, est proprie iudicum, stare uero aduocatorum, ad idē in authen.ut ab illustrib.& qui super eam dignit. §.i.collat.v.notatur in.l.i.C.de sent.ex breui. recit. Vbi Doc.dicunt hoc esse ex sententia philosophi, quia sedēdo & quiescendo anima fit prudētior. Ego autem addo vt etiam appareat differētia maiestatis iudicantis a litigantibus ipsis astātibus d. authen.vt ab illustrib. Specul. titulo de Aduocato. §. hic dicendū uers. item non sedeat, &c.

b ¶ In palatio. Ad idem d.§.sedebunt, ibi in ueteri basilica, facit.l. penul. ff.de iusti.& iur. &.l.i.§. dies quando app. fit. Et ratio est quia in publico, & patenti loco ferri debent sententiæ, & acta concipi.l.cum sententiam. C.de interl.omni.iud.ad hoc.l.uoluit.ff.de inter rog.act. Et uide late Ang. in tract. maleficiorum, in uerbo potestas sedens, & Bal.consi.cxviij.punctus, lib.ij.vbi alia adducit iura similia, Iudex autem delegatus qui non habet prætorium poterit in domo propria sedere pro iure reddendo, dummodo honestus locus sit.ad.l.si cum dies. §. pen. ff.de arbitr. iunctis notatis in c. ex parte extra de appell.not.Barto.in.l.si vt proponis.C.quomodo & quando Iud.ideo in citatorio debet exprimi locus ubi citatus habeat comparere, vt dicit Bal.in l.ij.C.de annali excep. tum etiam ut reddatur certus ubi stare debeat in iuditio.

c ¶ Ad eorum. Ita ꝙ non possunt sedere ad aliorū tribunalia, ut etiam determinat Alber.de rosat.in l.penult.columna secunda vers.quid si sedet?ff.de iustitia & iure quicquid teneret Guido de Suzar.ibi.

d ¶ Tribunalia. Concordat d. §. sedebunt in illis uerbis, in quibus nunc domunculis iudicant. Et requiritur sessio pro tribunali in his quæ causæ cognitionem desiderant d.l.ij.§. dies.ff.quis ord. in bono.posses.seruetur.l.a procedente.C.de dilatio.ubi Bartol.iubet apponi in sententiis qualiter iudex sedebat in tribunali solito &c.Et ubi nō est opus sedere dicitur tunc causa cognosci de plano, probat tex.in c. si quem.§. siquis autem secūda q.iij.Bart. in extrauag. ad reprim.in gl.de plano, vide Lanfran.in c.qm contra in gl.interlo. & appella.nu.vij.de probat. Et Doct.in.l.nec quicquam.§.de plano.ff.de offic.proconf.& leg. & in cap. fina. de senten.& re iud.in.vi. Et in clem.sæpe.§.sententiam de uerbor.significatio. Et in d.l. ij.§.dies per illum text. Et caue quia Roma sing. 728. incip.An possit? dicit ibi esse casum singularem in quo potest ferri sententia a iudice non sedente pro tribunali, sed ego nō cognosco in eo text. aliquam singularitatem, Caue etiam de alio per hunc text. quia & si causæ omnes tractari debeant de plano, ut habetur infra de vocat. in iure & uenient. in princi.tamen restringitur ille significatus hic, ut tamen sedere debeat iudex ad eius tribunal.

e ¶ Reddendo. Dicitur iudex ius reddere etiā inique decernendo, relatione facta non ad id quod facit, sed quod facere debet, ut habetur in.l.pen. ff.de iust.& iu.

f ¶ Horæ. Dupliciter capitur hora, & pro casu uel euētu, iuxta illud Grata superueniet quæ non sperabitur hora, & hoc improprie, Alio mō pro parte temporis ex momētis pluribus constituta, & per tales particulas diuiditur dies.l.ij.§.dies.ff.de uerbor. significat. nam horæ.xxiiii.diem naturalem efficiunt.ff.de adulte.l.capite, ita glo.declarat in Auth.de here.& falcid.§.hinc nobis, alia etiam est hora canonica, de qua infra in glo.tertiarum, Adde prædictis glos. notabilem in.l.cum bissextus in glo. magna.ff.de uerbor.signifi. ubi declarat ꝙ .x. momenta faciūt punctum unum, quatuor autem puncta horam integram constituunt.

g ¶ Non teneātur. Aliqui subaudiunt nec possint, eo modo quo nō possunt etiam si pluries sedere uellent, Et quia nimis defatigaretur ingenium, & memoria iudicantis, iuxta illud, Pluribus intētus minor est ad singula sensus, Et illud, Si numquam cesses tēdere mollis erit, quia debet esse modus in rebus & certi denique fines, ut dicit Horatius. l. continuus.§.insulam.ff. de uerborum obligationibus.

h ¶ Mane. Vides hic fieri mentionem de una parte diei integri, cuius sunt octo partes, Medię noctis inclinatio, Gallicinium, Diluculū, Mane, Meridies, Tempus occiduū, Suprema tempestas, Vltima dicitur uespera, a græco, nam ipsi hesperam stellam dicunt, ita Ias.in.l.more Romano in prima colum.ff.de feriis, ex Macrobio in primo Saturnalium & Cassan.etiam meminit, in com.consuetu. Burg.in titulo de iustities.§.viij.in uers. & iour. Et ideo eligitur ista pars quia hac hora spiritus hominis promptior est, item corpus magis pronus ad exercitium l.ij.§. i. ff. de uerbor.sign. l.ij.in fi.ff.de ann.legatis.

i Horam tertiarum. Hæc est una de septem horis canonicis de quibus in c. i.de celeb.missarum, & in c. præsbiter. xci. dist.extant de hac materia tractatus tres, unus Ioā.de lignanis, alius Nic. plonij, alius Alberti de Ferrariis, non ergo ulterius prosequor.

Ante

& ante horam [a] nonæ. Et si ex aliqua causa de mane sessum non fuerit, sederi debeat de sero post horam uesperorum, & ante horam completorii, [b] si illa hora non fuerit fœriata, [c] & sederi possit.

¶ Et quod talis hora, qua sederint, ut supra, dictus Dominus Potestas, & eius Vicarius, ac sui Iudices, uel saltem Dominus Potestas, seu [d] eius Vicarius, & Iudex Aquilæ, uel loco [e] & ad Banchum dicti Iudicis, etiam ipse Potestas, intelligatur esse iuridica, etiam quo ad omnes, & quoscunque alios Iudices, uel Officiales ordinarios, uel exttaordinarios, delegatos, uel sub delegatos, aut commissarios, uel alios quoscunque sedere debentes in dicto [f] Palatio pro iure reddendo, seu coram quibus aliquid fieri debuerit hora iuridica dicti diei. Ita quod Monitio, [g] seu Citatio [h] coram quocunque facta pro prima [i] hora iuridica, intelligatur pro prima, qua sessum fuerit per

a ¶ Ante horam. Vnde si iudex recessisset ante istã horam præstitutam, non constituitur reus in cõtumatia, de quo uide Bal. in. l. si cum ipse uers. tertio hæc lex. ff. de excus. tut. Et uide glo. in. l. ij. §. & quia. ff. de orig. iur. facientem mentionem de hoc termino none iudicibus assignato pro iure reddendo.

b ¶ Completorii. Aliqui dscũt, quia incipit ad uesperasci quia tendit Sol ad occasum, unde ne dũ sententia lata de nocte nõ ualet de iure. l. non minorem. C. de transac. c. consuluit de off. dele. sed nec etiam ualeret isto tempore lata, forte quia turpe esse incipit iudicãtes post illam horam conspici in publico iuxta. l. ij. §. & quia. ff. de orig. iur. vide tamẽ limit. per Cors. singul. in uerbo iudex, incipit si iudex impeditus, & Bal. in prima const. C. & Afflict. in constit. Neapo. incip. Baiulos nume. iiij. laff. deci. ccccxii. & Cor. cons. liiii. lib. ij. Fel. in c. quoniam nume. ij. de Simonia, Ange. inshtu. de uerbo. oblig. §. omnis in uerbo tribui.

c ¶ Fęriata. Nota aliquas horas unius diei posse dici fęriatas, & aliquas nõ. latius, & clarius patet in statuto de fęriis. §. Itẽ dicimus quod post &. §. sequen.

d ¶ Seu. Exponitur pro uel, vt alibi sæpe in hoc uolumine statutorum, dicam statim in glo. seu citatio.

e ¶ Vel loco. Nescio quid hic faciant hæc uerba attento quod planius, & clarius intelligitur statutum absque illis, immo discordant potius a superioribus.

f ¶ In dicto. Secus ergo in aliis quia quælibet curia uiuit suis legibus circa istas fęrias, Et dicebat Marti. de fano, ut refert Specul. in titulo de fęriis ꝙ in curia Principis non seruantur fęriæ.

g ¶ Monitio. Illa hic dicitur Monitio, quæ uerbotenus fit in faciem præsentis ut compareat, de qua tex. secũdum unam lecturam approbatam in. l. ij. C. quomodo & quando Iud. quæ habet maiorem effectum quam ipsa citatio, quandoquidem semper sit peremptoria, Et hoc etiam si sumus in dilatione expectatoria, quia habet uim trinę citationis, ut ibi gl. dicit, vide gl. in. c. consuluit in uerbo terminum de offic. deleg. Abb. in c. ii. in ii. notabili extra de testib. Item constituit reum in uera contumatia, & ueniens postea non auditur appellans. l. Fulcinius. §. fi. ff. ex quibus caus. in poss. eatur, Marant. in suo speculo in. vi. parta. nu. xlviii. alia allegans. Alias Monitio iudicis etiam absentibus ad uarios actus adaptari potest. s. ut satisfaciãt, uel aliquid faciant, de qua specu. in titulo de notoriis crimi. §. i. uersic. quid si iudex, nec habetur pro citatione tali casu, notat Inno. in. c. sicut in glos. ij. in uerbo item monitio de cohab. Cler. & mulierum, notant Ioã. And. & Dominicus in c. si capitulo in fin. de concess. præb. in vi. Item ad actus extraiudiciales, habetur in authen. hoc amplius. C. de fidei commiss. cum similibus infinitis locis per Marian. in tractat. de citatione Articulo xxvij. nu. lii. Neuizanus fecit quendam tractatellum de monitoriis, quem posuit in libro, Silua nuptialis, est char. centesima secundum minorem impressionem, prǽterea ẽt monitio dicitur potius, quàm citatio quãdo par citat parẽ, uel minor maiorẽ, Inno. dicit ĩ c. cũ nobis olim in glo. reuocate de electione.

h ¶ Seu citatio. Seu pro uel, quia dictio seu de propria significatione solet diuersificare uerba non substantiam, Barto. in. l. si is qui ducenta. §. vtrum column. iii. de rebus dubiis, planum autem est ꝙ aliud est Citatio aliud Monitio, uocatio enim & monitio ponuntur ut diuersa in c. si capitulo de concess. præben. in. vi. vbi Domin. nume. vii. Et Marian. Soccin. in tract. citationum articulo primo, num. iii.

i ¶ Pro prima. De iure etiam dicendum est ꝙ citatio facta absque hora debet intelligi in illa hora, qua solet expediri actus de quo in citatorio, Inno. in cap. cum nobis olim de ellectione, Abb. in cap. consuluit de offic. delegat. & in cap. ii. de testibus cogendis, post glo. ibi. Marian. late in tracta. de citatione Articulo. xix. columna penultima, & finali. Vnde superflua est illa cautela aduocatorũ quando instruunt notarium, vt scribat horã in qua fertur sententia, vt Bal. reprehendit in. l. si vt proponis la. 2. ff. quo & quando iudex.

Dominum Potestatem, uel eius Vicarium, & Iudicem, ut supra. ¶Et quod dictis diebus non feriatis teneatur, & debeat Campanarius Communis Bononiæ de mane in ortu solis, uel paulo post, pulsare Campanam[a] turris dicti palatii, quæ pulsari consueuit pro iure reddendo more consueto. Et si ex aliqua causa illo mane non sederit, pulsari de nouo debeat, post nonas eiusdem diei, si sederi poterit. Et prædictus Campanarius si prædicta facere obmiserit, incidat pœnam uice qualibet librarum quinque Bononenorum, nisi aliqua iusta seu probabili[b] causa fuerit excusatus, quas D. Potestas exigere teneatur. Et si dicta Campana pulsata nō fuerit, sederi non debeat. ¶Et si in aliquo prædictorum fuerit contrafactum, Dominus Potestas cadat[c] in pœnam librarum centū Bononenorum. ¶Et quod dicti Domiuus Potestas, & eius Vicarius, quando uolent ire ad banchū pro iure reddendo, & priusquàm sedere incipiant, etiam pulsari facere debeant, saltem bis per aliquod interuallum campanellam paruam, quæ est in Sala iuridica ad hoc pulsari solitam. ¶Et quod dictis diebus, quibus uel de mane, uel de sero sessum fuerit, ut supra, possint & debeant omnes, & singuli[d] alii Iudices & Officiales prædicti ordinarii[e], uel extraordinarii, delegati, subdelegati, uel commissarii[f] sedentes ad eorum tribunal consuetum, ius reddere in causis coram eis uertentibus de mane, uel de sero dictorum dierum, etiam si non fuerit illa hora qua sessum fuerit, ut supra[g]. Ita quod ad eos tota dies sit, & esse intelligatur iuridica, dummodo pluries eadē die sedere, & ius reddere in eadem causa[h] non possint, sed semel tātum, nisi in causis, in quibus ius reddi potest dicto tempore feriato, ut infra dicetur. ¶Vo

a ¶Campanam iuris. Ecce vnum effectum campanæ, alios effectus habet quos enumerat Io. Andr. extra de off. cust. c. i. videlicet, Nam aliqñ est signū congregandi ad consiliū, aliqñ ad bellū, aliquādo signum horarū, aliquando signum factæ electionis, aliquando obitus, aliquando gaudii, aliquando extinguendi ignem, aliquādo intrandi ad parlamentum, aliquando leuandi Corpus Domini nostri Iesu Christi, Et ista vocitur signa muta ut dicit Vegetius de re milit. ita Bal. refert in l. i. C. de dedit. lib. toll. Et Marian. Socy. in tract. de cit. articulo. xxvj. Et vide Alber. in auth. qui semel. C. quomodo & quādo iud. Adde etiam Bar. in l. obseruare. C. de decur. lib. x.

b ¶Probabili. Videtur cōstituere differentiam inter ista verba, sed dic q probabilis dicitur, quæ probari possit, sed tamen illa causa debet esse iusta, & legitima, nec sufficit quælibet cā, & sic dictio aut, debet resolui in copulatiuam, & hanc declarationem assumo ex c. vt debitus de appell. vbi dicitur, cum autem ex rationabili causa putauerit appellandum, coram eo iudice causa probabili appellationis exposita, tali quæ si foret probata deberet legitima reputari, causa etiā probabilis aliquando applicatur causæ verisimili licet non vera, probatur in c. bonæ versus finem de appellat. vbi etiam gl. & Abb. Inno. vero ibi dicit probabilem idest iustam.

c ¶Cadat in pœnam. Ex hoc colligitur q acta facta non sunt nulla, quia videtur contentari statutum de pęna pecuniaria, ad ea quæ ponit Anch. in comm. c. i. vii. q. principali de consti. Quia cum annullatio actus sit pœna generalis vigore, l. nō dubium cum similibus. C. de legibus, ei præiudicatur per specialem impositionem pęnę l. sanctio legum. ff. de pœnis. Itē vbi pœna imponitur propter inobseruantiam vnius nō debet induci alia pœna ad præiudicium alterius immerentis Bar. in l. prætor ait in fi. com. ff. de no. oper. nun. dum allegat. l. filius. §. fi. de falsis, Vide accumulata per Alex. in d. l. prętor ait.

d ¶Singuli alii iudices & officiales. Quotuplices sint iudicum species & distinctiones, latissima est gl. quæ hic pro apposita habeatur in clem. prima de appellat. in notab. illius tex.

e ¶Ordinarii. Hi ordinarii sunt, q eo ipso q sunt habent iurisdictionem a seipsis, ad differētiam delegatorum qui ob hoc dicuntur extra ordinarii, hoc statuto, vnde est q iurisdictio extraordinaria, est odiosa, & strictæ interpretāda gl. in c. i. de rescrip. lib. vj. & differētias inter istos vide apud Marantam in quarta parte specul. in v. princip. distinct. num. 23.

f ¶Cōmissarii. Idem sunt qui & delegati ideo sic vocantur quia commissa sit causa idest delegata c. ij. & 3. de off. deleg. vnde dictio, vel, stat pro. i. l. i. vbi glo. C. vbi de poss. agi opor. cum simil.

g ¶Vt supra. Idest omnibus horis congruis tamē sedere possint.

h ¶In eadē causa. Ergo in aliis diuersis causis possint sedere, consequenter pluries sedere in die, ad differentiam D. Potestatis, & suorum Iudicum, vt supra visum est,

&

lumus etiam, quod Iudices maleficiorũ, & Iudex Vrsi damnorum datorum, da tiorum, & gabellarum, & Sindicus maior, & alii prædicti, qui possent in causis coram eis uertentibus, uel in aliqua ex eis ius reddere dicto tempore fœriato, possint in dictis causa, seu causis eo tempore[a] ius reddere secundum formã statutorum, non obstante quod sessum nõ fuerit, ut supra. Nec intelligantur[b] dicti Dominus Potestas, seu eius Vicarius, & Iudices pluries[c] sedisse eadem die, licet ipsi, uel eorum aliquis ex aliqua causa a Bancho discesserint, statim redituri, & eadem hora redierint. ¶ Et licet[d] in aliqua causa, in qua ius reddi possit tempore feriato, ut supra, post dictam horam, & sessionem generalem de nouo sederint pro iure reddendo, & ius reddiderint in tali causa, quod ualide[e], & licite uolumus posse fieri, non obstantibus supradictis. ¶ Et quod illa die, qua de mane, uel de sero sessum fuerit, ut supra in in instantiis, in quibus dies debent esse utiles[f], seu iuridici, reputetur, & sit pro una die utili, & iuridica. Et tam in causis uertẽtibus coram dicto Domino Potestate, seu Vicario, & iudicibus, quàm coram aliis quibuscunq;, licet dicti alii non sederint. ¶ Non intendentes per prædicta prohibere quominus in una, & eadem sessione plures actus fieri possint in eadem causa. Nec quominus in causis, in quibus ius reddi potest dicto tẽpore fœriato, possit pluries[g], & diuersis horis ius reddi. ¶ Et etiã statuẽtes, q; omnia prædicta, ut supra, in præsenti statuto fieri ordinata in dubio sic, ut prædicitur, facta fuisse, & esse censeantur[h], nisi de contrario probaretu r. ¶ Saluis aliis nostris statuis in aliquo, uel aliquibus casuum prædictorum aliter disponentibus. ¶ Et etiam saluo q; tam per dictum Domioum Potestatem, quàm

& huic diuersitati iudicũ non nihil astipulatur. §. sedebunt in auth. de iudicibus, ibi matutino tempore, mox & meridie & vespere &c. loquitur. n. in pedaneis iudicibus & inferioribus magistratibus ad declarationem Alciati in l. si quis in conscribendo. §. omnes. C. de pactis, sed est differẽtia quia ibi imponit necessitatẽ pluries sedẽdi hic autem nõ inuenio imponi necessitatem nisi semel sedendi.

a ¶ Eo tempore. Intelligo (vt habeat hic uersiculus aliquam probabilem dubitationem ad l. quod Labeo. ff. de Carb. Edic.) ista verba scilicet eo tempore quo alii sedere deberent, & sic tempore non fœriato. i. licet, de facto nõ sederint dom. Potestas, & alij q; nihilhominus isti in his suis causis sedere possunt, Et isto modo adaptatur vers. & licet, paulo infra positus, scio planiorem esse expositionem, dicere eo tempore, scilicet fœriato de quo supra, sed tunc esset de indubitabili, cogita.

b ¶ Nec intelligantur. Iste versiculus stat per modũ parenthesis.

c ¶ Pluries sedisse. Vno. n. contextu fingitur factum alias quãdo actus medius non est extraneus. l. hęredes palam. §. vno cõtextu ff. de testamentis, vel nisi actus licet extraneus, fit ex necessitate naturæ. l. cum antiquitas. C. de testam. notatur in. l. continuus. ff. de verb. oblig. in prin. Et facit q; habens animum redeundi non dicitur recessisse de loco, habetur in. §. in his instit. de rerum diuis. cum ibi notatis.

d ¶ Et licet. Hic vers. continuatur a. §. volumus, idẽ repetitur infra vers. Nec quominus.

e ¶ Quod valide. Ideo põt eẽ qa i extraordinarijs or do est ordinẽ nõ seruare, probatur in. l. hæreditatẽ C. in quibus caus. cess. lõgi temp. prescrip. & in. c. ad nostram el. 3. de iure iur. vbi Abb. Facit illud Ouidii, Est in amore modus non habuisse modũ, & qua ratione derogatur fœrijs propter priuilegiũ eodem modo derogatur quantum ad modum & ordinem.

f ¶ Vtiles. Ideo dicuntur quia aliquid in causis vtiliter, seu efficaciter fit, ad differentiam fœriatorum quia sunt inutiles, sic hoc vocabulũ exprimit. l. ii. §. dies. ff. quis ord. in bono. possess. fer. sic annus olim erat vtilis in petenda restitutione in integrũ de gestis in minori ætate. l. superuacuũ. C. de rẽp. in integ. restit.

g ¶ Plures. Potest exemplificari ex tex. in clem. sæpe §. & quia de verb. signif. vbi dicitur q; iudex potest dare plures terminos successiue in vna sessione, videlicet ad producẽdũ positiones, & articulos, & ad exhibenda omnia, quæ faciunt ad causam.

h ¶ Censeãtur. Remouetur difficultas scrib. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Nã

 aliqui

per quælibet prædictorum, uel eius, seu eorum mandato quocunq; loco[a], & etiã alia hora[b], qua sessionis antedictæ Moniti ões[c], Commissiones[d], Relationes[e], Responsiones positionum, Testes, Iuramẽta[f], & Examinationes eorum, ac Allegationes[g] fieri[h], recipi, & admitti possint, non obstantibus supradictis. Et etiam alia de iure, uel ex forma statutorum fieri permissa tempore feriato[i].

aliqui dicunt non præsumi, quia extrinseca, ideo Bar. in l. a procedente voluit apponi in sententiis. Iudice pro tribunali sedẽte, alii sunt qui dicũt præsumi nisi ex aduerso fuerit oppositum, vt fuit opinio compost. & Io. And. in. c. cum dilectus de consuet. quæ magis cõiter approbatur, vt asserit Alex. in d. l. sciẽdũ nu. 18. vide etiam Bar. in l. i. C. de statuis, & imagi. vbi docet assessorem vt curet notarium scribere diẽ, & horam sessionum suarum aliàs ei non crederetur; & sic teneretur in sindicatu, cuius doctrina in hac ciuitate non est necessaria in proposito.

a ¶Quocunque loco: De iure cõmuni videtur aliquibus quòd licet examen testium dicatur actus extraiudicialis, Speculator in titulo de ferijs. §. secundo versiculo quid si tunc? tamen non possit fieri extra locum iuditij iuxta glo. in l. tertia. §. sabino. ff. de testibus, quam ad hoc ponderat Lanfrancus in. c. quoniam contra in verbo testis, numero nono de probat. Sed certe non videtur vera illa opinio, quia sic non diceretur ex toto actus extraiuditiarius, vnde potest fieri in Ecclesia, vel alibi, Bal. in l. secunda. C. de sacrosanctis eccles. & Curt. in tractatu de testibus, & ita approbant statuentes nostri, Constat etiam de iure communi, quòd die feriata possunt examinari testes, gloss. in clemen. iudices de off. deleg. Lãfrancus in dicto. c. quoniam contra in eodem uerbo, numero octauo. Bar. in l. prima. §. nuntiatio. ff. de nou. oper. nunciat. Sed caue quòd testium depositiones sunt de actis, vt expresse habetur in dicto. c. quoniam contra. Caue item aliud quòd non sequitur fit coram iudice, ergo est actus iudiciarius, gloss. singularis in l. iubemus in gloss. magna in fi. C. de lib. causa, Tiraq. libro Retractuum ligna. §. trigesimosexto glo. secunda, num. 54.

b ¶Alia hora: Dummodo congrua, vt non fiat d. commissio de nocte, per. §. sedebunt in authẽ. de iudicibus, & c. consuluit de off. deleg. de quo in specie Marian. Soci. in tractatu de citatione, articulo decimonono in principio.

c ¶Monitiones: Quid sit monitio? supra, declaraui in glo. monitio.

d ¶Commissiones: Hæ sunt pars citationum, & sunt iurisdictionis, & de processu. c. quoniã contra. extra de probationibus; vnde fuerunt multi, qui crediderunt non posse fieri commissiones de citando die feriata. Alij qui distinxerunt, aut est feriata in honorem Dei, aut non, ut latè habetur in l. prima. §. Nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat. quæ opinio placuit Bar. ibi, tractat latissime Marian. in tractatu de citat. articulo decimonono, sed quicquid sit non tibi videatur mirum si per statutum nostrum qualibet hora, & quolibet loco cõmitti potest citatio, quandoquidem non exigitur causæ cognitio, ut omnes fatentur nisi leuissima.

e ¶Relationes: Scilicet Nũtiorum, idem est de iure cõi, cum nõ requirant causæ cognitionem, Marian. in dicto tractatu, artic. 19. versi. tertio principaliter. Dicit tamen Bal. in. l. iij. C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. quod practica rationabiliter obseruata est, quod iste relationes fiant tempore iuridico, quia talis relatio est quoddam testimonium ipsius Nuncii. c. cum parati ext. de appell. non tamen requiritur præsentia partis, quia non potest contradicere Nuntio quominus relationem faciat, sufficit tamen quòd fiat qualibet hora illius diei iuridici, vt hic etiam dicitur. Non autem hic loquitur de relationibus quas faciunt Iudices ad principem, vbi dubium est aliquod in causa quæ agitatur, de qua materia late in titulo. C. de relatio. & apud Speculatorem eodem titulo, ubi habetur quòd cum causæ cognitione fiunt partibusq; citatis, ergo &c. Vide de tali relatione nota apud Bal. in. l. i. C. de legibus.

f ¶Iuramenta: Tunc dicuntur recipi testes, & hic est actus iudiciarius, qui non potest exerceri die feriata saltem in honorem Dei, Lãfrancus in. c. quoniam contra in uerbo testium, numero octauo de probat. Specul. titulo de ferijs. §. secundo, uersiculo recipi tamen. Albericus in tractatu de testibus in tertia parte, numero decimonono, tamen hoc statutum dispensat ut possit qualibet hora iurari, intellige tu dummodo sit dies iuridica.

g ¶Allegationea: An Allegationes iuris sint de processu las. in. l. prima. §. edenda. ff. de eden. tenet quod sint de actis per. c. dudum de electio. allegat etiam Specul. titulo de disputat. & allegat. §. porro uersiculo Et nota, Quod mihi nõ multum placet, quia c. dudũ loquitur de allegationibus facti, per quas causa redditur magis instructa, ita Abb. & Imol. ibi intelligunt, & bene, quia allegationes iuris, maxime coram principe, non sunt necessariæ. c. sæpe de appella. Et hoc modo etiam intelligi debet dictum Specul. Quantum autem ad statutum nostrum de quibuslibet allegationibus intelligendum est, quia simpliciter loquitur, & non reperitur quod requiratur partis aduersæ citatio, quia dantur pro instructione Iudicis.

h ¶Fieri, Recipi, & Admitti: Singula uerba, singulis superioribus, quibus adaptari possunt, sunt referenda.

i ¶Feriato: Siue ob necessitatem hominem, siue

in honorem Dei. Vide quæ sint illa per Canon. in c.fin.extra de ferijs, & specul.eod.titu.§.sequi tur & per Doc. in.l.i. & ij.post Iurecõsultum ibi. ff.de feriis. Et intellige hic statuentes argumẽtari a multo magis, non autem superiora omnia so re etiam de illis,quæ sint permissa fieri tempore feriato.

DE MODO a CITATIONVM b faciendarum,& legitimatione c personarum d.

a ¶ Modo. Modus citandi potest induci a statuto etiam præter ius commune,ita Bal. in.l.i.colu.2. versic.modus autem.C.quomodo & quando iudex,argu.l.iii. ff.de testibus, & ita seruat consuetudo (inquit ipse Alexã.)in.l.inter accusatorem. ff.de pub.iudi.

b ¶ Citationum. Omniũ actionum instituẽdarum principium ab ea parte ædicti proficiscitur, qua ædicit prætor de in ius uocando,utique enim ad uersarius est in ius uocandus.i.ad eum qui ius dicturus est,ita text.inst.de pœna temere litigantiũ. §. omnium. In ius autem uocare est experiundi causa uocare, dicit.l.i. ff.de in ius uocando, & fit mediante citatione,quæ ut describitur, seu diffinitur a Mariano in tractatu de citatione articu. 1. q.1.quem posuit sub titulo de dilationibus in decreta. Est Actus nocatiuus alicuius cuius interfit, qui fit uel iuris dispositione, uel Iudicis authoritate,uel arbitri commisione ad partis instãtiam, uel ex officio, quandoque per ipsummet Iudicẽ, quandoq; per nuncium, aut per alium Iudicem, aut partem,& quandoque per ædictum. Quorum verborum examen latius prosequitur. Vide apud eum quia nimis longum esset omnia hic ponere, dicam tamen ubi occasio se offerret infra in textualibus. Et aduertas pro necessaria intelligentia ꝙ citationis sex sunt species de quibus sparsim in hoc titulo & in aliis. Quędam enim est citatio realis,quæ fit per capturam personæ. Secunda est citatio uerbalis sub qua venit etiam monitio Iudicis. Tertia est citatio quæ fit per litteras Iudicis uel eius mandato. Quarta fit per ædictum. Quinta fit per proclamata. Sexta est citatio per Campanam uel tubam,seu aliud simile signum mutum. De quibus omnibus speciebus ordinatæ, & latissime,& copiosissime Maria.in eodem tract.& magis succincte Rober. Marant.in suo specu. in sexta parte,& ego declarabo in locis oportunis separatim de qualibet,Item alia est citatio hominis,alia est legis de qua in c. 1. de elect. in. vi. Prima uera est.2. ficta,Speculator, in titu.de contumacia.§.1. versus finem, Bal.in addict.ad Specul.eod.titu.in princ.subdens ꝙ qualiscunque contumax citatus a iure, potest appellare,allegat. l. properandum. §. cũ autem,& ibi Cyn. C.de iudi. Tertio nota ꝙ citatio etiam prima ad iudicium, licet sit potius ante iudicialis propriæ loquendo ꝙ iudicialis, vt uoluit Innocen.in cap.quoniam contra de proba. cum sit principiũ iudicij sicut uxor dicitur principiũ affinitatis,non tamen affinis.§. affini.instit. de nuptiis,est tamen de processu,& ipsius processus fundamentũ,vt probatur ibi,& declarat Bart. Bal.& Ang.in.l.i.ff.de in ius voc.Fely. in cap. cũ oporteat de accus. Et citatio est exordium iurisditionis.C. quo ad perpetuandum iurisditionem cap.gratum de officio de legati,& quo ad interrũpendum præscriptionẽ. C.de præscript. xxx.anno.l. sicut, &.l. cum notissimi,& quo ad rem litigiosam constituendam, ut in authent.de litig.§.1.propriẽ vero exordium litis est contestatio litis.ff.de in ius uocãdo.l. ꝗuis.ff.rem ratã haberi.l.quo enim,&.l.amplius, uerba sunt Innocen. in capi. super quæstionum col.ii.in gl. exordium sub nu.ij.de off.deleg. si tamen pars est præsens iuditium potest incipere a partis præsentia, Bald.in rub.C.de in ius uocãdo. Alios effectus usque ad nu.x. comprœhensis prædictis, ponit Marian.in tract. præallegato articulo.xxxi.ad quem recurre. Hæc autem citatio est de iure nedũ naturali sed de iure diuino,nempe cognita in paradiso terrestri,cum Deus erga Adam absconsum dixit Adam vbi es: habetur.ij. q.i. Deus omnipotens, & in clem.pastoralis vbi doct.de rẽ iudic.fit.n.ad finem vt citatus se defendat,& defensio est de iure naturali vulg.l.nt uim. ff.de Iust. & iure,ideo non potest tolli a principe nulla subsistente causa, Card. in d.clemen.§.cæterum in.iij. nota.Specula. titulo de legato.§.nunc uidendum uersicu. 18. Marsil.in.l.de uno quoq; colum.3. cum seq.ff.de re iudi.& in sing.73.citatio est maximi effectus. Vide Afflictum constitutio.95.cum duabus seq.& tres fallentias apud eũdem Mars. singul.30. Tu scis regulam illam.Sed ego. Habeo apud me Tractatum cuiusdam docto ris innominati in d. l. de unoquoque manu scriptum,ubi ponit regulam istam ꝙ in unoquoque actu citanda est pars aduersa,ampliatam centum & sexdecim modis,& limitatam centum & vigintiquattuor. Adde Rober. Maranthã in. vij.parte sui speculi vbi enumerat.31.limitationes ad dictã regulam. Et Marian. in eod.tract. vbi ponit ampliationes.47.& fallentias.35.& plures alios doctor. in uariis opusculis suis,quos refert Petrus a Duenas in litera.c.in Regula citari debet &c.quę est regula.92. Substantalia autem citationis enumerat Sebast. Vantius in tra.nullitatum fol.253. num.31.

c ¶ Legitimatione de hac secunda parte primo tractatur,in nigro. De prima vero postea in. §. Item dicimus. Est autẽ legitimatio,personarum declaratio Iudicis qua manifestatur personas habiles ad iudicium, uel per se,uel per alium,multi enim sunt qui non possunt stare in iudicio siue agẽdo, siue conueniendo,vt apud specul. titulo de actore, & titulo de reo,& titulo seq. de procuratore

Et uide apud Vantium in tracta. de nullit. senté-tiarum sub Rubrica de effectu inhabilitationis nu. cxxxix. Adde ꝙ nulla est maior nullitas quã defectus in personis interuenire debentibus in iudicio, Cranet. in cons. cclv. nume. ij. in secunda parte, Et nota dictũ Bart. in extrauag. ad Reprimẽ dum in uerbo figura, ubi dicit, ꝙ non obstantibus quibuscunque uerbis statuti dicentis procedi debere, absque strepitu & figura iudicij, uel sola ueritate inspecta, tamen personę debent legitimari, quia inquit ipse, sequeretur aliàs absurdum ꝙ non habens mandatũ posset mihi præiudicare, quod est contra ius naturale, cõtra regulam non debet de reg. iur. in vi. Et notatur in clem. sæpe de uerb. signific. Et idem dicit in. l. quamuis. C. de ædicto Diui Adria. toll. Et circa hãc legitimationem uide Franc. in c. primo de litis contest. in. vj. in xxxv. limitatione. Et Clarius Alexan. de Neuo in consil. xlj. vbi dicunt ꝙ quis non tenetur legitimare suam causam a principio, sed post litem contestatam, nam non tenetur producere instrumentum cessionis nisi post litem contestatam Bartol. in. l. qui stipendia C. de procurat.



DEcernimus, quod quælibet persona,[e] & Vniuersitas[f] citata[g] ad iudicium[h] quacũque de causa ciuili[i] teneatur[k] per se,[l] uel alium[m] le.

d ¶ Personarum. Expone tam super obiectionibus respicientibus personas, quam respicientibus mãdata, satis enim dicitur legitimata persona, legitimationis pronuntiatione subsecuta super quacũque obiectione, licet in nigro aliquando distinguatur, legitimatio personarum a legitimatione mandatorum, & aliquando simpliciter loquatur de legitimatione personarum, sed postea ipsummet statutum infra. §. & quod dictũ est, istud expresse determinat. Et hic scias regulam esse, ꝙ omnis censendus est idoneus procurator pro alio in quacunque causa nisi expresse reperiatur prohibitus, ita tex. in cap. 1. de procur. in. vi.

e ¶ Persona. Personæ appellatione tàm masculus quàm fœmina continetur ex sermonis proprietate, Bal. in. l. quicunque colum. iij. vers. Nota tertio. C. de seruis fugit. Vbi declarat ꝙ non uenit ex cõceptione generum, sed ex natura uocis, idest non ꝙ fœmininum concipiat masculinum, quia hoc in iure non tolleratur, vide de ratione per Alcia. lib. ij. Parergon cap. xxviij. Et diffinitur persona a philosophis, ꝙ est naturæ rationalis indiuidua substantia.

f ¶ Vniuersitas, scilicet hominum ut Collegium, Villa, Castrum, & etiã reperitur uniuersitatem recte posse dici animalium irrationalium, ut Gregis Armenti Aequitij l. ij. §. fi. ff. de rei uendic. & ista cum prima describitur per Rom. consil. cccc. Quęritur. Est corpus quoddã quod ex multis inuicẽ collectis cõficitur. Aliquando corporum & iuriũ simul ut hæreditatis, peculij, & dotis, ita Barto. in Rubrica solu. matrim. in fi. Et hic subiicias uerba Barto. in. l. aut facta. §. fi. colum. secunda. ff. de pœnis dũ quærit an Vniuersitas sit aliud quàm homines uniuersitatis? & refert ꝙ quidam dicunt ꝙ non, ut notatur in. l. sicut. §. primo. ff. quod cuiusque uniuersitatis no. Et. l. i. in. fi. ff. de Collegiis illicitis, & ꝙ hoc tenẽt omnes philosophi & canonistæ, quia dicunt ipsi ꝙ totum non differt realiter a suis partibus, quos putat Bart. dicere verum attenta ueritate, quia nihil aliud est uniuersitas scholarium, quàm scholares, sed secũdum fictionem iuris aliud est, nã Vniuersitas representat unam personam, quæ est aliud a scholaribus, seu ab hominibus uniuersitatis. l. 1. mortuo. ff. de fideiussoribus quod apparet, quia recedentibus omnibus scholaribus & aliis redeuntibus, eadem tamen uniuersitas est. l. proponebatur. ff. de iudiciis, & sic est aliud uniuersitas quàm personę representantes uniuersitatem, cum diximus iam illas personas recessisse nihilominus durare uniuersitatem iuris fictione & censura, quia est quædam persona representata, unde quia non est propriæ persona, propriæ nõ potest delinquere uel obligari, tamen considerata ficte potest obligari & delinquere, & ideo dicitur ꝙ uniuersitas nõ potest excommunicari, quia non habet animam, extra de sententia excommunicationis c. Romana. §. in uniuersitatẽ in vi. & ponit Innocẽtius in c. graue de sen. excommunicationis. Attenta igitur veritate procedit hic text. noster faciens differẽtiam inter personam & uniuersitatem, qua attenta procedunt & multę. ll. similes & uidebis Roma. in d. consi. cccc. Quæritur, ubi bene deducit differentiam istam: facit. l. metum. §. animaduertẽdum. ff. quod metus causa ibi uel singularis persona, uel populus, uel curia, uel collegiũ. l. ii. §. hoc autem. C. de iuramento calum. in c. i. §. cõuenticulas de pace Iura. fir. ubi Bald. decidit. q. de procuratore constituto aduersus omnem personam, uel si aliquis iurasset fidelitatem aduersus omnem personam & dicit Hosti. in capit. cum in multis super glossa quidam alii de rescriptis quod si in rescripto fit mentio personæ non continetur vniuersitas, & Alexan. idem dicit consi. ccxvj. nec arguendi lib. ij. & Felyn. in cap. cum te versi. aliud, Singuli, aliud Vniuersitas de rescri. vbi dicit, ꝙ non continetur in statuto exorbitanti facenti mentionẽ de persona, cuius Cottis adde Gommesiũ in regula cancell. de idiomate, & adde prædictis quæ ponit apostillator ad commentum Matthæi de Afflictis super constitutione Neapo. titulo. xlvii. lib. 1. & adde Ias. cõsilio cxviii. nu. ii. lib. i. & quæ ponit Barbatia consi. 48. col. penul. lib. 4. Qualiter autem citari debeat vniuersitas habebimus infra. §. præterea statuimus &c.

g ¶ Citata. Scilicet legitime prout ita interpretandus est semper quilibet terminus legalis, vt proba

tur

tur in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudicata, & ibi Mod.multa accumulat simi.& l.ij.§.testamētū ff.quæ ad testamēta aperiantur, & hinc dixit Bar. in l.accusatricus.ff.de accusatiōibus,& reassūpsit Abbas in.c.illud nu. xiiij. de præscript. ꝙ illud quòd dicitur,citatio interrumpit præscriptionē, debet intelligi si modo legitime facta sit, & idem quando interrumpit per oblationem libelli, vt per eos,quod.n.caret substantia carere debet, & nomine iuxta.Si illud re priuēris,nec nomen habere mereris, gl.in l.a nullo C.de feriis, facit.l.nō dubium.C.de legibus,& vide casus plures in quibus citatio vitiosa non arctat ad comparendū nec etiam per procuratorem,quando.s.in ea est vitiū visibile, quos enumerat Bal.in titulo de citatione in add.ad Specul.versic.citatio est nulla,& per Cardinal.in clemen. pastoralis.§. vt illud in primo not.de re iudi. Materia habetur in l.ii. ff. si quis in ius vocatus non ierit,vbi doc. post Barto. declarant vitium in citatione esse alio de quatuor modis, ex causa, ex persona,ex loco, & ex tempore,& vbi sunt expressa,citatio nō afficit, vt per ipsos abunde deducentes,& aliquid per Marian.in trac.de citatione articulo.19. Caueat ergo citatus per citationem nullam ne compareat, quia aliquando posset vt præsens arctari ad respondendū, iuxta ea quæ ponit Abbas post Innoc.in c.cū causam de off.delegati,& retulit Marian.in d.trac. articulo.v.nu.23.& alibi dicit Bal.s.in l.i. ff. de feriis per.l.sed & si susceperit.ff.de iudicijs, ꝙ licet citatio sit temeraria,& non arctaret citatum si tamen citatus comparet,& respondet videtur renūciare iuri suo. Et quando citatio emanat a iudice qui asserat se delegatum, debet in ea inseri tenor delegationis, aliàs nō afficit Inno. & Hostieñ.in.c. præterea de dilationibus, Bal.in l ex quacūq; causa.ff.si quis in ius voc.non ierit, vbi omnes doc. allegatur auth.qui semel.C.quomodo & quando iudex,vbi Bartol.not. Reperitur etiam citatio valida,quæ tamen non cogit quem ad comparendū, vt quando.s.est concepta per verba facultatis seu conditionalia,vt compareas si vis,quæ potest fieri,& valet,vt dicit Bald. in auth. si quis ab aliquo C.de testib.col.antepenul..vers.extra quęro,allegat tex.in.c.significauit extra de testibus, vbi bonus tex.vel si tua putaueris interesse,vt no.gl.in l. ea quidē C.si man.ita fue.alie. Rota Decis.419.si impetratur versi. præterea post Inno.in.c. dilecti de except.vel cōpareas si de iure tuo confidis, tex. & ibi notat.Bal.in l.diffamari. C. de ingenuis, & manu. fiunt enim istę citationes ad finem vt eis præiudicet processus maxime inter alios fiendus Specul.in titulo de citatione.§.sequitur ver.quid si non præfixeris, qui est sub num.xx. Et huic verbo citata subaudias,vel monita in facie rei assistētis quæ habet vim citationis, nam præsens citari non debet iuxta notat.in l.i.ff. de in ius vocando, Et attende quia licet loquatur statutum de primis citationibus quæ fiunt ad incohandum iudicium tū aliæ dicuntur in hoc princ. vsq; ad.§. & si qui dem vtiq; etiam verificari in aliis omnibus citationibus possunt,vt patebit ex infra dicendis.

h ¶Ad iudicium.Idest ad eum qui ius dicturus est, prout formaliter ita exponit tex.insti. de pœna temere litigātium.§.omnium, vel dic ad iuditium, idest ad illum actum legitimum trium personarū iudicis Actoris,& Rei iuxta.c.forus de verb.significat.Et notant quidam ꝙ cum iudicium propriè incipiat a litis contestatione gl.in.l.fin.§.illud.C. de appellationibus,Doc.in l.postquàm liti.C.de pactis vbi ponunt differentiam inter illa nomina,Instātiam Causam,& Litem ac Iudiciū,ꝙ principaliter reus dicitur vocatus ad finē,vt litem contesteretur.i.vt dicat an vellit cedere, vel contendere iuxta.l.i.ff.de edendo,ego verò hic acciperem iudicium largiori modo.s.vt etiam comprehendatur locus in quo iudicium exerceri solet, quia quilibet locus non est sufficiens ad iudicium exercēdū,sed debet esse honestus iuxta.l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de arbitris, & de iurisdictione iudicare debentis.l.fina.ff.de iuris.omnium iudicum,similiter ad locum tutum clem. pastoralis de re iudic. §.pisana quoque ciuitas, & non ad locum nimis lōginquum si loquimur in delegato.c.nōnulli de rescrip.qui delegatus debet etiam ad locum insignem citare.c.statutum.§.primo de rescrip.in vi. Vide abunde Marianum articulo.xviij. per totū, Nam etiam constat variis modis accipi iudicium quorum.13. ponit Marantha in princip. operis sui, & quo ad aliquos effectus dicitur iudicium incipere a citatione vt ponit Ias. in rub. C. de in ius vocand. Vide Robertum prædictum in v.par. te princip.Speculi sui.Qui author etiam non minus subtiliter quàm copiose in quarta parte illius libri considerauit.xx. distinctiones in ipso iuditio quas pro magna intelligentia placuit per capita recensere. Prima secundum illius ordinem est ꝗa Aliud ciuile, aliud criminale,& aliud mixtū. Secunda,Aliud capitale,aliud non capitale.Tertia,Aliud psonale,aliud reale.Quarta, Aliud vniuersale,aliud generale,aliud particulare. Quinta Aliud iuditium ordinarium,aliud delegatum. Sexta est quia iuditium Aliud dicitur conuentionale,aliud reconuentionale. Sexta,Aliud petitorium,aliud possessorium. Octaua quia,Aliud cōpetens,aliud incompetens.Nona, Aliud ordinarium,seu plenarium,aliud summarium. Decima Aliud ordinarium,aliud extraordinarium.Vndecima,Aliud sęculare,aliud ecclesiasticum. Duodecima,quia Aliud ordinarium,aliud prorogatum. Decimatertia, Aliud temporale, aliud spirituale. Decimaquarta, Aliud iurisditiōale,aliud arbitrarium.Decimaquinta,Aliud delegatū , aliud subdelegatum. Decimasexta, Aliud validum,aliud inualidum,seu nullum.Decimaseptima, Aliud simplex,aliud duplex. Decimaoctaua, Quia iuditiū, Aliud contentiosum,aliud voluntarium.Decimanona, Aliud principale,aliud appellationis.Vltima est,quia Aliud dicitur præiudiciale,aliud non præiudiciale, Quarū singulas declarat in suis locis abunde

abunde, ideo ad illius dicta lectorem remittendum duxi. Addendo, & xxi. ꝙ iudicium, Aliud est incidens, aliud emergens, vt declarat glo. in. l. quod ius sit. ff. de re iudica. & gl. in. l. i. C. de ordi. iudi. Ias. enumerat hanc speciem in rubrica. C. de iudi. Rursus in vi. parte considerauit post Docto. alios, ꝙ iudiciũ ipsum habet tres partes principales, & quælibet illarum habet multa mẽbra quas, queuę placet pro instructione iuuenũ per capita referre, aliquibus additis, ab ipso authore ommissis. Nam vt dixi iudicium, diuiditur trifariam, quia quædam acta sunt ordinatoria, quædam instructoria, quædam litis decisoria. Ordinatoria a citatione vsq; ad litis contest. Instructoria a contestatione, vsq; ad sententiã. Vltima a sentẽna, vsq; ad executionem.

Vsq; ad contestationem.

- ¶ Citatio.
- ¶ Contumatia.
- ¶ Libelli oblatio.
- ¶ Legitimatio personarum.
- ¶ Reconuentio.
- ¶ Authoris laudatio.
- ¶ Nominatio.
- ¶ Interrogatio.
- ¶ Satisdatio.
- ¶ Exceptio, & replicatio.
- ¶ Recusatio.
- ¶ Litis contestatio.
- ¶ Primum Decretum.
- ¶ Secundum Decretum.

A contestat vsq; ad conclus.

- ¶ Iuramentum Calum.
- ¶ Compromissa.
- ¶ Dilatio.
- ¶ Positiones.
- ¶ Articuli.
- ¶ Confessio
- ¶ Testiũ productio, & examinatio.
- ¶ Interrogatio.
- ¶ Instrumentorum productio.
- ¶ Iuramentum.
- ¶ Actorum Editio.
- ¶ Publicatio.
- ¶ Accusatio incidens.
- ¶ Repulsa testium.
- ¶ Tortura.
- ¶ Allegatio, seu disputatio
- ¶ Conclusio in causa.
- ¶ Requisitio consilij.
- ¶ Relatio.
- ¶ Remissio.

A conclus. vsq; ad sententiam.

- ¶ Sententia.
- ¶ Nullitatis dictio.
- ¶ Appellatio.
- ¶ Reclamatio.
- ¶ Supplicatio.
- ¶ Restitutio in integrũ.
- ¶ Petitio appostolorum,
- ¶ Executio Iudicis.
- ¶ Executio beroarii.

Et horum omnium aliqua sunt membra substantifica iudicii solemnis, aliqua ex accidenti, seu de solemnitate. Substantifica sunt, Citatio, Libelli, oblatio, Litis contestatio, Conclusio, Sententia, & hæc non debent prætermitti, aut præposterari, alias nullitas insurgeret. ij. q. vi. §. diffinitiua, & sequenti, &. c. qualiter, el secundo, de accusationib. de quo glo. vltima in clem. sępe de verbo. significat. Bar. late in. l. prolatam. C. de sententijs vbi videbis opin. contrarias in aliquibus mẽbris.

i ¶ Ciuili. Nam in crimi. data est alia forma, ut patet inter statuta criminalia sub rubri. de modo & forma procedendi contra accusatos, & de modo citandi vniuersitatem. Qualiter autem in criminalibus fiat citatio tradit speculator in titulo de accusat. §. i. uersic. qualiter.

k ¶ Teneatur. Dummodo concurrat ꝙ locus sit tutus, alias citatio non arctabit, & poterit appellare etiam si non petat locum securum. c. ex parte cũ ibi notatis per Innо. de appellatio. tutius tamen faciet si mittat excusatorem ad allegandum de loco non tuto, & si non admittatur excusatio, tũc a repulsiõe poterit appellari, Rota Decis. xv. Nota ꝙ vbi &c. i antiquis decis. & vide Mars. sing. 261. incip. exceptio. & an debeat comparere per procuratorem uide apud Marsil. sing. 311. citatus in causis ciuilibus &c. Et notabis ꝙ citatio debet talibus uerbis concipi, qñ dirigitur cõtra illũ cõtra quẽ principaliter dirigitur petitio vt teneatur cõparere, scilicet per uerba præceptiua, nõ autem exhortatoria, uel modificatiua, licet nõ cogatur pręcisę uelit nollit, sed causatiue. s. si uult euadere pœnam contumaciæ, & ita debet intelligi quod dixit speculator in titu. de citatione. §. sequitur, versiculo illud autem certo. qui simpliciter dixerat ꝙ præcise neminem citare potes, sed sub modo præscripto, scilicet si vult, prout reperio declarari per Marian. Socyn. in sæpe citato tractatu in articulo 20. num. 22. versic. ego vero arbitror.

l ¶ Per se. Hæc verba indicant ꝙ citatio incepit ab ipsa principali persona, non a procuratore, quia procurator non potuisset alium substituere in hoc principio litis, nisi haberet in mandatis expressum. l. neq;. l. nulla. C. de procura. c. i. de procur. in vi. & iure merito, quoniam regulariter debet citatio fieri in principio causæ de persona domini, non procuratoris, vt sentit glo. in. c. causam in verbo ad domum. de dolo, & contumacia, Bar. antem. ff. de dam. in fecto. l. quamuis. col. fin. versi. secũdo vero cõsueuit &c. refert ꝙ Petrus, & Cy. idem absolute dicebant. Ipse autem dicit ꝙ quo ad parandum graue pręiudicium, puta ad secundum decretum, non sufficit citatio procuratoris, quo vero ad primum sufficit. Ant. de Butrio in. c. causam allegato, & ibi Abbas in primo notabili, & Bar. in. l. aut qui aliter. §. & si forte. ff. quod

vi aut

vi aut clam, vbi loquitur de protestatione, & in l. meminerint in secunda col. C. unde vi. Rebuffus in tractatu de citatione artic. secundo, in gl. prima num. v. Tutior tamen est pratica ꝙ fiat de principali, vt inquit Bar. in d. l. meminerint, & ista procedunt, vbi dñs reperitur de facili, si uero nõ reperitur, quia est absẽs,

gitime [n] in termino [o] citationis compa-

& tunc potest fieri citatio de procuratore, etiam prima uice, si certum est dominum dimisisse procuratorẽ quamuis causa sit grauis prçiuditij, aliàs alio modo absens citari poterit puta ad domum vt inf. videbimus, Marian. Socin. in tractat. de citationibus articulo. v. ad quẽ recurre omnino quia latissime extendit se in materia.

m ¶ Vel alium pondera quia non dixit, uel procuratorem, quia sunt plures alij qui vltra procuratorem possunt comparere pro alio citato quos nominat Speculator in titulo de his qui alieno nomine in iudicio interueniunt, scilicet Actor, Coniuncta persona, Defensor, Excusator. Syndicus Economus, Orphanotrophus, Vicedominus, Vicecomes, Castaldus, Curator, Tutor, de quibus singulis declarationes ponit in particularibus titulis ob hoc formatis, ad eum remissio sufficiat. Pōdera & aliud ꝙ citatus simpliciter, siue personaliter siue ad domum potest comparere per aliam personam, legitimã tamen, plerunq; autẽ citatus, vel propter dignitatẽ, vel honestatẽ, vel impotentiam comparere nõ potest, vel etiam non vult, propterea dicitur. In l. i. ff. de procu. vsus ꝑcuratorum est per quàm necessarius &c. & est vulgatus text. in l. fina. C. de procuratoribus, Immo doctor. ibi dicunt dato ꝙ in citatorio diceretur personaliter compareat, uel per sese, si nulla sit inserta causa, potest cõmode per alium comparere. Quæ autem sint causæ ponit tex. d. l. fin. duas, sunt aliç ænumeratæ latius per scribẽ ibi, & in c. i. de Iudici in. vi. Vide abunde Maria. in tractat. de Citatio. artic. 20. num. 25. vbi ampliationes quattuor ad d. Regulam ponit, deinde limitat. viij. limitationibus. Dicit tamen Guido Papæ. q. ccccxlv. an valeat, &c. nu. 3. ꝙ Grationopoli citatio pson. d. Gubernatoris est huius authoritatis ꝙ arctat ad comparẽdum personaliter, non per procuratorẽ, licet in citatorio non sit expressa causa, quæ obseruantia etiam in hac nostra ciuitate uiget. Et an citatus teneatur mittere procuratorem ubi aliquo impedimẽto distringatur vt uenire ad Iudicium non possit? habetur plenissime apud Bar. in l. ij. §. siquis in iuditio. ff. si quis cautionibus, est magna dissensio inter doct. Vide tu Petrum Rebuffus in tractatu de excusationibus nume. 68. vbi figit regulam affirmatiuam cum ampliationibus, & pluribus Falleniis, in quibus sufficit mittere excusatorem aliquem.

n ¶ Legitime. Dicitur legitime cõparere, & ex leg. dispositione qui cõparet per procuratorẽ, vel sindicum, & alias personas de quibus habita est mentio in anteced. glos. ita Bart. exponit in extrauaganti ad reprimendum in verbo legitime, hinc orta est illa uox, legitimatio personarum, de qua statim dicam, & dicit Bal. in l. i. C. qui petant tutores, post glosam not. in l. si minor in verbo inueniat. ff. de bonis auth. iudi. posid. ꝙ semper in citatorio sub intelligitur ꝙ legitime compareat citatus, hic etiam cadit dictum Bart. in l. i. C. de Iure Reipub. lib. x. ꝙ quando citatur pupillus potest actor petere a Iudice, vt constituatur tutor, vel curator, item si respublica, ꝙ constituatur Sindicus, & sic de singulis similibus, aliàs imputabitur actori.

o ¶ In termino. Duo sunt colligenda, & ꝙ Citatio debet continere terminum, qđ intelligitur, si modo certus terminus sit, & expressus, non prçsumptus, vt. j. §. ordinamus. Alterũ ꝙ citatus semper in termino debet comparere, aliàs dicitur cõtumax, & idem dicitur, in ipso actore seu, citari faciente, vt habetur infra. §. mãdamus &c. Declara ꝙ quãmuis terminus certæ horæ fuisset præfixus ad comparendum nihilominus potest citatus comparere sedente adhuc iudice, quia ille terminus cẽsetur prorogatus a Iudice, ita Ang. in l. si autem. §. fina. ff. quod ui aut clam, allegando tex. in c. cõsuluit de off. delegati, qui tex. est multum necessarius in hoc passu, quia decidit ꝙ iudex etiam post quàm discessit a Banco potest differre terminum ad diem seq. in quo potest citatus uenire licet aliter nõ sit citandus nisi gratiam ei fecerit benignites iudicantis, sed intelligunt aliqui, vt possit respectu pcocessus, sed non quo ad expensas contumaciç, quia agitur de interesse alterius partis, ita tenet Abb. ibi nu. 9. post glosam, dicens se putare ꝙ ista opi. seruaretur in pratica. Vide ad istud uerbum omnino Specul. titulo de comparitioue in termino, & Caue quia dixit in termino, nõ au tem infra terminũ astringitur, nec potest nisi par te citata, & hoc maxime quãndo in citatorio habetur ꝙ compareat in termino, secus si dicetur ꝙ intra aliquot dies compareat, clem. 2. de appella. Bar. in l. qui ante klendas. ff. de uerbor. significa. Et nũquid dies termini computetur in termino? recurre ad nota in Clemen. sicut appellationẽ de appellat. post Bar. in l. i. ff. si quis cautioni. vbi cõstituit regulã affirmatiuã, ꝙ sic, in qua omne tẽpus regulariter est continuum, & currit de momento ad momentum, vbi aliud a iure non exprimitur, ita Ioan. And. in cap. super eo. el secundo, vbi Abbas extra de appellat. idem Abb. in capi, quærẽti extra de off. deleg. Fallit autẽ sex modis, vt dicit Reuer. D. Bernardus Diaz in suo tractatu fall. licet remissiue loquatur, sed Albericus in d. l. i. latius loquens in hoc articulo dixit, ꝙ de more iuditiorũ, qđ quid sit de iure, dies termini non computatur in termino, ita etiam refert, & transit Decius in allegato ca. super eo. num. ii. vbi allegat Bal. dicentem sic esse de cousuetudine, immo inquit Decius etiam de iure magis communis opinio est in negatiuam partem, nihilominus

stante

rere,[a] & expectare illum, qui citari fecerit[b], donec officialis coram quo citatus fuerit licentiauerit[c] ipsum[d] comparentem. Et hoc in actis scribi[e] facere per

stante regula affirmatiua posuit aliquas fallētias. Quid aūt de die in qua debet cōparere an sit dies illa cōputanda in termino? Alb. ēt pulchre distinguit. & qd si dies in quo cōparere debet, sit feriata? hoc decidit text. in. §. & si contingeret aliquē citari, vbi deciditur ꝙ debeat cōparere die seq.

a ¶ Comparere. i. se corā iudice pręsentare, de quo uerbo est tex. in cap. Romana. §. contrahentes de foro comp. Et in cap. i. in fi. de dolo & cōtu. lib. vi. Et dicitur quis præsentiam suam exhibere etiam per procuratorem, ita not. doct. in cap. cum parati de appell. allegantes ca. Episcopus el. i. xviij distinct. secundum tamen propriam significationē significat veram, vt per Abb. in d. c. cum parati licet loquatur in uerbo pręsentare, sed inter ista nō constituo differentiam, & hic est unus effectus citationis, quia fit ad effectum, vt citatus compareat per se, vel idoneum responsalem, vt posit defensionem parare, clem. pastoralis de Re iudicata, ne .s. absenti posit præiudicium generari, vide alios effectus per Marianum trac. de Citatione Art. 31. vbi etiam dicitur qualiter debeat comparere citatus post Speculat. titulo de comparitione in termino.

b ¶ Fecerit. Nō enim potest fieri citatio nisi ad Instantiam partis aduersę, vt in authent. de manda. princip. §. sit tibi, & in cap. licet de accusa. & cap. dudum, de Decimis. Specul. titulo de citatione. §. sequitur, uersi. illud autem, num. 14. l. ad peremptoriū. ff. de indi. & ratio est quia citare est facti, & iudex non potest supplere de facto, vt in Rub. & nigro, ut quæ desunt aduoc. partium, Item iudex non debet impartiri officium suum ad priuatum utilitatem, nisi parte petente. l quarta. §. hoc autem. ff. de dam. infec. Marian. in eod. tractat. articulo. 6. plura allegat Petrus aduenas nouiter impressus in suo tractetu regularum, in uerbo citatio ad hoc vt valeat, quæ est regula. 96. vbi ponit remissiue Fall. v. ex mente Ripe in capi. i. nu. 20. de iudicijs. An autem citatio præsumatur facta ad instantiam partis Vide Fel. in c. i. de iudiciis, vbi tene ꝙ sic, licet sit sollennitas extrinseca, & Mari. articulo trigesimo videtur eandem opinio. sequi, saltem vbi nuncius fuisset habitus cōiter pro legali uiro, & causa esset modici ualoris. Vide autem tu ad supradicta Fall. v. quas ponit Fran. Ripa c. i. num. 20. de Iudici. in quibus absq; instantia partis citatio committitur. Et nota ꝙ semper qui aliū citare facit appellari debet actor licet fuerit reus originarius, & quo ad alia reputetur reus, Bar. in l. libertus circa fin. de in ius uocando. l. de pupillo. §. fina. de noui operis nunria. quod notat pro bannitis qui prohibentur agere. Itē ꝙ in dubio si apparet citationis commissionem, & relationem scriptam pręsumitur requisitionē pręcessisse, quia præsumuntur omnia solemniter acta, Ant. de Butrio, in cap. i. versic. not. ij. praticam. extra de iud.

c ¶ Licentiauerit, vt in c. i. de Iudic. & . xi. quæstio tertia cap. certum, & l. quæsitum. ff. de re iudi. & ibi Imol. aliàs reputandus esset contumax, quia non dicitur uenisse qui non stetit. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tutorum, tradit Bart. in l. si finita. §. Iuli. ff. de dam. insect. & Bald. in l. nam ita Diuus. ff. de adopt. & Angel. in l. et post ædictum, de Iudi. Maria. diffuse in eod. tract. articulo trigesimo num. 15. cum sequentib. Vide materiam ordinatam cum ampl. & Fall. In trac. regularum, in uerbo contumax in comparendo, & Ant. de Butrio. in ca. primo de iudi. prosequitur quattuor necessaria membra in hac materia licentiæ, & subiicit notabi. Quæst. quæ accidere potest in dies, de eo qui discessit illicētiatus, deinde actor comparuit post terminum, impeditus ex iusta cā iudice adhuc sedente, an illicentiatus debeat condemnari in expensis? & concludit ꝙ sic, ideo caueant citati quo discedant a iudicio sine licētia Iudicis, eo adhuc sedente, post. n. dimissam audientiā satis dicitur habere licentiā recedendi.

d ¶ Ipsum comparentem. i. ipsum citatum, sed adde idem econtra actore comparente, & reo non veniente, vt habetur. j. §. mandantes, tradit Specul. in titulo de Contuma. §. primo in principio, faciunt notata in capi. primo de dolo, & contumacia lib. vi.

e ¶ In actis scribi. Nam omnia quæ coram Iudice fiunt debent scribi per notarium, & ista dicūtur acta iudiciaria, de quibus tex. famosus in ca. quoniam contra, de probatio. specul. in præalleg. §. in uersic. facta igitur citatione. Marian. d. articulo trigesimo, glo. & ibi Bald. in l. illud In verbo actorū. C. de sacrosan. Eccles. Pau. Castr. in l. acta. ff. de re Iudi. & dicit Bald. in l. interrogatam. C. de libera. caus. quôd nomine actorum cōtinetur quicquid factum est coram iudice, etiam in non figura iuditij, hinc acta dicuntur largo modo quæ fiunt ante litem contestatam, Bal. in authen. clericis columna secunda. C. de epis. & clericis, quod tamen dictum D. Phi. Decius ex toto non approbat in d. ca. quoniam contra nu. 12. per illum tex. Et quot nominibus acta nominentur? Vide Card. in clem. sæpe. §. & quia. viij. q. de uerbo. signifi. vbi ponit differentiam inter acta, & munimenta. Forma autem scribendi est. ad petitionem A. citatus B. cōparens, & se tali iudici offerrens diu, [illegible] ter in iuditio expectans aduersario min[illegible] parente fuit a Iudice licentiatus. Expedit. n. ita scribi quia si postea aduersarius ueniat, dicens se licentiatum recessisse, oporteret de licentia docere, & si non posset adimplere reputaretur cōtumax. d. cap. i. de iudiciis, vt latius per Marian. d. artic. xxx. num. xv.

Qui

Notarium qui ſcripſerit[a] citationem[b] de eo factam, ſeu de alio pro quo comparuerit, uel per alium Notarium eiuſdem diſchi[c] eo Notario abſente,[d] de cuius abſentia ſi reuocetur in dubium, declarationi Iudicis coram quo citatio facta fuerit ſtetur. ¶ Et ſi quidem pars, quæ citari fecerit ſimul cum alia parte comparuerit, ſeu præſentes ipſe partes fuerint principales,[e] uel alii fuerint eorum nominibus, antequàm ad alia[f] pro-

a ¶ Qui ſcripſerit. Idem enim notarius efficitur notarius totius cauſæ, & non poteſt mutari ſine legitima cauſa Bart, & Bald.in.l.cum ſententiam. C.de ſenten. & interlocut.omnium Iudi. allegãdo.l.i. C. de ſportu,& ibi Bald.fac.l.vbi ceptum. ff. de iudiciis, &.l. nulli. C.illo eo. tit.vbi dicitur, ꝙ continentia iudicij nõ debent diuidi,idem Bal. in.l. ij. C. quomodo, & quando iudex, Bar. in.l. i.de off.cõſulis, Bal.in.l. repetita.C.de epiſ.& cle. Rom. conſ.cclxxxi. Et ſi ſchędula ſit ſigillo Iudicis ſigillata, & nuncio tradita arctat citatum, licet nõ ſit ſubſcripta a notario, Bal. in Margarita ſua, in verbo iudex ſi citat aliquem.

b ¶ Citationem. Ergo citatorium debet mitti in ſcriptis per Dominũ Poteſtatem, ergo apparet ꝙ non poteſt citare verbotenus, ita volente ſtatuto, de Iure autem communi qui põt citare per literas (ita enim vocatur dicta citatio) poteſt citare per nuncium,& ſic verbotenus, quia nuncius & epiſtola æquiparata ſunt in Iure.l.i.in fi.ff.de procu.l.abſenti.ff.de donat. caſus eſt in.l. ſed interpellatur.§.arbiter. ff.de arbitris Specul. titulo de citation.§.ſequitur verſic. & nota ſecundum Vbertum &c. Marian. eod.tract. articu.4.q.v.&.ix.de citatione autem per literas, uel per nuncium abũde ſcripſit Bart.in extrauag. ad reprim.In uerbo per nuncium, & uerbo ſeq. Vide ordinate apud Pet.a Duenas,in ſuo tract.regul.& Falleti. In verbo citatio regulariter in ſcriptis &c. Et nonnulla per Matth.de afflictis in cõſtit.Neap.Incip.Aedictorũ nu.7.Et. ĵ.videbimus de citatione per proclamata, quæ eſt alia ſpecies nullũ aũt verbũ de citatione per ędicta,quia eſt nimis præiudicialis vt habetur per Bar.in extrauag. ad repri. in uerbo per ædicta &c. Et Marſili. ſing. 260. citatus ſemel. Et dũ dicitur is qui ſcripſit citationem,ſubaudiri debet,& qui ſcripſit cõmiſsionem de citando, quæ habet præcedere de neceſsitate iuris, vt habetur.ĵ. §. item dicimus ꝙ nulla.vbi etiam clarius probatur ꝙ citatorium debeat ſcribi,& cedula tranſmitti.

c ¶ Eiuſdem diſchi.Id eſt,eiuſdem tribunalis,quia certus numerus deputatur ad acta cõficienda. vt ſupra,de electione notariorũ,vbi dictum fuit,ꝙ in locum impediti poteſt de iure alius ſurregari, vt in locis ſupra citatis.

d ¶ Abſente. Quòd de mandato iudicis notarius poſsit,ponit Bal.in.l.geſta colum.2.verſic.quæro ſi notarius qui ſcripſit. C.de re Iudi.allegat.l.ſi lõgius. ff. de iudicijs,hic tamen nullum verbum de mãdato,forte quia ille ſuſfectus eſt notarius eiuſdem iudicis,& licet hic dicatur de abſentia, tamẽ idẽ puto ſi alia de cauſa fuerit impeditus,ita Bald. in.l.i.C.de ſpor.facit.l.i.§.huius rei.ff.de offi.eius cui mand. eſt iur.& ibi nota.per Dec.in.4.not.Itẽ nota ꝙ hic non diſtinguitur inter abſentiam voluntariam, & abſentiam neceſſariam,prout alias, & forte non ſine miniſterio, quia hoc factum fuit fauore litigantium,& ne lites protrahãtur,&c.Item nota ꝙ variis modis quis abſens dicitur,vt eſt gloſ. notabilis in.l.præſens.ff. de procurato.& Felyn.in cap.quoniam frequenter col.fin.vt lite non conte, vbi poſt Domi.In ca. vbi periculũ col. ii. de elect. in.vi. habetur, ꝙ abſens dicitur, qui extra muros eſt,& hoc proprie, & ſtricte,allegando ſimile in.c. olim de re iud. facit.l.abſentem. ff. de verbo.ſignifi. quod eſt bonum ſcire propter ſtatuta loquẽtia de abſente,alibi Bal. in l. fi.§. vbi autem.C.de bo.quę libe. dicit,ꝙ dicitur abeſſe quando a longe abeſt,quod facit ad multas quęſtiones ſtatutorũ,tñ vt hic dicit remittere arbitrio iudicãtes. Vide Bal.in.l.qa abſente.C.de pc.

e ¶ Principales. Nota tamẽ ꝙ vbi aliquis nominatim citatus eſt ſimpliciter,eius perſona approbata eſt a citãte, & ſic non exigitur alia legitimatio,ita dicit notab. Paul. Caſtr. conſilio. 52.tota diſputatio in prima parte, & hic probatur quòd appellatione partis venit non tam principalis, ſed & procurator,non enim opus dicere fuiſſet,partes principales, & hoc uerum eſt, vt eſt caſus in capi. ſub orta de re iud. Millus in repertorio ſuo in uerbo pars.

f ¶ Ad alia. Id eſt antequam aliæ exceptiones proponantur, tam dilatoriæ,quàm perẽptoriæ,quia ante omnia de perſonis quærendum eſt.l. ſi quæramus.ff.de teſtamen. Tẽpera tamen hoc,vt prius & ante omnia de iuriſdictione Iudicis cognoſcatur, quia natura declaratoriæ eſt huiuſmodi, ne forte propter oppoſitionem aliarum exceptionũ videatur in iudicem conſentire, & habere illum pro competenti,pronunciando ſuper exceptionibus primo oppoſitis,vt dicit Bartol. per illũ text. in l.fina. C. de exceptionib. not. in.l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.de Iudiciis,Praticus Papi. in forma libelli ſuper declinatione iuriſditionis,in gloſ.nec fuiſſe,&c.idem eſt in Recuſatione,ut ponunt Doctor.in capi.inter monaſterium de Re Iudi. Lanfratic.in capi. quoniam contra,extra de probat.in uerbo Recuſationes, per ea quæ not. Bartol.in.l. quidam conſulebat,de Re iudic. Rober. Maranta in ſuo Specul.in par.vi.nume.35. Sed caue quia Bal.in.l. exceptionem.C.de probat.tenuit aperte

ꝙ

cedatur, Officialis[d] pronunciare[b] teneatur personas legitimas utriusque partis, si partes de personis non contendant, sed uelint[c] ipsæ partes, uel altera earum fieri pronunciationem[d], & legitimationem prædictam. ¶ Si uero contendatur de legitimatione personarum ab aliqua partium, detur dilatio utriq; parti arbitrio iudicis ad opponendũ quicquid uolunt contra se ipsos, uel super legitimatione personarum suarum, & mãdatorum, & sequẽtis die iuridici post dictum terminum audituri pronũciationem faciẽdam super legitimatione prædicta, & ad procedendum in causa, si nihil opposuerint: quam Officialis coram quo citatio facta fuerit omnino facere teneatur prima de iuridica sequenti elapso termino supradicto, uel quamprimum postea fieri poterit, si nihil in termino oppositum fuerit, quod probatum repellat comparentes, partibus hoc petentibus, uel altera earum tantum, uel ante, si partes concordes extiterint. ¶ Si autẽ aliquid oppositum fuerit, quod probatum de iure repelleret,

ꝙ immo licet pars opponat exceptionem procuratoriam contra partem, non tamen uidetur in iudicem consentire quin possit postea opponere exceptionem recusationis, quæ opinio etiam valet in exceptione declinatoria iurisdictionis; Abbas tamen in d. c. inter monasterium nu. vij. sustinet opi. Bar. & sequaciũ, dicens ꝙ illa semper sibi placuit quibusdam rationibus, quas breuitatis causa ommitto: Posset uideri aliquibus approbatã fuisse opi. Bal. a nostris statuentibus in istis uerbis, antequàm ad alia procedatur, sed non me multum mouet hæc ponderatio, quia notum est, ꝙ verba generalia recipiunt restrictionẽ a iure cõi, ne inducatur correctio iuris communis. c. cũ expediat de ele. vi. i. l. si serui vestri. C. de nox. vnde pratica est, vt pmissa protestatione de non consentiẽdo in iudicem instetur ꝙ feratur declaratoria super legitimatione personarum, Spec. tit. de comparitione in termino, uersic. hoc quoq; num. vij.

a ¶ Officialis. i. Iudex aditus: Alias late patet significatio ista ex ethymo vocis, quia dicitur ab efficiendo, vel (vt aliqui dicunt) ab officio officis, per contrariũm, quia minime officiant, immo ꝓsint rei publice per eorũ curam, & solicitudinem; Ita Card. in clem. ij. q. x. de rescript. vnde appellatione officialis venit Barrisellus. l. i. C. de off. diuers. iudic. item uenit substitutus ab aliquo alio officiali. l. iij. §. hi quibus. ff. de leg. iij. Item arbiter, coram quo obseruari etiã debent hæc, quæ hic traduntur, immo etiam corã arbitratoribus debet fieri citatio, licet extra iudicialiter dicantur ipsi procedere, quia non solum in iudicialibus sed etiã in extra iudicialibus hi, quos res tangit sunt citandi, vt patet de aqua plu. arcen. l. in concedendo. Et. C. de auth. pręstan. l. fi. de adopt. l. nam ita diuus de off. archi. c. ad hæc, Bal. post Io. And. in. c. unico. §. fi. col. ii. versi. sed hic incidẽret. Quo tẽpore miles inuestiturã petere deb. Vide Decium in rubrica de off. eius, cui mand. est iurisd. vbi latissime loquitur. Et pondera nomen officij hic exprimi ad denotandum, ꝙ mortuo, vel aliàs finito officio illius, qui commisit citationem debet citatus comparere coram successore, quia est idem tribunal. l. proponebatur. ff. de iudi. vbi Alex. in terminis decisionẽ refert Io. And. in. c. licet de accusa. Et omnino vide Bart. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, versic. oppono ad secundam partem, quia distinguit.

b ¶ Pronunciare. An dicatur pronunciare per prócessum ad ulteriora, Bal. iu. l. i. col. fina. uersi. quid ergo si index. C. de ordine iuditiorũ tenet ꝓ ꝙ fic c. ex parte il secundo de app. Sed tamen aliud putarem in præsenti statuto, quia expresse videtur requirere pronuntiationem, ad ea quæ ponit Fely. in. c. sub orta, in. vij. limita. extra de re iudi. de materia processus ad ulteriora, an per illũ dicatur pronũtiare, an uero dicatur nullum illud iudiciũ. Vide post omnes alios, Corne. consil. lxxxv. nume. vj. vsque ad finem libro quarto.

c ¶ Sed uelint. Subaudi, & petant, ad Bald. in Rubrica. C. depositi, uersic. quarto quæro, vbi tamen distinguit inter actus extraiuditiales, & iuditiales, faciunt quæ ponunt Moder. in. l. vniuersa. C. de precibus Imper. offer. Et quæ late Tiraqu. lib. Retract. ligng. §. i. glos. x. numero evij.

d ¶ Pronunciationem. Sed ad quid seruit ista pronunnatio? attento ꝙ uidetur sufficere produxisse mandatum in actis approbatum partium tacitunitate, ut habetur infra. §. & idem quantum, facit in argument. l. fina. C. arb. tutellæ, Ibi, nemo ita simplex reperitur quòd contra se aliquid scribi patiatur, Et in terminis Innocen. & clarius Hostien. in dicto. c. quoniam contra; Et Bartolus in. l. licet, in quinta oppo. C. de procurat. vbi Alexander numero sexto, qui ex illorum mente declarat, quòd si post litem contestatam velit opponere procuratorem non habere mandatum incumbit opponenti onus probandi, nec habet necesse amplius procurator producere instrumentum mãdati, dũmodo appareat in actis ꝙ mãdatũ fuerit productũ, et si non fuerit registratũ in actis.

Nec

statuatur[a] nouus terminus arbitrio Iudicantis ad probandum utriq; parti super oppositis tantum infra nouum terminum supradictum. ¶ Elapso uero dicto termino dato ad probādū, Iudex quàm citius fieri poterit, super personis prædictis pronunciet iuxta allegata, & probata[b] utraq; parte præsēte, uel altera tātum, absente tamen citata.[c] ¶ Et si pronūcietur personas, uel earum alteram, uel mandata[d], nō esse legitimas, uel legitima. Si quidem fuerit pars actoris, cuius persona non fuerit legitimata non audiatur procedere uolēs, donec ipsius persona legitimetur. Et nihilominus expensas[e] parti legitimatæ reficere teneatur antequam ulterius audiatur.

Nec forte dicatur, ꝙ tunc pars aduersa non poterit amplius opponere propter authoritatem sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, vt videtur velle Ias. expresse, in d. l. licet colum. iij. versi. secundo fallit. Quoniam potest replicari, ꝙ illud dictum habet intelligi quando fuit habita controuersia inter partes super legitimatione, & illa fuerit sopita authoritate rei iudicatæ, ita videtur loqui Specu. allegatus ab eo in titulo de except. §. nunc videndum restat in fin. vbi specul. habet hoc pro bona cautella, ꝙ ante omnia fiat oppositio contra personas, seu mandata, vt inde sequatur sententia causa cognita præcedente, & iudicium tunc nō reuocabitur ne dicatur quis authoritate iudicis circonueniri, refert Pau. Cast. in d. l. licet in fi. & Ang. in auth. vt spons. larg. §. & hoc in super, versic. nec intelligantur coll. ix. dixit formaliter, nec intelligatur tunc legitimata persona procuratoris, nisi fuerit obiectum, & pronunciatum super legitimatione, cogita tamen de. §. & idem, qui aliqualiter turbat istam differentiam. Et nota unum modum legitimandi personas in iudicio, Alius est modus. s. præstatione cautionis de Rato vbi dubium esset, de mandato iuxta. l. i. C. de procura. & habetur per Mars. sing. 228. vbi limitat, ut per eum. Est & alius modus. s. per litis contestationem parte aduersa nihil opponente, quia censetur approbatus ita Pau. Cast. in d. l. prima, de quo vltimo dixi supra, sed certe modus legitimandi personam, uel mandata mediante interlocutoria, est magis frequens, & securus, ideo non mireris si hic fit mētio duntaxat de ipsa.

a ¶ Statuatur. Hoc iuri communi consonum est, ꝙ secunda dilatio non detur, nisi diligentiam fecerit pars in prima, vel fuerit impedita, & de impedimento doceret, Docto. omnes in. l. fina. ff. de feriis, vbi Angel. vnde dicitur ꝙ secunda dilatio danda est cum causæ cognitione, & Lanfrancus abunde in d. ca. quoniam contra in uerb. dilationes nume. 2. extra de probationib. & ita intelligo hoc statutum.

b ¶ Probata. Facit lex illicitas. §. Veritas. ff. de offi. presi. vbi glo. habetur in cap. pastoralis. §. quia vero de offi. deleg. Spec. in tit. de sententia. §. qualiter uersi. item debet iudicare.

c ¶ Citata. A pari enim procedunt ꝙ sit præsens, vel absens, tamen citatus. l. properandum. §. sin autem. C. de Iudi.

d ¶ Mandata. Expressa vel tacita seu præsumpta, quæ resultant quandoq; ex eo, ꝙ aliquis ostendat instrumenta ad causam pertinentia, habita a domino cuius nomine compareat, ad glo. in. l. fin. C. de pac. conu. Barto. in. l. vulgo de administr. tut. late habetur per Roma. consil. 446. nume. x. vbi optime distinguit, & aliquando præsumitur mādatum, ex antiquitate tēporis concurrentibus aliquibus aliis adminiculis, vt per Crauetam in tracta. de antiqui. tempor. in secunda parte in cap. fin.

e ¶ Expensas. Concor. Rota decis. x. num. xij. in vlti. et vides hic refici expēsas victoriæ vnius emergentis, nam potest uictor in quolibet emergēti velle expensas factas in eo, nec expectare finem litis principalis negotij, ita Specul. in titul. de expēs. §. si ante litem contesta. versic. sed nunquid deficiens, Bald. in. l. Sancimus col. prima versi. secūdo casu. C. de Iudiciis, Bart. in. l. non ignorat. C. de fruc. & litis expēs. Immo hec decisio redditur clarior ex tex. d. l. Sancimus dum disponit quòd contumax non auditur nisi prius reficiat expensas. iste autem qui misit procuratorem sine legitimo mandato, vel ipse non habuit personam legitimam standi per se, reputatur inter contumaces, vt dicit Bart. in. l. i. §. vsus. ff. de procura. & in l. i. §. ꝙ si nemo. ff. quod cuiusq; uniuers. nomi. Multa alia citat Ias. in d. l. Sancimus colum. 3. versic. similiter, & secundo. Vel potest clarius dici ꝙ hæ sunt expensæ ratione temeritatis, quia temere egit in illa parte litis, seu in illo emergenti, & adhoc Bartol. in. l. non ignorat. C. de fructib. & litis expens. similiter succumbens in declinatoria indistincte refundit expensas, glo. in c. in primis 2. q. 1. Bald. in authen. Generaliter num. ix. C. de Episco. & cleri. & in. l. generaliter. §. his de præsentibus. C. de rebus creditis, & addo dictum generale Abbatis in cap. finem litibus de dolo, & contu. col. iiij. vers. dico ego, ꝙ in omnibus exceptionibus dilatoriis. Et in omnibus etiam quasi peremptoriis, & similiter in quibuscunque aliis exceptionibus non tāgentibus merita causæ principalis debet deficiens in probando condemnari in expensis, quia in istis ferenda est sententia. c. exhibita de iudiciis, ergo debet etiam fieri condemnatio in expensis, tanquàm accessoriis ad dictam sententiam, & ista est ratio quare contumax

ſtatim condemnatur in expenſis, quia contumatia non reſpicit merita cauſæ, eſt tamen in d. ca. finem litib. caſus ſingularis vbi opponēs meram peremptoriam contra intentionem actoris fundatam, ſi poſt dilationem petitam ſuccumbat venit condemnādus in expenſis contra regulas iuris qbus cauetur tunc ſerendam, ſententiam ſuper principali nō ſuper perēptoriis. l. i. C. de ordi. iudi. l. quotiens. C. de iudiciis, not. in cap. i. de ordi. cogni. Vide pro ſupra dictis etiam per Rebuff. in tractat. de expēſ. Articu. i. gl. i. Et nota ꝙ ſi Iudex non condemnauerit eum qui ſuccubuit in interlocutoria, nō poterit poſtea in diffinitiua condemnare in illis expenſis ſi obtinuerit in diffinitiua, ita docet Ang. in. l. terminato. C. de fructi. & litis expenſ. ergo erit cautus uictor in interlocutoria vt curet ſuccubentem ſtatim condemnari in expēſis, firmat Lanfrāc. in Rep. c. quoniam cōtra in fi. verſic. notandum eſt extra de prob. nō enim Iudex condemnat in expē ſis niſi petitę ſint, Iaſon in. l. properandum. §. ſin autem alterutra, C. de iudi. gloſ. ſing. in capi. fin. de reſcrip.

ℭ Si uero fuerit pars rei cuius perſona legitimata non fuerit, procedatur contra conuentum, tanquàm[a] contra citatum, & contumacem, ſeu non comparentem ſecundum formam noſtrorum Statutorum, & iuris. ℭ Si tamen pars rei poſtea legitime comparuerit quandocunq; ante contradictionem factam petitioni cum Curatore dato bonis, uel liti, audiatur ſecundum formam noſtri ſtatuti, Qualiter procedi[b] debeat in cauſis ciuilibus reo non comparente. ℭ Et ſi Officialis pronunciauerit perſonas legitimas, & mandata, ſtetur[c] pronunciationi quo ad ordinationem iudicii, & proceſſus, & cauſæ deciſionem. Ita quòd proceſſus qui fiet cum eis qui pronunciati fuerint legitimi, ualeant, & teneāt quo ad ordinationem prædictam, & deciſionem, prout & ſicut ualerent, & tenerent, ſi cum perſonis legitimis fierent, uel facti eſſent. Salua[c] ſemper[d]

f ¶ Expensis. Idest alimentorum, quæ expensę cibariorum pertinent ad eum, qui vtendū acceperit, dicit text. formalis in. l. in rebus. §. possunt. ff. commodati, & l. item si serui. §. fi. ff. de ędil. edicto, vbi dicit, ꝙ expensas cibariorum emptor non imputabit, eo quia in seruitio fuit. l. si id quod. ff. de don. inter uir. & uxor. & cum viles sint operę, statuentes pręsumpserunt, ꝙ dictę expensę sufficiant pro mercede alio non conuēto, uidendum est Paul. cast. cons. 346. lib. ii.

g ¶ Tales personę. Scilicet enumeratę explicite, & implicite.

h ¶ Non possint. Hoc significat, ꝙ nō detur actio, neq; officiū Iudicis possint implorare, per quod officium succurritur pluribus pro salario petendo, & constituendo, vt habetur in. l. prima. ff de uariis, & extraord. cogni. ubi enumerantur artes, quarum professores possunt implorare officium huiusmodi, uideatur Spec. in titu. de salariis, & p Saly. in. l. aduersus. C. mandati. Fallit tamen, nisi dominus solitus esset conducere famulos cū mercede, & similiter famulus locare, ita Feder. de Senis cōs. 218. in fi. per bona iura, uide latius Alex. consulendo cons. cix. super eo &c. lib. vi.

i ¶ Peti. Scilicet si seruiuerint, nam si per eos steterit, uel etiam per casum fortuitum contingentē in personam illorum, non possunt consequi salarium, ita Bart. in. l. operę. ff. de usuf. lega. & in. l. si uno. §. item cum quidam. ff. locati col. 3. uer. sit mus expediti, licet Azo. & aliqui alij fuerint in contraria opi. s. ꝙ peti possit integrum salarium.

¶ Eligere.

gi possit, ut supra. ¶ Item Statuimus, Firmamus, & Ordinamus quod omnes, & singuli Iudices delegati, uel Cōmissarii, uel subdelegati, non commorantes, uel officium exercentes extra Ciuitatem Bononiæ, & iurisdictionem ordinariam non habentes, teneantur & debeant eligere[a] locum, in quo fieri debeant acta in causis, quæ corā eis uentilari contigerit in Palatio ueteri iuridico Ciuitatis Bononiæ ad dischū delegatorū. Quæ electio loci fieri debeat infra tres dies continuos a die citationis factæ de parte. Et acta alibi facta sint nulla ipso iure. Et si sententia aliqua ex talibus actis alibi factis sequeretur, sit nulla. Et electioni dictorum locorum, seu alterius eorum partes renuntiare[b] non possint tacite, uel expresse, saluis supra dispositis in Statuto posito sub Rubrica De iure reddendo. ¶ Præterea Statuimus, & Prouidemus, quod Capitanei Montanearum Comitatus Bononiæ, & Vicarii dicti comitatus, et cum delegatione non possint cognoscere de aliquibus causis Ciuilibus per dictos[c] Vicarios, qui de causis librarum decem, uel ab inde infra cognoscere, & eas diffinire[d] possint. ¶ Intendentes etiam Comitatinos nostros, & eos[e] cū quibus[f] causas per eos[g] agitari[h] contigerit in Ciuitate Bononiæ releuare[i] a sumptibus, dilationibus, & expensis, Decernimus quod si contingat aliquē citari facere aliquam personam habitā-

a ¶ Eligere. Vide ad propositam materiam tex. in l. si locus. ff. de iudi. vbi Pau. Cast. per illam .l. dicit. Si potestas delegauit aliquam causam doctori, ille debet ferre sententiam in palatio Potestatis, vbi solēt dari sententiæ per Potestates, & eius Iudices, & ita seruari Bononiæ. In mediis autem causę videtur, ꝙ possit sibi eligere locum honestum pro libito voluntatis, ad quem partes absq; incommodo possint accedere, & inspecta qualitate personæ illius, sed dicit Bald. ibi, ꝙ veritas est, Iudices delegatos nō habere locum determinatum, ideo vbiq; sedere possunt, intra tamen territorium delegantis, & hoc clarius dicit glos. in l. cum sententiam. C. de sent. & interloq. om. iu. vbi dicitur, ꝙ Iudices appellationis huius terræ possunt vbiq;, etiam in domibus propriis eligere locum, & ferre sententiam, & ad. l. si locus respondetur locum solitū censeri ubiq;, modo sit honestus, meo tamen iudicio multum restringitur lex illa, sed standum esset commu. opi. quam dicit Alberi. esse illā quā dixi, sopita tamen est cōtrouersia per hoc statutū nostrum, & prudentissime.

b ¶ Renuntiare. De iure autem videtur hoc esse permissum, vt habetur per Bart. & scrib. in d. l. penul. de iust. & iure, vbi loquitur etiam in ordinariis Iudicibus, tamen hæc honestior prouisio est inducta pro maiori autoritate iurisdictionis.

c ¶ Per dictos. Hæc duo verba non possunt recte construi cum pręcedentibus.

d ¶ Diffinire. Cognitio cui committitur, is nō potest diffinire, nisi expresse fiat mentio de diffinitione, vt late habetur per Bar. in .l. a Diuo Pio in princ. colum. 2. ff. de re iudi. licet non careat contradictoribus, vt potes videre etiam per Fely. in cap. super quæstionum de offic. deleg. per doc. in d. l. i. ff. de iurisd. om. iud. vbi Ias. sed communis opin. est cum Bart. ideo caute statuentes vtrunq; coniunxerunt.

e ¶ Eos. Scilicet actores ciues.

f ¶ Cum quibus. Scilicet actoribus.

g ¶ Per eos. s. Colonos.

h ¶ Agitari. Id est tractari, est enim commune verbum, tam ad actorem, q̄ reum cap. i. de seq. poss. & fructuum.

i ¶ Releuare. Idem procemiū est fere infra de appellatio. §. insuper, prærterquàm ꝙ nihil dicitur ibi de dilationibus, quæ (vt mihi videtur) potius sunt fauorabiles reo, & damnosę actori, cum notum sit illud, Reorū est fugere. l. properandū. §. i. C. de iud. c. uenerabilis de iud. not. gl. in c. cupiētes de elect. in. vi. sed & in aliis profecto effectus huiusmodi permissę citationis est ad fauorem actorum, magis q̄ reorū, vt patet per uerba Ioann. Andr. in addi. ad Specu. §. uiso, uers. item licet, de citat. ubi dicit, ꝙ simpliciter intelligere, ꝙ possit quis citari ad totā causam, nimis sonat in absurdū, summa enim est iniquitas, si Iudices sic citādo ad totam causam, possent ex una contumacia partibus tantum inferre dispendium, vt principale simul cum appellationis remedio illis periret, quoniam secundum eum contumacia in non ueniendo, quę faceret ualere sententiam, pariter illis tolleret beneficium appellandi, & ideo dicit Ioan. And. ꝙ prędicta citatio procedit, quādo fieret ex loco remoto a iudicio, sicut & quandoq; fit a iure cap. i. et c. cupientes de elect. in. vi. hoc enim casu, quia difficilimū esset actori pro singulis actibus ad locum distantem mittere pro citatione, ideo permittitur dicta citatio, secus vbi causa agitatur inter habitātes, ita ꝙ pars de facili

posset

posset citari ad singulos actus. Bar. etiam in extrauaganti ad reprimendum, in verbo per edictum. Maria. Soc. in tract. de citationib. arti. xx. num. 4. verbis igitur applaudent statuentes comitatinis, re aũt onerant illos, potiusq̃ exonerent.

conditione causæ, vel personæ, vel temporis, & ita ordinem edictorum, & compẽdium moderari, sed certe hoc modo daretur arbitrium Iudici, verũ si ita esset, non procederet tex. istius statuti, dum vnam tantum præcise exigit citationẽ cum peremptorio, non ergo Iudex poterit transgredi ad alias citationes. Vnde ego facio punctum ante illa verba, secundum formam iuris, & refero illa ad sequentia, vel possunt etiam referri ad præcedẽtia, & velint innuere, ꝙ sit tamen cum termino congruenti, vt caueat Iudex, ne sit nimis breuis terminus, aliàs posset appellari, vt no. in cap. i. de dilation. per Abb. in vlt. not. & in cap. fi. num. vij. vbi dicit, ꝙ si in causa ardua terminus citatorius, & perẽptorius est ita breuis, ꝙ licet posit comparere, non potest tamẽ peritos congrere, & deliberare, vel ad cõsulendum illos, quorum consilium arduitas causæ requirit, ut quia causa aliqualiter eos tangat, & possunt de negotio informare, poterit appellare. Erit igitur forma secundum Pau. castr. iuxta stilum com. vt quis citetur, puta ꝙ infra. xii. dies compareat, quorum quatuor assignet pro primo, quatuor pro secundo, & alios pro tertio, & peremptorio termino, sed nõ aperit Pau. cast. totam formam, scilicet ad quid faciendum, prout statutum hoc vult; propterea supple, vt veniat citanis per se, vel procuratorem instructum, super re in iudicium deducta, ad respondendum libello, & litem contestandum, & ad alia omnia peragenda, quæ necessaria decisioni negotij Iudici videbuntur; & singulis diebus, & horis iuridicis interueniat, prout hęc colligi possunt ex cap. fin. infra de dolo, & contumacia, & Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo per edictum, vers. quidam autem &c. Et caue, quia vidẽtur sentire statuentes, ꝙ hanc formam peremptorii obseruare non posint Iudices aduersus præsentes in Ciuitate, vel alibi ad arbitrium eorum, & idem esse de iure, sentit glo. in cap. fi. de dilat. quam ibi Abb. reprehendit ex his, quæ posuit in cap. i. illo eod. tit. dicendo, ꝙ peremptorium habens competentia interualla, regulariter comparatur trinæ citationi. l. contumacia. ff. de re iudi. l. tres denuntiationes. C. quomodo, & quando Iudex, & cap. de illicita. 24. q. iij. Sed ego credo primum dictum verius attentis nostris statutis, vnum tamen est, ꝙ hic etiam specialitas esse videtur, vt valeat citatio ad totam causam, cum ad

tem[a] in Comitatu,[b] & districtu Bononiæ coram aliquo ius dicente in Ciuitate Bononiæ, quod sufficiat ipsi[c] Comitatino[d] mittere in scriptis citationẽ[e] continentem effectum petitionis[f] ab eo,[g] uel contra eum factæ, & ad quid, & ad cuius petitionem citatur cum perẽptorio, secundum iuris formam[h] semel personaliter inuento, & bis non inuento domui habitatiõis eius, uel alibi ubi citari debuerit secundum formam Statutorum Ciuitatis Bononiæ in præsentia duorum habitantium in Villa, seu terra habitationis citati, uel suæ familiæ, uel Villæ, seu contratæ eidem con-

a ¶ Habitãtem. Id est Comitannũ, de quo supra in procemio. §.

b ¶ Comitatu. Hoc factum est propter distantiã, propter quã aliàs plures citationes successiuo tempore fieri permittuntur gl. not. ĩ c. ii. de test. cog.

c ¶ Ipsi. s. Actori ciui, seu habitãti in ciuitate.

d ¶ Comitatino. Referas ad verbum mittere, non ad verbum sufficiat.

e ¶ Citationem. Loquitur in singulari, vnde vna citatio sufficit pro tribus, licet in initio causæ simus. Vide omnino Pau. cast. in d. l. ad peremptoriũ de iud. vbi dicit, ꝙ in quatuor casibus debet in citatorio exprimi, & perẽptorie, in aliis autẽ vna citatio sufficit, etiam absq; verbo, & peremptorie; vt puta ad examinãdum testes, & similia, sed Abb. in ca. consuluit de off. deleg. dicit, ꝙ in omni actu magni præiudicii requiritur, ꝙ exprimatur & peremptorie, quam opinionem tene vt tutiorem.

f ¶ Effectum petitionis. Nã in copia de verbo ad verbum non est inserenda secundum magis cõm. opin. Bart. in. l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infe. Cy. & Bal. in authen. offeratur. C. de litis contest. Bar. & Ioan. de Imola. in. l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. vbi iidem concludunt in criminalibus, Ideo aũt effectus petitiõis requiritur, vt citatus expressa causa deliberet cum his, qui de negotio sunt informati, & quos negotium tangit, vt probat tex. in cap. fi. de dilatio. vbi Abb. quia cum loco iudicij sit distans, non nudus, sed instructus debet se præsentare, & pp superueniens impedimẽtum, tollens facultatẽ deliberandi cum aliis, licet non tollat facultatem comparendi, circunducitur edictum, & debet dari noua dilatio secundum Abb. ibi.

g ¶ Ab eo, uel contra eum. Pro eodem ponũtur ista duo, exponas igitur, vel pro. i. vt alibi sæpe.

h ¶ Iuris formam. Forma autem iuris communis est, ꝙ post tres distinctãs peremptoria citatio separatim transmittatur, aliquando post secũdam, & etiam interdum post primam, & nonnunq̃ statim, quod appellatur vnum pro omnibus, vt dicitur in. l. nonnunquã. ff. de iudi. subdens notanter. Hoc autẽ ęstimare oportet, qui ius dicit pro

finantis cum comminatione [a] quod ulterius non citabitur, [b] ſed in cauſa procedetur, etiam uſq; ad diffinitiuam ſententiam incluſiue. Et proceſſus, [c] & ſententia lata uigore talis peremptorii edicti [d] ualeat, [e] quemadmodum ſi citatus fuerit ad ſingulos actus ſecundum formam Statutorum Ciuitatis Bononiæ: dum tamen [f] etiam poſtea ad quẽlibet actum ad quẽ alias citatio requi-

ſingulos actus debeat fieri citatio c. conſuluit de off. deleg. ita Abb. loco ſupra citato.

a ¶ Cum comminatione. Nihil aliud eſt peremptorium, q̃ comminatio, dicente Iuriſconſul. in peremptorio comminatur is, qui edictum edit etiã abſente diuerſa parte, cogniturum ſe, & pronuntiaturum. Vnde notant ibi doct. ꝙ poſito, ꝙ nõ adſit in citatorio verbum, peremptorie, tamẽ comminatio expreſſa, prout hic, ſufficit, quia peremptorium edictum reſpondit, & pari rõne ſufficeret dicere, & peremptorie abſq; comminatione expreſſa; quãmq̃ forte aliud dicendum ſit propter hoc ſtatutum, ſecundũ quod colligi videtur, extendi debere verba huius perẽptorii ex eo, vt clare pateãt Comitatinis idiotis, & illiteratis, prout etiam colligitur in ſtatuto de appella. §. Inſuper, ſeu. §. & etiam cõtineatur, &c. verbis enim ſtatuti tenaciter eſt inhærendum Bald. in cap. primo, de milite vaſſalo, Maria. in trac. de cita. in. iii. princ. q. art. xx. ex cuius tamen dictis aliquid colligitur, propter quod dubitari poſsit circa præſentem intelligentiam. ſ. dum citat Bald. in. l. fin. C. de procur. ideo cogitabis. Et ſubdit Pau. caſt. ꝙ ſecus eſſet, ſi cõminatio eſſet facta ſub alia forma verborum, videlicet quia non diceret Iudex ſe proceſſurum ad ſententiam, ſed diceret, cõtra te procedemus, prout iuris, & rationis fuerit, tũc enim non habet vim peremptorii, quia ius, & ratio vult, ꝙ iterum citetur, habetur per Innocẽ. in c. cauſamq; extra de reſcrip. per Bar. in. l. ſi apparitor. C. de coarthalibus lib. x.

b ¶ Non citabitur. Scilicet ordinaria citatione, ſaltem ad locum habitationis, prout etiam de iure eſt propter naturam peremptorij, Abb. in cap. fi. colum. iij. verſic. aut fit in abſentem, extra de dilationibus.

c ¶ Et proceſſus. Hic deciditur, quod indeciſum dimiſit Bartol. in. l. qui ante klendas in fin. ff. de verbot. oblig. qui quærit, nunquid ſi quis habeat agere cum Comitatino, qui a longe habitat, debeat citare eum ad omnes actus, licet Bal. Angel. Alex. & alij determinent citationem generalem fieri poſſe, reſtringentes ſe tamen, quando Comitatinus eſt de longinquo citandus; ſed, vt vides, ſtatutum iſtud nõ conſiderat tantam longinquitatem, ſed ſolam habitationem in Comitatu, & omnino vide plura, quæ ponit Iaſſr. deciſ. xlij. incip. Conſilium eſt ad euitandam multitudinem citationum &c. Et dicit, ꝙ communiter tenetur contra Abb. in cap. fin. de dilat. ꝙ valeat citatio etiam in eo, qui non eſt ita in longinquis partibus, forte quia de eius diuturna abſentia dubitatur, vel ne latitet, affert bonum text. in. l. qui crimen, ibi; & veniat ad cauſam peragendam. C. qui accuſ. non poſſ. & dominos de Rota. xcvi. deciſ. in nouis, ſed latiſsime habes apud Marian. tracta. de citat. art. xx. in. xvi. q. princ. nume. 40. vbi dicit, eſt communis opinio, ꝙ talis citatio duntaxat permittatur, quando quis eſſet citatus de loco longinquo, quam voluit Barto. in extrauag. ad reprim. in gl. per edictum, & in d. l. qui ante klendas. Tu oblata occaſione diligentius inſpexeris de veritate, hic non attinet.

d ¶ Edicti. Alludit ad verbum, quo vtitur Iuriſcõ. in. d. l. ad perẽptoriũ, & l. & poſt edictum. ff. de iudi. & tunc temporis vere loquebatur Iureconſ. ibi, quia Prætor in albo proponebat edictum citatorium ad inſtantiam actoris, vt probatur in l. i. ff. de edendo ſecundum correctiõem Ang. Politia. in miſcella. vt loco ad alium, legendum ſit ad album, hodie vero impropria vox eſt, quia amplius non habemus album, & citationes committuntur regulariter verbotenus à Iudice l. fi. C. de exhib. reis, & ſupra de modo citat. §. in qua cedula, notat gl. in d. l. et poſt edictum. ff. de iudi. Erat & aliud edictum perpetuum. i. generale ad omnes terminos iudiciales, de quo in. l. edita actio. C. de edendo.

e ¶ Valeat. Nota qualiter ferri poteſt hoc caſu diffinitiua abſq; litis conteſtatione, loquor generaliter in quibuſcunq; cauſis contra tales Comitatinos. Regula autem iuris communis eſt in contrarium, & propterea gl. & doc. intelligunt d. l. ad peremptorium cum ſeq. quando eſſemus poſt litem conteſta. vt dicta comminatio fieri poſsit eo modo, quo hic, alias ſecus, Abb. in ca. fi. col. iii. de dilation. vnde dicebat Bal. conſ. iiii. lib. iiii. Incip. quidam A. ꝙ fatuus eſt Iuſdicens, qui ſic citat, quia citatio continet impoſsibile, ſi emanat ante litis conteſtationem, ſine qua diffinitiua ferri non poteſt.

f ¶ Dum tamen. Temperamentum laudabile pro effugienda illa duritie generalis citationis, quæ odioſa eſt, vt dixi in gl. releuare, & intelligo, qñ nunq̃ comparuiſſet, & fuiſſet contumax, vel comparuiſſet, demum receſsiſſet. Sed quid ſi comparuiſſet vigore peremptorij, & elegiſſet locũ, prout facere debet, uel quia ad illud arctat citatio huiuſmodi, prout ẽt ad eligendum procuratorẽ, ut dicit Abb. in capi. fina. col. iii. extra de dilat. ubi congerit iura, ꝙ ratione abſentiæ aliqua conceduntur. l. ſi longius. ff. de Iud. vel eſſet in ciuitate? dic, ꝙ tũc ad ſingulos actus citari debet ad illum locum, ut per Abb. in d. ca. fi. nec. n. dicta citatio uidetur arctare citatum, poſtq̃ comparuit, & ſtetit in

tit in loco, uel procuratorē dimisit, quia impossibile sit, q singulis diebus, & horis iuridicis aliquid agatur, semper in eadem causa; vt per eum latius, de quo etiam aliquid Bart. ante ipsum, in verbo per edictum, vers. quid si in primo termino, & lansfsime Marian. in tract. de citatione, artic. xx. in. xvi. q. prin. vbi de multis quærit circa hanc materiam. s. vtrum prædicta citatio teneat, qualiter fieri debeat, in quibus casibus fieri possit, & postea de ipsius effectu, & de materia peremptorii habes etiam abunde apud Specu. tit. de citatione. §. viso, per totum illum. §. vbi ponit multas. qq.

a ¶ Ad bāchum. Scilicet Cedula affixa ad bāchū. An autem etiam opus sit alta voce, ser na practicam, ego ex mente statuentium vtrūq; exigerem argumento eorum, quæ leguntur supra in §. si vero persona citanda, &c. Et idem obseruatur in cur. Ro. quia post primam citatio. generalē, si citatus non cōpareat, fiat noua citatio ad quoslibet actus, in audientia publica contradictarū, vide Nico. de mil. in verb. citatio, qn̄ cōmittitur fieri per edictū, &c.

retur singulariter citentur ad Banchum,[a] seu Tribunal Iudicis, uel Officialis, & eo pro tribunali sedente per unum Nuncium communis Bononiæ, saltem in præsentia duorum testium, de quibus omnibus debeat in actis apparere.

DE EO QVI VENERIT AD defensionem[b] alicuius in causa Ciuili.



DICIMVS quod si aliqua singularis persona, uel communitas, uel uniuersitas,[c] uocata uel uoca-

b A D defensionem. Hæc verba recipiunt necessario declarationem a nigro, videlicet vt intelligantur de illo, qui proprie vocatur defensor, qui est is, qui liti alterius se offert absq; mandato principalis, ad differentiam procuratoris, qui proprie non dicitur defensor, licet dicatur reum defendere, dicam infra in glo. sine mandato. Et officium hoc defensionis est publicum, vtilitate saltem secundario. l. seruum. §. publice interest. ff. de procurat. l. nam Reipublicæ. ff. de no. op. nuntia. Et est satis periculosum, quia tenetur iudiciali actione. i. exequutio fit cōtra ipsum. l. si se obtulit. ff. de re iudi. l. Plautius. ff. de procur. Item patitur pœnā amissionis quartæ partis æstimationis solutæ iuxta tamen text. statuti infra. §. si tamē in fi. quia regulariter quis non potest cogi alterius defensionem suscipere nullo præcedente mandato arg. l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur. Et præmitte, q triplex est modus veniendi ad deffensionem secundum Barto. in l. liberto. §. fi. vers. debes enim scire. ff. de nego. gestis. Vno modo animo nouandi. i. debitorem liberādi ab obligatione, si qua tenetur, & in hoc exigitur consensus actoris. Idem Bart. in. l. si actor vers. ad horum. ff. de procur. licet glos. in d. l. liberto. §. fin. aliud velit. Secundo modo, quando est simplex defensor, non animo nouandi, sed est vt procurator in rem suam; ita q contra eū fiet exequutio, ut supra dixi, quod semper præsumitur, ut Bart. tenet in. l. solutionem colum. fi. vers. quæro, quando iudicium. ff. de solutioni. & isto modo proceditur super eodem libello dato contra reum, & agitatur iudiciū defensorio nomine, etiam inuito actore, ut Bar. disputando concludit ibidem, nisi persona domini esset legalior, uel magis instructa iux. l. fina. C. de procurat. l. defendo, ex quib. cau. in poss. eatur. Bart. in d. l. solutionem col. 2. ff. de solution. subdēs, q si actor semel admisit defensorē, non potest postea illū repellere arg. l. Pomponius. ff. de procur. Et nota, q posset sibi præiudicare actor, dando libellū cōtra illum defensorem ab initio, tanq̄ contra defensorem in rem suam, nam principalis debitor liberatur saltem ope exceptionis. l. post uēditionem. C. de pactis ita Bar. in d. l. solutionem col. 2. uers. quandoq; ego &c. Tertio modo, uenit aliquis ad defendendum dicens, peto q detur libellus contra me, ac si possiderem rem petitam, uel ac si essem obligatus, & isto casu non cōceditur, nisi sit ille, a quo reus principalis habebat causam. l. sed & si lege. §. Item si res. ff. de petit. hęre. & de alie. iudi. mu. cau. fac. l. iij. in fi. de quo tamē dic, ut per Bart. declarantē in d. l. iii. in fin. Est & alterius speciei defensor, quando non uenit ad plenam defensionem, sed duntaxat ad allegandū absentiam rei conuenti, de quo in. l. liberto. §. fi. ff. de neg. gest. ubi dicitur, q iste non condemnatur, nec appellare tenetur, quia non uenit ad plenam defensionem, latius per Alex. in Rub. ff. in ius uocati, ut eant. Caue tamen, quia infra in nigro. §. Statuimus etiam loquitur de procuratoribus. s. cum mandato interuentibus, siue ex parte actoris, si rei, ideo Rub. est imperfecta. Item defensorum quidam sunt necessarij, quidam uoluntarii, ut infra dicam post Ang. de Aret. Inst. de excep. in Rub. nu. 16. & 17. Reperiuntur etiam defensores uniuersitatis, qui hoc nomine appellantur, etiam q habeant mandatum. l. iusiurandum, & ad pecunias. §. defensor. ff. de iureiu. de quibus agit Spec. tit. de rest. in integ. §. ii. uers. prælatus, nec de istis loquimur hoc statuto.

c ¶ Vel uniuersitas. Si est communitas, ergo uniuersitas iuxta ea, quę posui supra in statuto, de modo citat. in princ. in glo. uniuarsitas. Unde di-

 ctio,

tus[a] fuerit ad iudicium in aliqua lite, uel quæstione ciuili,[b] & aliquis uenerit sine mandato[c] qui admitti debeat de iure[d] ad defensionem ipsius talis uocati, uel uocatæ,[e] teneatur in continenti[f] ipse defensor,[g] præsente eo, qui principalē uocari fecerit, & etiā eo absente, legitime tamē citato, satisdare[h]

ctio, vel, stat pro idest, vt vno modo exponitur, in l. repet. in fin. ff. quib. mod. usufruc. amitt. & not. in l. bona fide. ff. de noxal.

a ¶ Vocatus. Falsa est grammatica, imo superfluit hoc adiectiuum, quia nullum præcedit verbum masculini generis.

b ¶ Ciuili. Nam in criminalibus non est locus defensoribus, nisi pro alleganda absentia, & aliquibus aliis casibus, de qua materia dic, vt in. l. seruum. §. publice. ff. de procur. l. penul. §. fin. ff. de pub. iudi. & in ca. veniens de accusa. non est materia nostra, & sic causa status etiam agi potest per defensorem. l. vnica. C. de satisdat. l. si procurator. §. siquis. ff. rem ratā hab. Spec. titu. isto, versi. hoc etiam not.

c ¶ Sine mandato. Vbi. n. est cū mandato procurator noīatur. l. i. C. de satisdan. & infra hoc statuto §. statuimus etiam, & nullam præstat isto iure municipali satisdationem, vt infra. §. statuimus etiam &c. licet aliquādo etiam talis defensor procurator, largo modo appelletur. l. si ad defendendum. ff. iudi. solui, cum simil. quæ possunt reperiri, & Bart. in. l. Titius. ff. de procura. & differētia est etiam, quia cum defensor loco domini in pluribus dicatur. l. minor. §. i. l. Titius, vbi Barto. not. in duobus locis. ff. de proc. qui dicit, ꝙ talis defensor non pōt reuocari ēt ante litis conte. nisi causa cognita. l. is cuius. ff. de procur. qnia est dominus litis tunc effectus, licet solummodo dicatur dominus litis procurator post contestationē. Item ex hoc, ꝙ loco domini est, notatur, ꝙ ipse debet iurare de calumnia, de quo per Barto. in. l. non solum vers. sed hic quæro, quid si esset defensor. ff. de procur. Item potest statim procuratorem constituere, ita Dyn. & Barto. ff. de solu. l. solutionem per d. l. Titius.

d ¶ De iure. Possunt enim obiici multa contra ipsum defensorem. In primis omnia, quæ contra ipsum principalem. Item quæ aliàs contra procuratorem. Item contra eius personam, puta, quia non præstitit fideiussionem, de iudicato soluēdo, ita Spec. in titu. de defensore. Vide. l. neq; fęmina. ff. de procur. vbi enumerantur particulariter aliquæ personæ, quæ non possunt pro aliis effici defensores, & ibi glo. addit alias qualitates personarum.

e ¶ Vocatæ. Quando vniuersitas est defendenda, aut tota, aut nulla pars, quia magno agens afficeretur incommodo, si sic defensio scinderetur, ita determinauit Roff. beneu. in eius. qq. q. 27. prout retulit Ioan. Andr. in addit. ad Specu. isto eo. titu. super Rub. allegando plura iura, quæ probant, ꝙ eodem modo non debet audiri volens defendere aliquem in quinq;, cum decem ab eo petantur. l. non tamen. ff. de procurato. per regulam. l. ne in plures. ff. de exercitoria. Et nūquid inuito domino quem agit defendere? dic quòd si animo donandi defendat, potest inuito illo, quia dominus nō potest pretendere aliquod interesse, aliàs secus, ita Paul. castr. in. l. is cuius. & in. l. Plautius. ff. de procurat. post glos. in. l. liberto. §. fina. ff. de negotiis gestis.

f ¶ In continenti. Id est, in ipso limine, ut utar uerbis textus in. l. prima §. fina. C. de satisdando, & sic ante litem contestatam, vt not. in. l. Pomponius. §. ratihab. ff. de procuratoribus. Sed si lis contestata est cum domino, & postea interueniat defensor, bene cauebit tunc post litem contestatam, argum. eius, quod dicitur in procuratore a fortiori, vt not. C. de cons. eiusdē litis. l. secunda. Item quāuis hæc cautio debeat præstari ante litem contestatam, sufficit tamen secundum Accur. in d. §. rati hab. si fiat in ipsa litis contest. vel in continenti post, vt. C. de pactis. l. petens. ff. de solutionibus. l. Modestinus, refert Specul. titulo de satisda. §. viso, vers. debent autem, nu. x.

g ¶ Defensor. Dum tamen sit maior. xxv. annorum, regulariter propter restitutionem in integrū, quæ sibi, & fideiussorib. suis concedi posset. l. minor. ff. de procuratoribus, uel etiam quia nō habet legitimam personam standi in iudicio, ut Ias. dicit in. l. statim citanda, colum. iii. secus si defendat ualde coniunctam personam. l. exigendi. C. de procur. vel ueniret ad allegādum innocentiam ex ipsis actis. l. seruum quoq;. §. publice. ff. de procur. ita Paul. Cast. in d. l. exigendi.

h ¶ Satisdare. Etiā si esset ipse diues, & posideret immobilia, Bartol. in. l. sciendum. §. tutores, qui satisd. cog. & intellige, si petita sit, Ias. l. i. in vii. fall. C. de procura. Satisdatio enim est cum fideiussore. l. prima. ff. qui satisd. cogan. l. Sancimus. C. de vet bor. significatio. glos. Instit. de satisdation. §. sed hodie, in verbo nullam, & ratio est, quia nemo alienæ litis defensor idoneus existit, nisi cum satisdatione ista. l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procuratoribus. l. filiusfamilias, vbi Ias. ff. qui satisdare cogantur. Dico, etiam si esset locupletissimus. l. minor. §. fina. ff. eodem titulo, & Angelus in d. §. qui refert ita tenere Iaco. Butrigariū ibi, & ita fuisse iudicatum Bononiæ, in causa per Regem Hyspaniæ transmissa. Item etiam si esset coniuncta persona. l. & ideo. §. si filia. ff. rerum amotarum, & d. l. filiusfamilias. qui satisdare cogantur, & ibi Ias. ponit. vi. fallentias, ad eam regulam, quę possunt adaptari huic nostro statuto. Et satisdatio potest fieri extra iudicium, uel apud acta. l. i. C. de satisd. & ibi notata, & for-

de iudicio sisti[a], & iudicato[b] soluendo cum generali[c] obligatione bonorum & renuntiationibus[d] consuetis, & det

& formam satisdationis ponit Spec. tit. de satisd. §. expedito, uersi. satisdatio igitur &c. & uersicu. porrò, & non debet propterea dari dilatio defensori, ad faciendum comparere dominum, vt pro eo satisdet, quicquid sit in ipso procuratore, ita Bart. in l. si ad defendendum. ff. iudi. solui. Et tenetur defensor satisdare, etiam si esset fideiussor ipsius rei principalis; licet aliqui aliquando cōtradicerent, prout disputat Bart. in l. si quis apud §. nunc uideamus. ff. iudica. solui. Et non sufficit ꝙ offerat se paratum satisdare, nisi ducat fideiussores, ita Bart. in d. §. nunc uideamus, & in l. prætor. §. si paratus. ff. de no. ope. nunt. & videtur sentire Bart. ꝙ debeat offerte satisdationem, absque, ꝙ sit petita a parte; sed in contrarium arguo de multis iuribus citatis a Ias. in l. vniuersa, colum. prima. C. de preci. Imp. off. maxime ex text. in l. fin. §. quod ait prætor. ff. quorum legatorum ibi, ergo non debet offerre satisdationem, sed petenti moram non facere; cogita, & post præstitam satisdationem non poterit ipsemet recusare hoc onus, quod sibi met imposuit, etiam qnod essemus ante litem contestatam, ut determinat Dyn. in d. l. Titius. ff. de procur. & Bart. sequitur in d. l. solutionem, col. fi. versi. item quęrit Dy. ff. de solutio. & de pluribus speciebus satisdation. Vide apud Rob. Marant. in sexta parte sui specul. in octauo membro.

a ¶Indicio sisti. Id est, ꝙ ipse promittat se staturum in iudicio, & pro hoc det fideiussorem idoneum; nec hoc casu dominns idoneus erit, licet diues sit, & aliâs admittatur fideiussor procuratoris sui iuxta. §. si uero aliquis Inst. de satisd. & etiam habes hic etiam differentiam inter procuratorem, & defensorem, casus uidetur secundum summarium Pau. Castr. in l. si ad defendendum. ff. iudi. solui. & nimirū de hoc satisdationis capite, quandoquidem etiam reus (nt habetur in toto titu. ff. qui satisd. cogan. vbi Ias. in rub. ponit) principalis obligatus fuisset, si compareret prętaret huiusmodi satisdationem.

b ¶Iudicato. Vim huius clausulæ exprimit uulgatus textus in l. iudicatum solui. ff. illo eod. titul. ubi dicitur qualiter continet tres clausulas, scilicet de defendendo, ꝙ dolus malus absit, & ꝙ soluet quicquid iudicabitur; sed videbis Paul. Castr. ibi, qui dubitat, nunquid promissio de iudicio sisti reddatur superflua, propter hanc de defendendo; quia, qui tenetur defendere, debet stare personaliter, quando opus erit in iudicio, uelut in respondendo positionibus, interrogationibus. Propterea qui defendit, arbitrio boni uiri defendere debet. l. omnis. ff. de procurat. Quomodo autem arbitrio boni uiri defendere potest, qui actorem frustratur, ne ad exitum controuersiæ deducatur; prout dicit. l. immediate sequens?

c ¶Cum generali. Hoc necessarium fuit exprimere, prout etiam expressit Imp. Instit. de satisd. §. si uero aliqus; nam aliâs quis se obligando pro alio, non dicitur supponere bona sua, uide Bar. in l. prætoriæ ultima. ff. de prætoriis stip. dicentem, ꝙ consuetudo indistincte approbat, ꝙ fideiussor obliget oīa bona sua; prout ēt de iure uidetur requiri, quando quis tenetur ad simplicē cautionem, prout ita pulchre dicit Bart. in l. si prius xii. col. uersi. tertio quæro nunquid cautio. ff. de nou. oper. nuntiat. Imola & Paul. in l. diuortio. ff. solu. matri.

d ¶Et renuntiationibus. Quæ sunt, puta Titius fideiussit solemniter, & solemniter se obligauit, renuntiando beneficio de fideiussoribus, & benef. epistolæ Diui Hadriani, & benef. cedendarum actionum, & nouæ constitutionis de duobus reis. Beneficium enim de fideiussoribus est, ut prius discutiantur bona principalis debitoris, quàm fideiussoris. authen. præsente. C. de fideiu. & sic iste est casus, in quo poterit prius conueniri & exigi, quàm principalis; quod quidem redundat in magnum commodum creditoris. Et scias obiter, ꝙ huiusmodi exceptio fundata erat in rigore iuris, ut dicit Bart. in repet. l. primę, in fin. ff. de condictio. inde. ideo non opponitur in curia, ubi seruatur æquitas, ut mercatorum Angel. Aretin. in. §. item si quis in fraudem ix. colu. uersicu. quæro statuto Instit. de action. & in foris, ubi proceditur summarie, & sine figura iudicii secundum Socinum in consilio suo uigesimo quarto incip. Visis ultima colum. uersicul. insuper, latius prosequere apud Marsil. in rubrica de fideiussoribus, numero duodecimo, cum sequenti. Beneficium autem epistolæ Diui Hadriani est, ꝙ quando plures fideiussores sunt insolidum obligati principali creditori, possunt tamen tempore litis contestatę impetrare, quòd principalis creditor diuidat petitionem suam uiriliter, de quo beneficio habetur in l. finali. C. de constitu. pecun. & Instit. de fideiussoribus. §. si plures, & per Speculat. titul. de renuntiat. & conclusi. §. primo, uersicu. postremo dicendum, ubi Baldus in additione, uersicu. quatuor sunt beneficia. Est & tertium beneficium cedendarum, ut scilicet creditor cogatur cedere actionem contra alios fideiussores, de quo est tex. in l. fideiussoribus, & in l. Modestinus. ff. de solutionibus. Quartum est illud beneficium, de quo in authentica hoc ita. C. de duobus reis, quod quasi assimilatur beneficio epistolæ Diui Hadriani, licet loquatur in duobus reis debendi insolidum, quorum uterque præsens, & idoneus conueniendus est, formata petitione contra quemlibet insolidum; alter tamen conuentus opponere potest beneficium diuidendarum actionū, nisi renuntiauerit.

Vltimum eſt renuntiatio omni alii iuris, & ſtatutorum auxilio, de quo per Marſil. in rub. de fideiuſſ. nume. xxxv. vbi etiam numeris anterioribus proſequutus fuit plura ex ſupra declaratis, & eſt multum ſalutaris, vt dicit Angel. & proſequitur Inſt. de exception. §. idē iurii eſt nume. 53. poſt Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſta. tut. & continetur ſub hac generalitate, Renuntiatio priuilegio fori.

ſtatus de huiuſmodi priuilegiis, qui ſunt præ manibus.

fideiuſſores [a] unum, uel plures bonos, [b] & diuites [c] pro facultatibus, & qualitate cauſæ, & faciles [d] ad conueniendum, exigendum, capiendum, & detinendū, aliâs repellatur. ¶ Et ſi de bonitate, diuitiis, uel facultatibus prædictis fuerit dubitatum, declaretur [e] per unum bonum uirum per partes eligendum, uel per iudicem, coram quo erit cauſa, datis ſuſpectis, ſi partes dare uoluerint, & ad inuicem non contendāt. Et quod fiet cum ipſo defenſore, uel eius parte [f] ſeruatis ſolemnitatibus Statutorū noſtrorum ualeat, & teneat pro utraque parte, & executioni [g] mandetur in ſolidum ſolum cōtra [h] defenſorem, & eius

a ¶ Fideiuſſores. An proprie dicantur fideiuſſores illi de iudicio ſiſti? glo. in l. ii. §. i. ff. qui ſatiſd. cog. tenuit, ꝙ non, aliqui ꝙ proprie, Concorda vt ꝑ Iaſ. poſt Pau. & Alex. ibi, aut antequā ſit conuentus principalis, aut poſt, iſto ultimo caſu ſunt dicēdi proprie fideiuſſores, & ibi etiam quærit Iaſ. an priuilegia aliis fideiuſſoribus cōpetētia, puta excuſsiōis, & ex epiſtola diui Hadriani dic, vt per ipſum in negatiuam partem concludentem.

b ¶ Bonos. Hoc eſt verbum generale, ſicut verbum idoneus iux. l. ſi uero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. quod exemplificatur ex ſequētib. & ſic dictio, &, ſtat pro ideſt expoſitiue, vt in. §. ſed iſte Inſt. de actio.

c ¶ Diuites. Ad hoc. l. ii. & d. l. ſi uero d. §. qui pro rei qualitate ex quibus iuribus ſumpta eſt hæc forma verborum, & ibi declaratur, quis dicatur diues; prout tātundem facit Alcia. in l. quos nos. §. 1. de verbor. ſignifi. vera videtur opin. ꝙ ſufficiat poſsidere multa mobilia, ſed quoniam ſtatutum loquitur in materia iuris communis, proptérea recipit omnes limitationes ab eo traditas, ad dictum Abb. in capi. ad audientiam, extra de cleri. non reſi. Rui. conſ. 1. col. 4. vol. 4. quas vide apud Iaſ. in. l. ii. ff. qui ſatiſd. cog. ſ. niſi principalis defenſor eſſet valde diues, vel niſi eſſet fideiuſſor datus a coniuncta perſona, vel quando fideiuſſor aliâs eſſet multum fidelis, & conſuetus ſatiſfacere ſuis creditoribus.

d ¶ Faciles. Per hoc excludūtur, ſi qui rixoſi ſint, & litigantes, ſequenteſq; ſemper terga cauſidicorum. Exemplificat Bart. ibi etiam in notario, & procuratore ipſo, quos dicit rixoſos, & cauilloſos, idem in. l. ſiquis ſtipulatus ſit Sticum. §. fin. ff. de uerb. oblig. & Iaſ. in d. l. ii. num. 6. Duobus aliis modis etiam dicitur aliquis facilis ad conueniendum. ſ. ſi habitet in loco illo contractus, vel nullo ſit priuilegio munitus, vt doctores, vel ſcholares ſecundum gl. ibi, Extantq; ampliſsimi tra-

e ¶ Declaretur. Ab hac declaratione ſi grauabitur quiſq; poterit appellari, ita glo. in. l. arbitro in. iii. lectura. ff. qui ſatiſd. cog. vbi Bar.

f ¶ Eius parte. Ideſt eius procuratore; nam præſtita ſatiſdatione dominus litis eſt, ideo conſtituit procuratorem etiam ante litem conteſtatam. l. tiius. ff. de ꝓcur. vbi Bar. & Spe. tit. de procur. §. i. ver. ſed nunquid defenſor, & Bar. in. l. ſolutionē col. ſi. uerſ. item quæritur Dyn. ff. de ſolutio.

g ¶ Exequutioni. Et ſententia cōdemnatoria debet dicere, Condēno Titium defenſorio nomine talis, ita not. Barto. in l. liberto. §. ſi. ff. de nego. geſt. & in. l. ſolutionem in pen. q. ff. de ſolution. poſt Innoc. in cap. cum ſuper de re iudi. Specu. tit. iſto. §. hoc etiam, & in tit. de ſentē. §. vt autem, uerſ. ſi autem agitur.

h ¶ Solum contra. Facit. l. Plautius verſ. fin. ff. de procurat. & non refert, an venerit ante litem cōteſtatam, an poſt illam, vt. C. de procur. l. nihil arbitramur. ff. de iud. l. de qua re loa. And. in addit. ad Spec. iſto tit. in gl. quæritur an confeſsio, & c. verſ. de ſecundo. An autem repetat a defenſo, de hoc eſt gl. ordinaria in. l. liberto. §. ſi. ff. de nego. geſt. quæ dicit, ꝙ expenſas non poteſt repetere, ſed ſortem principalem, quod intelligit verum Pau. caſtr. ſi defenſus fatetur ſe fuiſſe debitorem, uel conuincatur a defenſore illum fuiſſe debitorem, & tunc repetit per actionem nego. geſtorū, quia illum liberauit, ſententia autem lata prius contra defenſorem non probat contra defenſum, l. in cauſæ. §. i. ff. de procu. Sed diſtingue, aut fuit defenſor inuito reo, & prohibente, aut ignorāte. Primo caſu dic, ꝙ non repetit, vt habetur late apud Bar. in d. l. ſolutionem. §. ſi. uerſ. quærit gl. & ibi ſe remittit ad. l. ſi ſticū. §. ſi. ff. de nouation. ubi latius loquitur, & hic neſcio quantum procedat ſaltem indiſtincte unum dictum Angel. in d. l. Plautius, dicentis attende, ꝙ licet in defenſorem fieri poſsit exequutio ſententiæ, tamen ipſe poteſt de patrimonio rei ſoluere, per. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mandati, qui tamen loquitur in procuratoribus cum mandato, & ſperandum eſt etiam dictum ſimplex Saly. in. l. i. in fin. com. C. ubi in rem actio, & c. qui dixit, ꝙ ubi defenſor cōparet, non animo nouandi, non ſit in eum exequutio, ſed in principalem, quia non

fideiuſſores, etiam ſine nouo[a] proceſſu, & ſine aliqua excuſsione facienda, & cõtra ipſius, & ipſorum hæredes, & bona, ac ſi ipſe[b] defenſor principalis exiſteret, & fuiſſet, & prout & ſicut fieri potuiſſet contra principalem prædictum ſi comparuiſſet, & condemnatus fuiſſet. ¶ Si tamen actum fuerit reali, uel alia[c] actione ad rem reſtituendam, uel relaxandam, uel actione[d] ex teſtamento ad ſpeciem legatam dandã, ſeu tradendam, ad quod faciendum defenſor uoluntarius,[e] uel[f] ille qui ſponte defenderit, fuerit condemnatus, & ipſa res pet ta non reſtituatur, & relaxetur, detur, ſeu tradatur, ſecundum formam ſententiæ[g] fiat executio prædicta in æſtimatione dictæ rei. Et nihilominus in pſa re contra principalem, & alium quẽcunq; poſſeſſorem ius uictori ſaluum[h] remaneat, non obſtante ſententia, uel executione prædicta, eo tamen caſu quo habuerit agens extimationem a defenſore, ſi poſtea recu-

non procedit in defenſore uoluntario, ſed in neceſſario tantum.

a ¶ Sine nouo. Hoc generale eſt in quolibet fideiuſſore, iudicatum ſolui, vt Bart. declarat in .l.i. col. ſecunda iudi. ſolui & Spec. in tit. de exequutione ſentẽtiæ. §. tertio, verſic. quid ſi ſi ſentẽtia.

b ¶ Ac ſi ipſe. Quia defenſor, qui ſaniſdedit; loco domini eſt. l. Titius. §. 1. de procur. Nota hoc verbum, quia pondero etiã, vt velit dicere, ꝙ hic talis defenſor ſubrogatur loco principalis ſui, etiam gaudeat eiſdem priuilegiis, quibus principalis. Ecce non poterit exigi, niſi in quantum facere poſsit, ſi principali competebat illud priuilegiũ l. minorum. §. defenſor. ff. de procur. l. verum. §. primo pro ſocio. Bar. in l. alia. ff. ſolu. matrimo. loquor in defenſore voluntario, non autem in eo, qui defendit ex neceſsitate, quia ille etiam poteſt opponere exceptiones competentes ex perſona ſua, vt. ff. mand. l. idemq;. §. generaliter, ita Bar. notat.

c ¶ Vel alia. Puta publiciana, quæ realis eſt, vel alia perſonali ad reſtituendum, vt commodati, depoſiti, & ſic dictio alia iplicat genus actionis, non ſpeciem, ſicut dicitur, Mulier, quæ dãnauit, ſaluauit. Bart. In. l. Iul. de hæred. inſt. cum ſimil.

d ¶ Actione ex teſta. Quæ videtur habere idẽ priuilegium, quod habet actio ad reſtituendum, ſicut & aliàs licet ſit ſtricti iuris, tamen habet naturam bonæ fidei. l. in minoribus. C. in quib. cauſ. in int. reſt. non eſt neceſſ. Item ſicut aliàs obligatus ad factum actione ex teſtamento cogitur præciſe facere iuxta. l. fideicommiſſa. §. fin. de leg. 3. quicquid ſit in aliis obligationibus ad factũ Bar. in. l. ſtipulationes viii. q. verſ. quid ergo dicemus. ff. de verb. obli.

e ¶ Voluntarius. Secus eſt autem in neceſſario, prout in venditore obligato de euictione, quia exequutio fiet In re ipſa, vt clare inquit Iaco. Butrig. relatus a Bal. in add. ad Spec. in tit. de defenſore, & ita intelligendus eſt Saly. in l. i. in fi. commenti. C. vbi in rem actio, &c. Idem forte dicendũ in procuratore actoris, qui tenetur, uelit nolit defendere dominum in cauſa recõuentionis. l. ſeruum. §. ait Prætor. ff. de procura.

f ¶ Vel. Pro ſeu.

g ¶ Sententiæ. Nota ergo, ꝙ Iudex condemnat defenſorem ad reſtituendum, prout petitum eſt. ſ. defenſorio nomine iuxta dictum Bart. in. l. ſolutionem in fi. ff. de ſolutio. licet non habeat rẽ, cuius contrarium de iure videbatur, quia ſi principalis non habeat rem non condemnatur ad rẽ, ſed ad æſtimationẽ, ſicut etiam dicitur in obligat. dandi iuxta. l. ſeruum. §. ſequitur, &. §. fi. de verb. oblig. & hoc in materia obligationis rem reſtitui glo. tenet in. l. in re furtiua de condic. fur. Bart. in. l. ſtipul. non diuid. in vi. q. de verb. obli. nec mirum, ſi vnum veniat in petitione, aliud in condemnatione, vt in. l. vinum. ff. ſi cert. peta. & l. ædiles. §. item ſciẽdum. ff. de ædilit. edict. facit quod dicit Bart. in. ix. q. d. l. ſtip. non diui. dum dicit, ꝙ intereſſe, ſeu æſtimatio non eſt diuerſum a re, uel facto, ſed unum, & idem iuris interpretatione, propterea non uendicat ſibi locũ illud, quod fatuus eſt Iudex, qui in alio condemnat, &c. iuxta c. licet hely de ſimonia. l. fina. C. de fideicom. lib. Sed hoc ideo hic ita dicitur, quia agitur contra defenſorem, nam licet non poſſederit vnq̃ tempore inchoati iudicii, tamen reus, quem defendit, poſsidebat. Et ideo ſicut ipſe reus veniſſet condemnandus, ita & iſte, qui ſurrogatus fuit d. l. minor. xxv. annis de procur. Exequutio autem fiet in æſtimatione, vt hic.

h ¶ Saluum. Nouo tamen incohato iudicio, Et notabis, ꝙ confeſsio, uel aliud quicquam ex parte defenſoris nõ præiudicat reo principali, quia reo inuito, uel inſcienti non fit præiudiciũ per defenſorem. ff. de ſolutio. l. ſolutionem Spec. tit. de defenſ. uerſ. ſed nunquid. Item nota, ꝙ per ſimplicem defenſionem non nouatur obligatio rei, quia ut ibidem dicit Specul. requiritur concurſus uoluntatis ipſius actoris, alioqui aperta eſſet uia priuandi actorem re ſua, ſoluta æſtimatione ab ipſo defenſore, fac. l. ius noſtrum. ff. de reg. iu. & regula alteri, de reg. iu. in. vi.

¶ Reſtituere.

perauerit rem a possessore ex eadē causa, teneatur restituere[a] dicto defensori æstimationem rei per eum receptam, retenta sibi quarta parte dictæ æstimationis in suæ uexationis[b] compensationem. ¶ Vbi uero pendente iudicio cū tali defensore: uel ante constiterit de mandato principalis, uel quòd[c] ratum[d] habuerit factum defensoris per publicum instrumentum in actis productū, antequàm petita sit executio sententiæ latæ contra defensorem: tunc fiat executio[e] contra solum principalem, & eius hæredes, & bona[f] etiam, non obstante etiam aliqua alienatione bonorum, uel iurium ipsius principalis facta per eum[g] post primam citationem factam de ipso principali: & eo casu defensor, & eius fideiussores hæredes, & bona nō teneantur. ¶ Statuimus etiā quòd omnis Procurator comparens coram aliquo Officiali Ciuitatis Bononiæ, uel alio quocunque, seu coram Arbitro, seu Arbitratore in casu quolibet,[h] in quo licet Procuratorio nomine alterius comparere admittatur, & legitimus esse intelligatur, & sit, siue ex parte actoris,[i] siue ex parte

a ¶ Restituere. Quia iniquum aliàs esset consequi rem, & æstimationem, argumen. l. curabit. C. de ac. empti. Et duæ causæ lucratiuæ concurrere non possunt in eadem re. l. huiusmodi. §. primo. ff. de leg. i.

b ¶ Vexationis. Non aperit statutum, an defensor recuperet illam partem a reo, qui detectus fuerit, fouere malā causam nouo iudicio, & uideretur, q̄ sic, argumen. l. Iam tamen. §. in hac stipulatione. ff. iudi. solui. sed ille tex. loquitur in fideiussoribus iudicatum solui, qui & si non haberēt mandatum ad defendēdum, tamen defendēdo fecerunt aliquid vicinū mandato, vt ibi dicit Iurisconsul. licet nec ipsi expensas recuperent, tāto minus igitur iste defensor recuperabit, quod in poenam vltra expensas litis soluit victori, remitto tamen te ad doctr. Barto. ibi, qui late distinguit, quando defensor possit recuperare expensas factas in lite, in qua succubuit.

c ¶ Vel q̄. Pondera hanc alternatiuam, tanq̄ sufficiat alterum, & bene quidem, quia mandatum superueniens inducit ratificationem gestorum anterioris temporis, data scientia mandatoris, tex. est singularis, ita vocatus ab Angel. ibi in. l. Iul. ff. qui satisd. cog. Alexā. in cons. 112. num. 5. lib. v. Incip. Super eo dubio, vbi etiā citat decis. domi. de Rota, vt per ipsum, & hic caue, quia statutū vocat iudicium pendere, etiā quando sumus post latam sententiam super principali, quia pendet iudicium exequutiōis.

d ¶ Ratum. Intelligas si modo talis ratihabitio sit eo tempore facta, quo nihil amplius agendū est; quia natura ratihabitionis est confirmare præterita, pro futuris. n. prouidetur per mandatum, & ita licet ratihabitio trahatur retro, iux. l. fin. C. ad mac. non tamen porrigitur ad futurum, hæc sunt de mente Alex. in. l. Iul. ff. qui satisd. cog.

e ¶ Exequutio. Quid si pendente iudicio super principali, superueniat mandatum, uel ratificatio, nunquid sententia feretur contra principalē? dic q̄ non, quia semper condemnandus est procurator, qui dominus litis est effectus, iuxta. l. 1. C. de sent. & interloq. om. iudi. vbi tamen glo. dicit, q̄ de consuetudine tam dominus, quam procurator condemnatur, ad differentiam defensoris, qui solus condemnatur, & cōtra eum fit exequutio, at contra procuratorem non fit exequutio regulariter, sed cōtra dominum causæ, vt. l. si se non obtulit. ff. de re iudi. Specul. in tit. de exequu. sen. §. sequitur, vers. sed & si lata sit.

f ¶ Bona. Siue sint, quæ petebantur restitui, siue alia ipsius rei conuenti, videlicet si ageretur aliqua personali ad dandū, ea. n. omnia sunt affecta, & obligata a die citationis rei principalis, sed cōtra de statuto, infra de præceptis faci. in cōfessis §. quæ bona &c. vbi a die confessionis, uel sententiæ latæ bona debitoris dicūtur tacite obligata creditori, ergo non a die citationis primæ, vt hic dicitur. Non tamē inuenio hāc prouisionem esse cognitam a iure communi, nec poni inter casus illos. xxiiij. tacitæ hypothecæ, quos congerit Negus. in vlt. membro secūdæ partis princ. sui tract. de pignor. nec inter effectus citationis, quos ponit Maria. in tract. de citat. art. xxxi.

g ¶ Per eum. Scilicet principalem.

h ¶ Quolibet. Prout regulariter potest quilibet in causa ciuili procuratorem constituere. l. i. §. fin. ff. de procura. quia edictum de procuratoribus est prohibitorium. Casus autem, in quibus non potest comparere procurator, leguntur, & nominantur in. l. si. C. de procura. & per Spec. in titu. de comparitione in termino. §. i.

i ¶ Actoris. De iure maxime authēticorum actor duas satisdationes præstabat, primā q̄ litem contestabitur vsq; ad duos menses a die libelli porrecti, aliam q̄ persistet vsq; ad finē, & si victus fuerit, decimam partem litis nomine expensarū dabit reo, vt in auth. generaliter. C. de epis. & cleri. Sed de consuetudine non præstantur, vt attestatur Accurs. Inst. de satisda. §. sed hodie, attestatur

etiam

rei[a] compareat: uel allegans, uel opponens, uel aliquid contradicere uolens nomine alterius, non obstante quod non satisdederit, uel promiserit de iudicio sisti, & iudicato soluendo, uel dominum defendendo[b] in casu reconuētionis. Quas promissiones, & satisdationes, uel aliquam ipsarum præstare non teneatur, dum tamen constet legitime[c] aliter de mandato dicti Procuratoris, & aliam non habeat repugnantiam iuris[d] ipse Procurator.

DE EXCEPTIONIBVS.[e]



QVIA plurimæ[f] sunt exceptiones, quæ in iudiciis frequētantur, & cui onus[g] probandi incumbat in dubium reuocatur. Ordinamus quod si in aliqua quæstione, uel causa, aliquo tempore proponatur exceptio, replicatio, duplicatio, uel triplicatio, & deinceps,[h] & opponatur contra instrumentum, seu aliquam ultimam uoluntatem: qua, uel quo, quis utitur in iudicio quod non sit positum in Registro memorialium Ciuitatis Bononiæ, uelut debuit: uel quod Crida facta non fuerit, uelut debuit: uel quod ultima uoluntas deposita non

etiam Specul. & Ioan. And. ibi titu. de satisdat. tantum enim satisdat rem ratam dominum habiturum, vbi dubium est de mandato, vt not. in. §. si autem eod. tit.

a ¶ Rei. De iure communi obseruatur, ꝙ procurator rei satisdet, etiam de iudicio sisti, & iudicato soluendo, licet constet de mādato, ex vetustissima regula, quæ habet neminem alienæ litis defensorē idoneū reperiri absq; satisdatione, vt Inst. eo. §. fi.

b ¶ Defendendo. Ad quā de iure communi videtur obligatus procurator actoris, etiam vsq; a principio petēte reo, secundum gl. in. l. & ideo. §. fi. ff. rerum amot. quā sequitur, & defendit Bartol. in. l. seruū. §. ait prætor. ff. de procurato. sed statuentibus nostris placuit contraria opin. quę fuit vltramontanorum.

c ¶ Legitime. Idest si actis insinuatum sit, seu corā Iudice demonstratū, dicit tex. Inst. de satisdat. §. si autem, vel per instrumēta, vel testes, vt disputatur in. l. s. C. de procu. licet Petrus de bella pertica negaret quo ad testes. et repellitur etiam, si vellet præstare satisdationem de rato, nisi dubiū sit, tūc. n. admittitur ad præstandam satisd. de rato, vel ad probandum mandatum, vt not. glos. ibi. Et formas constituēdi procuratorem Spec. ponit tit. illo. §. vt autē, sunt tamen personæ cōiunctæ immunes. l. exigēdi. C. de procur. l. sed & hæ. ff. eod. per Spec. in tit. de coniuncta persona.

d ¶ Iuris. Plures nāq; exceptiones iuridicæ obiici possunt contra ipsos procuratores, quas prosequitur Specu. in suo tit. quæ sunt ratione sui, vel causæ, quandoq; ratione formæ constitutionis, quando ex parte constituentis, vt per eū latius.

e EXceptionibus. Exceptio licet per aliquos doctores diffiniatur alio modo, tamen vera est illa Iurisconsul. in. l. ii. de exceptio. Est actionis, vel intentionis exclusio. Hanc posuerūt fere omnes summistæ Goffre. Azo, Hostiens. & alii, & Barbatia in rubri. de exception. in Clemen. Angel. tamen in rub. Inst. eodem colum. 4. versi. capiamus &c. dicit, ꝙ est descriptio, non diffinitio, sed standum est verbis Iurisconsulti, siue sit allusio, siue diffinitio, & communiter tenetur, ꝙ est diffinitio. Vide arborem exceptionum nouiter impressam cum suis glo. declarantibus cellulas, & Marantham in. vi. parte in. ix. membro, sui speculi.

f ¶ Plurimę. Et vere sunt multæ, & pene infinitæ species excipiendi, quas omnes claudere satagit Angel. Instit. de except. in rub. colum. vi. versic. deueniēdum est ad quarum, cuius dicta potes hic transcribere ad uerbū, quia perfecte loquutus fuit. Sed Imperator in Inst. eo. §. appellantur dixit, Aliæ sunt perpetuæ, aliæ peremptoriæ, aliæ tēporales, alię mixtæ. Specu. etiam addit, & aliæ anomalæ. Quæ aūt sint exceptiones impedientes litis ingressum. Vide not. in. l. fratris. C. de transact. Alex. in. l. cū quærebatur. ff. iudica. solui. Marian. abunde in cap. i. num. 26. vt lite nō contest. extat tracta. Marci Ant. blāci insertus sub trac. suo de cōpromissis.

g ¶ Cui onus. Vide, quoniam regula est, ꝙ actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. l. verius. ff. de ꝓbar. sic regula est, ꝙ in except. reus dicitur fungi partibus actoris l. i. ff. de excep. ideo vbi reus in excep. sua aliqd affirmat, tenetur probare. l. in excep. vbi gl. ff. de ꝓb. Si aūt excipiendo, negat; nō tenetur, nec pōt probare, velut in excep. non nu. pecu. vt. C. de nō nu. pecu. l. si ex cautione, vel in excep. nō numeratę dotis, qđ tñ vltimū limitatur pluri. modis, vt ponit Specu. tit. de prob. §. i. Et qñ negatiua habeat ꝓbari, multis distinctionibus cōsideratis doc. ptractant ī d. l. actor, & in c. qm̄ cōtra falsam, extra de ꝓba.

h ¶ Et deinceps. Idest quadruplicatio, & quintuplicatio, & sic gradatim.

¶ Sacristiis.

fuerit in aliqua ex sacristiis[a] approbatis, ut debuit parti contra quam[b] talia opponuntur incumbat onus probandi ea, propter quæ opposita repellantur. Quæ probatio etiam tempore decisorio,[c] & quandocunq; ante sententiã admittatur: & si non probauerit obstent opposita quatenus de iure obstare possunt, perinde ac si oppositum legitime probatum foret. ¶ Si uero opponatur contra aliquod instrumentũ, uel aliam publicam scripturam,[d] quod ille qui scripserit non fuerit Notarius, uel saltem[e] Imperiali autoritate, uel sufficienti autoritate Notarius, siquidem in instrumento, uel scriptura publica contineatur quod facta sit in Ciuitate, Comitatu, uel Districtu Bononiæ, sufficiat per partem contra quam opponetur, probari[f] Notarium qui cõtinetur in instrumento, uel scriptura, illud uel illam scripsisse, descriptum esse in Matricula[g] Societatis Notariorum

a ¶ Sacristiis. Iuxta. §. præterea, infra, de testamen.

b ¶ Contra quam. Videbatur dicendum, q imo incumberet probatio ei, qui negat esse positum in registro, cum sit coarctata loco, vt possit demonstrari. s. per librum registri ad not. in. l. actor. C. de prob. & ideo cum reus in except. sit actor, vt dixi debet probare, tamen hic deciditur cõtrarium, & ratio videtur esse, quia agitur de solẽnitatibus quibusdam instrumentorum extrinsecis, quæ non præsumuntur regulariter, vt not. in l. sciendum. ff. de uerbo. obliga. per. l. quæcunq;. ff. de publici. vbi qui innititur ex instrumento emptionis, debet probare interuenisse autoritatem tutoris, & decretum Prætoris in alienatione. Et dicit Alberic. in d. l. actor colum. i. q quẽ esse æstimatum, seu habilitatum, debet probari per actorem, & hęc eadem in terminis Alberic. met in tract. super statutis. q. 3 r. lib. 4. versus finem ponere videtur, & ibi dicit, q actor debet probare fuisse registratum instrumẽtum.

c ¶ Decisorio. Et hoc est etiam, quod dictum fuit supra per statutũ de voca. in iure &c. §. & si dictæ causæ, ibi verificatio memorialis cuiuscunq; instrumenti.

d ¶ Scripturam. Vt vtar verbis Innoc. in cap. i. de fide instrum. appello generaliter publicam omnem scripturam, cui creditur sine alio adminiculo de iure, vel de consuetudine speciali cap. cum dilectus de fide instrum. & in authen. de fide instrum. §. sed & si, &. § si vero coll. vi. Nunquid autem notarius conficiens scripturam, ad hoc, vt sit publica, debeat dicere, q sit facta hac intentione, vt sit publica? Quod quidam voluerunt dicere, quos refert Lucas a penna, eorũq; rationes, argutas quidẽ, in. l. generali. C. de tabulariis lib. xii. col. pen. sed ipse tenet, q vbi scriptura habet ea, quæ sunt requisita ad publicum, dicitur publica, argum. l. non codicillum. C. de testa.

e ¶ Vel saltem Imperiali. Ex hoc tex. datur intelligi, q in terris ecclesię notarius Imperiali autoritate potest conficere instrumentum, de quo articulo magna est dubitatio, & domini Ant. & Ab. in cap. cum P. tabellio, de fide instrum. & Anto. in cap. sicut, extra ne clerici, vel mon. tenent, q non, per not. in ca. per venerabilem ext. qui filij sint legitimi, sed contrarium tenet Imol. ibi, & Bal. in tracta. de tabell. vi. q. & Bar. in. l. apud Proconsulem. ff. de manu. vin. & Fely. in eo. cap. cum p. tab. dicens ita obseruari consuetudine.

f ¶ Probari. Ratio autẽ, quia notariatus sit probandus est, quia est quędam qualitas adhærens homini ex accidenti, ad theor. scriben. in. l. actor. C. de probat. & in. l. i. ff. de prob. per Lanfran. in c. quoniã contra. iii. not. de proba. Et in terminis de Notario, quando rogatur notarius ab aduersa parte, q onus probãdi incumbat producẽti instrumẽ. Spec. determinat in titu. de instru. edit. §. restat, versic. & scias, nisi forte sit notorium, & refert Ioan. And. ibi ita decidisse dominum suum in legibus, quia cum asserat solemnitatem, vel factũ, debet probari d. l. actor &. ff. de publiciana. l. quæcunq;. Nec obstat quasi possessio officii, qa cum sit præsumptio pro aduersario possessio notariatus nõ prodest, cum ex aduerso sit fortior p̃sumptio; quam opinio. etiam refert, & sequitur P. de Anchar. cons. ccxiii. versicu. vltimo aduertendum, nisi forte sit factum de antiquo per ea, quæ ponit Innoc. in cap. veniens de verbor. signi. Non desunt tamen alii, qui dicant sufficere possessionem longam exercitij notariatus, & hoc maxime, quando contentio est inter partes, nõ inter notarium, & alium, nam tunc volunt notariũ debere probare titulum suę quasi possessionis pp præsumptionem, quæ est contra ipsum, vt dixi modo.

g ¶ Matricula. Ioan. And. in supra allegata addit. post Martinum Syliman. pręceptorem suum in legibus in. ii. q. dicit dominum suum determinasse, q non esset ex toto standum matriculę, inducit. l. Hęrennius. ff. de decurio. secundum literam alibi, & ibi not. &. C. de testam. mil. l. scriniarios. Et quia ordinatio, quæ requiritur in tabellione creando iuxta. l. generali. C. de tabula. non probatur per scripturam matriculę, quę est scriptura priuata. C. de probat. l. instrumenta, & dato etiam, q esset publica, quia non probat, nec asserit,

Ciuitatis Bononiæ posita ad Cameram[a] actorum. ℭ Sed si Notarius qui scriptus est, confecisse dictam scripturam dicatur fuisse Notarium alicuius Officialis Ciuitatis Bononiæ in iis scripturis, quæ spectauerint ad officium[b] ipsius Notarii, uel in sibi commissis; tunc sufficiat probari, quasi possessionem[c] tabellionatus in Ciuitate, uel Comitatu Bononiæ dicti Notarii, uel de publica uoce, & fama, quæ fuit in Ciuitate, uel Comitatu Bononiæ, seu in loco in quo dicta scriptura fuerit facta, quod ille qui scriptus est, confecisse dictam scripturam, seu instrumentum, fuerit Notarius, uel per tria alia instrumenta ad minus, uel per alia acta, uel scripturas, quæ reperirentur ad Cameram actorum ipsius manu scriptas, & quæ manu eius confecta esse dicantur, & quæ de eadem litera uideantur. ℭ Si uero contineatur[d] in instrumento uel scriptura, quod confectum fuerit extra Ciuitatē[e] Bono. & eius districtū, tunc sufficiat probari eū qui scripsisse diceretur fuisse Notarium Imperiali autoritate, uel Pontificali, uel per priuilegiū[f]

asserit: sed enunciat factū, Bar. autē per illum tex. in.l. matriculā, versi. diuali probatoria. C. de agē. in reb. lib. xii. tenet, q̃ præsumatur pro matricula, & Bal. similiter, & Saly. in d.l. scriniarios. C. de testam. mil. sed Alexan. ibi post D. Anto. de butr. in ca. i. colum. ii. de fide instrum. vbi etiam Ioan. de Imo. tenent veriorem opin. Ioan. And. declarādo tamen, q̃ licet non probet in petitorio, tamen cōstituitur in quasi possess. tabellionatus; q̃do scripta est matricula præsente notario, & præsente illo, qui notarium dicitur creasse. Et istam possess. volunt hic statuētes sufficere, licet sit magna disputatio inter doc. nostros, eandem opin. sequitur Alciat. in tract. de præsump. in reg. 3. præsump. xvii.

a ¶ Ad cameram. Videtur quodammodo cōcordare. d.l. matriculā in fi. C. de agen. in rebus in fin. ibi quam codices in sacro nostro scrinio &c. intelligēdo de matricula, prout aliqui intelligunt. Præterea notum est, scripturam etiam priuatam ad Cameram actorū positam fidem facere, effici q; publicam, authē. ad hæc. C. de fide instru. & in corpore, vnde sumitur, Ange. cons. cxl. in fi.

b ¶ Officium. Adeo vt non deputato non credatur; licet notarius sit. ff. de iure fisci. l. in fraudē. §. neq;, & per Innocē. in cap. quoniam contra de probatio. in terminis Bald. consil. ccxxvij. incipit quod non posiir, versic. ad tertium, volum. iiii. Et de huiusmodi notariis ad acta deputatis est tex. in l. inter eos. ff. ex quibus caus. maio. & not. in authen. de trien. & semisse. §. et quod sæpe.

c ¶ Possessionem. Ecce hoc casu sufficere quasi possessionem; quæ non sufficit in superiori, sed requiritur matricula, & cur hoc casu? Opinor, q̃ sit propter autoritatem Iudicis approbantis illum pro notario in gestis corā illo, & ad hoc addino quædam ad Spec. tit. de instrumenti edit. in d. §. restat, vers. et sciat, quæ dicit, q̃ etiam recens quasi possessio sufficiat pro notario, si aliquas scripturas fecisset in iudicio, ex quo a Iudice eius persona est approbata, arg. ff. q̃ falso tut. autore. l. prima. §. idem Pomponius, & calor iudicii alia plura in iure operatur ad. l. cum ostendimus, de fideiuss. tutorum. Doct. in. l. 1. in prin. ff. de verb. obligat. quinimo etiam non notarii, si tamē honesti uiri sunt, possunt acta scribere, casus est in cap. quoniam contra extra de prob.

d ¶ Contineatur. Hoc autem deprehenditur ex eo, quòd in qualibet scriptura autentica debet apponi locus, vbi confecta fuit, quia est de substātia glo. in generali. C. de tabul. lib. x. facit. l. optimā. C. de contrahen. & committen. stipul. & cap. Abbate sane, cum glos. in verbo, censeretur, de re iudi. in. vi. per omnes in cap. primo de fide instrumen. cum aliis simil. adeo quòd Rota decisione ccccxxxix. in antiquis incip. Vtrum valeat, tenet, q̃ consuetudo in contrarium non valeat, tamq̃ contra substantialia. Late prosequitur Fely. ibi, & an apponendus sit locus loci, apud eū habes.

e ¶ Extra ciuitatem. Mouet hanc dubitationem Specul. in d. §. restat colum. ii. versic. sed quid si producitur aliquod instrumentum in iudicio, quod dicitur esse factum in longinqua regione, nec conficientis aliqua notitia habetur. Determinat enim quòd si producens sit bonæ opinionis, & famæ, stabitur instrumento, consulit tamen, q̃ Iudex faciat producentem iurare, quòd instrumentum est verum, & a publica persona confectum, vt in authent. de instrumen. cau. & fid. §. si tamen quisque: et hoc si is, contra quem producitur, sit absens, sed si præsens est, & negat fuisse tabellionem, producens hoc probabit, quia tabellionatus non inest à natura, nec præsumitur, ut supra dixi. Sequitur Cardi. etiam in Clement. prima de procurator. quæstio. 3. & ibi dicit, se dixisse modos probandi notarium in cap. primo, de fide instrumen.

f ¶ Per priuilegium. Hoc est, quod dicit Inno. in capi. i. de fide instrumen. dum dicit, uel per publicum instrumentum. s. continens dictum priuilegium cōcessum etiam a Comite palatino, quia

creatio

creatio notariatus eſt de reſeruatis Principi, ſeu cuicunq; non recognoſcenti ſuperiorem aliquē, vt per Innoc. & omnes in cap. cum P. tabellio, de fide inſtrum. & per Bald. in tract. de tabellio. Itē conſuetudine poteſt eſſe notarius cap. cum dilectus ſupra eodem, vbi cō ſuetudo operatur, ꝙ perſona priuata facit ſcripturā autenticam: Quid de ſtatutis late per Fely. in d. ca. cum P. tabellio num. 14. vbi idem maxime ſi ſit ſtatutum ciuitatis non vnius perſonæ, de qua q. non diſputo hic, ſufficit hanc dici cō muni opi.

d. cap. i. nume. 24. poſt d. Anto. ibi, ſed latiſsime Marſil. in l. ſiue quæſtio, de quæſt. vbi plura etiā accumulat circa literas teſtimoniales, & dicit, ꝙ iſte modus practicatur per totam Italiam.

ipſius Notariatus, [a] uel per ſamam, ſeu quaſi poſſeſsionem [b] tabellionatus illius loci, ubi contineatur ipſum inſtrumētum, uel ſcripturam fuiſſe confectam; uel per tria alia [c] inſtrumēta ad minus, quæ ſcripta manu eiuſdem Notarii dicantur, & quæ de eadem littera uideātur, uel per literas teſtimoniales [d] Regiminis, aut Poteſtatis, uel Rectoris, aut Domini illius Ciuitatis, uel Caſtri per ſe regentis, [e] & non ſubditi alienæ iuriſdictioni, in qua, uel quo dictum inſtrumentum, uel ſcriptura diceretur eſſe confectum, uel confecta, ſub ſigillo munita, de quibus ſi in dubium uerteretur, ſtetur declarationi [f] Iudicis, corā quo cauſa uertetur. Quam declarationem Iudex facere poſsit ex ſola inſpectione literarum teſtimonialium productarum, & cui declarationi ſtetur, niſi contrarium probauerit. ¶ Sed ſi in inſtrumento, ſeu ſcriptura publica, cōtra quam opponitur quod ſcribens nō fuerit Notarius, contineatur eam confectam eſſe extra Ciuitatem, Comitatum, uel Diſtrictum Bononiæ, & ex ipſa ſcriptura appareat lapſum eſſe tempus triginta annorum [g] a die cōfectionis ipſius, ſufficiat etiam per partē contra quam opponitur talis exceptio, ſi fuerit bonæ uitæ, conditionis, [h] & famæ: & ſcriptura in ſui figura omni ca-

a ¶ Notariatus. Adde ēt, ꝙ poterit probari per teſtes fide dignos de creatione, vt per Innoc. in d. cap. i. de fide inſtrumen. verſ. oportet tamen, vbi dicit credere, ꝙ ſufficeret, ſi per teſtes probaretur, ꝙ publice officio notarii fungebatur. ff. ad macedo. l. iij. in prin. de off. pręto. l. barbarius. C. de teſti. l. i. Angel. autem in authen. de fide inſtru. dixit cautelam eſſe, vt faciat ſubſcribi per tres tabelliones, quia non erit poſtea grauatus probare, quæ tamen non eſt bona Marſil. in l. ſi quis ne queſtio. ff. de quęſtio. num. 138.

b ¶ Poſſeſsionem. Hæc ꝓbatio ſolius quaſi poſſeſsionis non admittitur forte de iure; quicquid credat Inno. in c. i. de fide inſtrum. per ea, quæ dicta ſunt ſupra. Et in terminis etiam eſt opi. Bal. in tract. de tabell. col. 2.

c ¶ Tria alia. Hoc requiſiuit pariter Inno. ibidē, licet per verbum forte, quāquàm non ſpecificet numerum inſtrumentorum, modo ſint ſine contradictione, ſubdendo; nec credunt aliqui ſufficere duo inſtruuēta, imo tot, vt appareat commune officium pro omnibus gerere. Et hęc probatio reſpicit quaſi poſſeſsionem, Hoſtien. autem in d. cap. i. (referente Abbate) dicit numerum fore in arbitrio Iudicis, Sed vides hic determinatum eſſe numerum.

d ¶ Teſtimoniales. De his pungit etiam Felyn. in

e ¶ Regentis. Hoc ideo puto factum, quia magis nota ſunt ſigilla regentium de per ſe, tanq̄ illuſtriora, quàm ſubditorum, & hoc eſt, quod tāgit punctualiter Card. in cap. i. de procur. in. q. in Clem. ponit enim exemplum de inſtrumento cō fecto ī partibus Gręcię, quia non debet portari cum literis legalitatis illius Ciuitatis, & eius ſigillo, ſed cum ſigillo Imperatoris, quod eſt magis notum in Italia.

f ¶ Declarationi. Hoc ſtatutū eſt circa literas teſtimoniales, ne aliàs res abiret in infinitum contra regulam iuris. l. a Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud.

g ¶ Triginta annorum. Quod tempus a iure lōgum tempus dicitur inter abſentes Inſt. de vſucapionibus in princ. Sed de iure, vt ſtetur huic formæ, debet eſſe tēpus antiquum Innoc. in c. veniens. ff. de verb. ſignifi. Deci. conſ. 42. in primo dubio, Alcia. in tract. de præſump. præſumptiōe xiii. ſub. iii. reg. nu. 15.

h ¶ Conditionis. Cum iuramentum ſit quędā ſpecies probationis, vt dicunt doct. in rubr. extra de probat. quia talis iurans eſt quodammodo teſtis in cauſa ſua iuxta l. fin. C. de fideicom. et ideo ſicut quando ſtatutū requirit, ꝙ teſtes ſint bonæ conditionis, & famæ, opus eſt probare per alios teſtes de tali conditione, & fama, vt not. dicit Ang. in l. ii. §. diem, verſ. & nota. ff. quemadmodum teſta. aper. vbi infert declarationem ad ſtatutum Bonon. loquens, quomodo probari debeat mors, ita hoc caſu; ſuper quo tamen eſſet cogitandum, quia poteſt dici, ꝙ præſumatur quilibet bonus, niſi cōtrarium doceatur. ca. dudum de præſump. l. cum pater. §. rogo, de leg. ii. quia eſt præſumptio naturæ, glo. in l.

in.l.fi.ff.quod metus cau. & ita determinat Alciat.punctualiter in tit.de præsump.reg.iii.præsump.ii.num.10. & ad dictum Angel.respondetur loqui, quando statutum requirit optimã conditionem, quia optima non præsumitur, quod est not.

Item ꝙ non est ibi descriptum. Hoc tamẽ potest statutum facere, prout consuetudo; quæ potest etiam facere, vt non apponatur dies, vt late per Fely.in cap.i.colum.2. de fide instrum.nõ obst. ꝙ datur per has omissiones materia falsum fabricandi, quia respõdet ipse, ꝙ statutum, vel cõsuetudo non ordinatur ad id principaliter.

reat suspicione[a] probari per ipsius sacramentum corporaliter iurãtis, quòd scribens fuerit Notarius, & quòd probatio haberi non potest, quòd ille qui scripserit illam scripturam fuerit Notarius, nec etiam famæ, uel quasi possessionis notariatus ipsius, nec etiam alia instrumenta haberi possunt scripta manu ipsius. In aliis uero oppositionibus ei incumbat onus probandi, cui de iure debuerit imminere. ℭ Decernẽtes quòd decætero opponi nõ possint alicui infrascriptæ exceptiones[b], uidelicet quòd talis, contra quem opponeretur, non habeat extimum, uel quòd nõ habeat in extimo rem, seu debitum, de qua, uel quo sit quæstio: uel ꝙ non sit descriptus in uigintiquinquẽnis, uel quòd aliquis sit malpagus aliquarum collectarum, uel præstantiarũ, uel quòd quis non fuerit in exercitu, uel caualcata. ℭ Nec etiam possit opponi contra aliquam scripturam ubicunq; confectam, quòd deficiat nomen Imperatoris,[c] uel Papæ,[d] uel quòd deficiant anni Imperii, uel Pontificatus, aut Consulum, uel quibus consulibus, & quòd omissio prædictorum temporis nominum, & consulum, uel alterius eorũ non uitiet scripturam aliquã ubicunq; confectam. ℭ Et ut cauillantium[e] retrenetur temeritas,[f] iubemus quòd omnis opponens, siue suo nomine, siue alieno aliquas oppositiones, ad quas probandas, uel improbandas aliqua facti probatio[g] exigatur, contra quas fuerit de contrario replicatum,[h] & post replicationem ipsis exceptionibus non fuerit renunciatum infra secundam

a ¶ Suspicione. Quia nõ sit rasa, neq; cancellata, neq; in aliqua sui parte vitiata, ad ea, quę habentur in.l.fi.C.de edict.diui Hadria. & ista requiruntur abesse semper, quando dicitur stari instrumẽto publico, quod dicitur habere præsumptionem pro se, a'd not. in.l.cũ precibus. C.de proba.de quo per Alex. cons.134 col.fi.in.ij.& cons.23.col.ii.vol.vi.& per Decium cõs.xxxvi. Dinino. col.4.per totũ, vbi multa adducit ad dotem istius præsumptionis, per Marsil.in.l.si qs ne quęstio. ff. de quęst. num.139. Specu.in tit. de instr. edit. §. restat in principio.

b ¶ Exceptiones. Erant quædam exceptiones inductæ a statutis antiquis in odiũ istorum, qui cõtrauenissent prouisionibus inductis illo tempore, vt etiam de statuto dicente non debere audiri in ius illum, qui non soluit collectam, meminit Bar.in.l.in illa colum.2. vers.& pdicta.ff.de uerb. oblig.

c ¶ Nomen Imperatoris. Corrigitur ius authenticorum in titu.vt præpo. no. Imp.maxime iuncto fine, vbi voluit instrumẽtũ reddi nullũ omissa tali denominatione; & satis visum fuit statuentibus, si anni domini nostri IESV CHRISTI, & indictio annalis apponatur instrumẽto, his enim omissis instrumentũ redditur nullum, habetur per Spec. in tit. de instrum. edit. §.instrumentum, versic.

d ¶ Vel Papæ. Nomẽ Papę apponi solet in terris ecclesiæ, nomen Imperatoris, in terris Imperij secundum Ioan. Andr. in clara. vi.lib. vers.hic aduertendum d.Anton.& Abb. in cap.i.de fid. instrum. glo. in capi.quotiens cordis oculus prima.q.vii.

e ¶ Cauillantium. Id est calumniantiũ, & sic concordat tex. proœ.instit. in prin.& clem. vt calũniis, de re iudi. sed qui cauillatur, satis calũniatur, quid enim sit cauilatio, habetur in.l. ea est natura, de reg.iur.

f ¶ Temeritas. Est nomẽ generale, quod cõuenit etiam tergiuersantibus, & etiam præuaricantibus, vt probat.l.i.ff.ad Turpilia.ubi Barto.notat et probat.etiam inst. de poena teme.litig. per totum.

g ¶ Facti probatio. Hoc ideo, quia si probatio sit de iure, consequenter replicatio erit de iure, qđ est facile, quia ius certũ est.l.ornamentorum. ff. de auro, & argen. lega. Bartol.in.l.actor. C.de probat.

h ¶ Replicatum. Subaudi, & probatũ, quia non sufficit replicatio verbo, nisi replicatio doceatur vera, ad.l.prima iuncta gl.prima.ff.si quad.pau. fecisse dica. allegat in simi.l.primã. ff. de dolo, facit glo. in l. quarta.ff. vi bono.rap.Alex.consi. lxxviii.num.24.lib.v.& cons.cxiiii.vol.4.

diem: si pars opponens succubuerit[a] in oppositione per eam facta teneatur reficere parti aduersæ incontinēti omnes expensas cuiuscunq; conditionis, & damna: quæ & quas pars contra quā oppositio facta fuerit propter dictam oppositionem, & eius de causa passa fuerit, sacramento uincentis in oppositione declarandas, & taxatione per Iudicem, seu officiales, coram quibus dicta oppositio fuerit agitata præmissa. Et cogere possit, & debeat dictus Iudex, & officialis prædictum subcumbētem in oppositione, seu exceptione incontinenti, etiam si in causa principali postea obtineret ad reficiendum expēsas, & damna prædicta summarie sine strepitu, & figura iudicii remediis[b] opportunis, quandocunq; petitum fuerit etiam ante terminationem causæ principalis. ¶ Item dicimus quod quilibet negans[c] pure, uel sub conditione tacita, uel expressa, in iudicio, seu coram Arbitro, uel Arbitratore, suo nomine uel alieno, directe, uel per uerbū non credit, uel per æquipolentia uerba, uel alia quæcunq;, propter quæ onus probandi incumbat parti aduersæ, seu incumbere uideretur matrimoniū,[d] uel filiationem, ætatem, mortem, parentellam,[e] agnationem seu cognationē: uel quem esse Ciuem,[f] uel Comitatinum,[g] uel forensem, uel quem ciuem, uel comitatinum esse, uel fuisse Notarium, uel esse, uel fuisse quem officialē, siue sit ciuis, siue forensis: uel quasi possessionem matrimonii, nel filiationis, uel officii, uel notariatus, aut ciuilitatis:[h] de quibus sit in Ciuitate Boloniæ, uel districtu, in Capella, contrata, loco, seu Villa, in quo, uel in qua habitat seu habitauerit, uel officiū exercuerit ille, de cuius morte, & aliis de quibus, ut supra tractaretur, publica

a ¶ Succubuerit. Aduerte si loquimur in dilatoriis, de plano procedit, q Iudex debet ferre suā interloquutoriam super illis iux. cap. exhibita de iudi. & plene in cap. i. de ord. cogn. & consequenter etiam super expēsis, quia accessorium sequitur, &c. ita Abb. in capi. finem litibus colum. 4. de dolo & contu. & idē in exceptionibus quasi peremptoriis, vt in exceptionibus contra testes iuxta not. in cap. ex parte Adę, de testi. Et tandē in quibuscunq; non cōcernentibus merita negotii principalis. Si vero loquimur in uere perēptoriis concernentibus, proprie merita causæ, non fit regulariter condemnatio expensarum, sed expectatur diffinitiua, & ratio est, quia super peremptoriis nō pnuntiatur expresse, sed super principali. l. i. C. de ord. cogn. Cum ergo pronūtiatio fiat per diffinitiuam, satis est condemnationem facere in ea. Hæc regula singulariter limitatur per text. in c. finem litibus pręall. vt duobus concurrentibus ferenda sit interloquutoria, quādo scilicet obiicitur exceptio, fundata prius intētione actoris. Item quando incōtinenti excipiens non est paratus probare, sed requirit longas dilationes, tunc enim debet fieri cōdemnatio etiam expēsarum nec expectatur diffinitiua. Modo intelligis, qūo statutum procedat, licet loquatur simpliciter.

b ¶ Remediis. Inter alia denegando audientiam in principali causa arg. l. sancimus. C. de iud. vel captis pignoribus, & multa indicta ad text. Inst. de satisd. tut. §. pen. ubi glo. allegat concordantia.

c ¶ Negans. Proprie negans non excipit, vt dicit Bal. in rub. C. de excep. excipiens tunc dicitur, quando supponit aliquod ens in rerum natura; secus, ubi simpliciter negat, quia non dicitur excipere, nec debet aliquid probare, late per Fely. multa alia adducētem in rubrica extra de excep.

d ¶ Matrimonium. Infrascripti casus respiciunt statum personarū, ideo sunt notabilis præiudicii ad not. in. §. præiudiciales Inst. de actio. uel ideo, quia frequenter contingit negari calumniose, ad impediendum processum in principali causa, ut sic grauetur aduersarius ad probandū, quod plerunq; est difficilis probationis, maxime in antiquis.

e ¶ Parentellam. Sub hoc nomine cōprehende affinitatem.

f ¶ Esse Ciuem. Subaudi uel fuisse prout infra in aliis exprimitur, & eodē modo intelligas de matrimonio, filiatione, ætate, & aliis supra enumeratis.

g ¶ Comitatinum. Repete, negaret esse, uel fuisse notarium.

h ¶ Aut ciuilitatis. Subaudi eadē ratione, uel possessionē parentellę, agnationis, seu cognationis, uel ciuilitatis, uel comitatinatus, uel forēsitatis, ut ita loquar, cum enim isti casus supra sint copulati quo ad proprietatē, ac substantiam, eadem rōne debent intelligi copulati, quo ad quasi possessionē si illa negatur p respondentem positionibus arg. l. eum qui edes ff. de usuca. & l. allud. ff. ad l. aquiliam.

¶ Probauerit.

uox, & fama in contrarium, uel aliter appareat, seu probetur, nisi per partem opponentem contrarium probaretur, cogatur de facto ultra prædicta per Iudicem, coram quo fuerit quæstio, ad soluendum decem libras bononenorũ pro quolibet prædictorum negato, parti, cui prædicta, uel aliquod prædictorũ fuerint negata, applicandas. ¶ Et quia quædam sunt exceptiones, quæ calumniose sæpius in Iudiciis frequentantur, & non modica egent declaratione, propter dubia euitãda, Ideo Decernimus, quod si aliquod sumptum alicuius instrumenti, actus, uel sententiæ, uel denunciationis, uel Registri alicuius contractus, uel ultimæ uoluntatis de Camera actorum populi Bononiæ, aut de libro alicuius prouisoris in iudicio de cætero producatur, opponi non possit contra illud, quod sumptum non fuerit de Camera prædicta, aut de Memorialibus, uel de libro Prouisoris per potestatem habentem illud sumendi, uel quod in dicta Camera, uel Memoriali, seu Prouisore posita, seu positum, scriptum, registratum, uel denũciatum non fuerit per potestatem habentem, uel tempore, uel modo in scriptura dicti sumpti contentis. Et si opponatur, talis exceptio non releuet opponentem, nisi opponens eam probauerit,[a] quo casu eius probationi stetur, prout aliàs de iure stari debet.

DE IVDICIBVS,[b] ET[c] NOTARIIS recusandis, &[d] associandis[e].



RDINAMVS insuper,[f] quod recusationes[g] iudicum[h] Domini Potestatis Bononiæ præsidentium causis ciuilibus, uidelicet Vicarii, & Iudicis Aquilæ, fieri

a ¶ Probauerit. Et sic vult, ꝙ opponens negatiuam illam probare habeat, quod quidem non est (quo ad propositum) secundum ius cõmune, quia negans solemnitatẽ alicuius instrumenti, vel rei, non tenetur probare, sed qui illud producit, nisi sit præsumptio pro eo, ad.l. quæcunq;. ff. de publici. per docto. in.l. sciendum de verb. obli. & in.l.1.C. de fide instrum. & iure hastę fiscalis lib.x. vbi glo. not. per Alberi. in.l. actor in fin. verbis. C. de probat. Hoc autem statutum est propter cauillationum frequentiam, vt præsumptio dicatur pro ipso, q produxerit, & satis probatur hęc negatiua ex apertione libri archiuij publici, quia vbi non reperitur, registratum censetur non esse, ad Barto. in d.l. actor. C. de proba.

b IVDICIBVS. Profecto nihil est tam graue, & periculosum, q̃ sub suspecto Iudice litigare. c. ꝙ suspecti. iij.q.v. capi. secundo requiris, in fi. de appell.l. apertissimi &.l. fina. C. de iudi. & propter hoc videtur, ꝙ Princeps nõ possit causam committere recusatiõe remota, quia esset tollere defensionem, cum Iudicis recusatio videatur de iure naturali, vt probatur in d.c. quod suspecti. ea vero, quę sunt ex illo iure, sine causa per Principẽ tolli non possunt, vt habetur in cle. pastoralis, de re iudi. & hanc opin. tenet Abb. in ea. ad hæc de rescrip. dicens de hoc esse ibi glo. singularem, sed contrariũ tenet Spe. titu. de recus. §.i. versic. quid si causa, & alij plures, quos allegat Marsil. in sing. 292. incip. nihil est tam graue. Materiam huius tituli late, & ordinate simpliciter pertractat Maran. in suo Spec. in parte. vi. §. secundus nume. 24. post Specu. in eo titu.

c ¶ Notariis. De qua materia videbimus infra in §. Item dicimus.

d ¶ Et. Pro uel.

e ¶ Associandis. Hoc refertur duntaxat ad notarios, & uno casu tantum hoc cõtingit, vt infra eo. §. item dicimus versicu. saluo &c.

f ¶ Insuper. Continuationẽ superiorum designat, & idem significat, ꝙ præterea, ambo.n. sunt aduerbia ordinis secundũ grammaticos, fac. text. Inst. de donat. §. alia aũt, versi. alia insuper. c. statutum. §. sancimus Insuper, de rescri. in vi. vide in simil. mod. Hyspanos Inst. de actio. in prin. occasione verborum ibi superest, vt de actionibus loquamur.

g ¶ Recusationes. Hoc nomen verbale hic stat in passiua significatione, sicut & testamenti factio aliquando, & aduerbiũ, uiolenter, ut per Bart. in l. ii. col. fi. ff. de duo. reis. Inst. de hęred. instituen. §. seruus autem alienus. Est autem Iudicis recusatio, iurisdictionis, uel audientiæ causa proposita dilatio. ita Spec. definiuit tit. de recusat. lib. i. & sic differt ab exceptione declinatoria, quæ respicit iurisdictionẽ, de qua per Bart. in.l. quidã consulebat de re iudic. ubi Imo. nu. 57. docet, quam prius proponere debeamus, ut nobis in altera non fiat præiudicium, dixi latius supra de modo citat. §. primo in glo. ad alia.

h ¶ Iudicum. Vnde patet,

q de iure isto municipali potest ordinarius recusari, id quod etiam de iure cano. permittitur, vt probatur ext. de foro comp. c. si quis contra. extra de appell. c. cum speciali, sed de iure ciuili magis communis opin. est, q non possit simpliciter recusari, sed debeat dari adiunctus, vt in authen. si vero contigerit. C. de iudi. Fallit tamé in tribus casibus, quos enumerat Francus in d. c. cũ speciali nu. 41. de appel. & Ias. in d. l. apertissimi. C. de iudi.

And. in cap. ii. de ord. cogn. tenet, q non, sed aliqui alii, q potest. vide Franc. in d. c. cum speciali nume. 22. & Fely. in cap. insinuante colum. pen. in fi. de off. deleg. Roma. sing. 352. in ius, & Marsil. in l. maritus colum. v. uersicu. & facit optime. ff. de quæstion. Et credo pariter, q istud statutũ limitari possit, tanq̃ recipiens extensionem passiuam &c. Cogita tamé, quia subiũgit statutum, & non postea. s. recusari possit, licet intelligi posset. s. ex causa antiqua, nõ autem si causa de nouo superuenisset.

possint[a] per libellum[b] recusationis[c] in quacunq; causa, quæstione, uel lite Ciuili decem librarum bononenorum, & abinde supra quandocunq; ante litem contestatam, uel habitam pro contestata, uel infra dimidiũ[d] tempus instantiæ ipsarum causarum, & non postea. Et uno recusato ipso iure[e] deueniat ad alium,[f] scilicet de Vicario D. Potestatis, ad Iudicẽ propositũ ad discũ Aquilæ, & ecõuerso. Dũ tamen ipse Actor[g]

a ¶ Possint. Datur ergo facultas, non necessitas imponitur, vnde confertur iurisdictio, & exequutio, licet causa cõmittatur Iudici notorie suspecto, ita probat tex. & ibi Frácus in c. postremo in 2. not. de appell.

b ¶ Libellum. De hoc libello expresse est text. in l. apertissimi, & l. cum specialis. C. de iudi. & sic in scriptis fienda est recusatio, & Panorm. in ca. prudentiam. §. vi. de offi. deleg. late etiam Franc. vbi supra nu. 17. Et in libello ipso recusatiõis cõtinebitur quis, & in quẽ, & in qua causa Spec. isto tit. lib. 1. §. qualiter &c. Et porrigi debet corã Iudice sufficienti, vt probat tex. in. d. l. cum specialis ibi, & ipsum præsidem adire, & hoc facere in actis manifestum sic. C. de appell. l. cum post. Spec. isto eo. tit. §. qualiter, & hoc est, quod dicitur infra. §. penul. citationem fieri de mandato d. vicarii, &c.

c ¶ Recusationis. Non transit sine dubio, an per libellum appellationis recedere possit a Iudice suspecto, quod tenuit glo. per illum text. in c. quotiens ii. q. vi. Contrarium tenet Innoc. & Abb. in d. c. cum speciali, de appell. vide concordiam per Iaffr. decis. 47. & dic, recusationis. s. ex causa suspicionis, vnica enim causa est duntaxat. s. suspicio, hęc tamen surgit ex multis, & variis causis, vt inquit Spec. §. causa recusationis, isto titu.

d ¶ Dimidium. Cum instãtia incipiat post litem contestatam, hæc verba corrigunt superiora, & corrigunt etiam ius commune tam ciuile, quàm canonicum, vt habetur in d. l. apertissimi. C. de iudi. vbi est regula, q ante initiũ litis debet proponi, quia est dilatoria. ca. inter monasterium de re iudi. opponendo vero alias oppositiones ante illam, videretur amisisse beneficium istius, & in Iudicem consensisse secundum doct. in d. ca. inter monasterium, Lanfranc. in ca. quoniam contra, in uerbo recusationes de probatio, nisi ex noua causa superuenisset, vel antiqua ignorata Specu. in titu. de recusat. lib. i. §. fit autem. Disputatur etiam, an post conclusum in causa, superueniẽte noua causa suspicionis possit recusare, & Ioann.

e ¶ Ipso iure. Absq; s. alia cõmissione, quæ requiritur, vbi alij Iudices sũt recusati, vt infra. §. & q recusatione. Aliqui ponunt hic notam, q si in recusatione protestetur, de nolendo adire Vicarium, sed Iudicem Grissonis, uel Bouis, quia & ipsi sunt ordinarii, ualebit, cum dicatur prorogatum exercitium, non iurisdictio, quod facilius fit, ut per Innoc. in cap. prudentiam col. v. de off. deleg. & Bald. in l. si conuenerit. ff. de iur. om. iu. quæ nota falsa est, quia hęc est commissio, quæ fit ex dispositione legis, quæ ita eligit; sicut uidemus facere iudicem, qui habet optionem eligendi alium, cui committat causam, ut patet infra d. §. & q recusatione, &c.

f ¶ Ad alium. Licet habeant idem officiũ quandoq;, ut patet in suis titulis, nihilominus alternatiue habent, seu quilibet insolidum ex diuersis enim nõ fit illatio, nam alibi habetur, q licet ordinarius sit suspectus, eius tamen Vicarius non potest recusari, casus videtur in. l. vnica. §. penu. C. si quacunq; præditus potestate, ubi Bald. Ias. ponit in d. l. apertissimi col. 3. sed reprobatur a nonnullis, tamen id reprobatur, quia est vnum tribunal, nos autem sumus in diuersis tribunalibus, et idem pũctualiter dicitur in statuto supra de off. iudi. Aquil. in fin. verbis. Et nota, q licet lex municipalis dicat deuolui ad istos, non tamen sunt cẽsendi, vt delegati a lege, sed cognoscunt, vt ordinarij proculdubio ex quo competebat eadem iurisdictio cognoscendi causas eius qualitatis, vt in. dd. suis statutis patet, ad not. per Paulum castren. in l. prima. ff. de damno infecto, quem nullus reprehendit in hoc, & videre late potes per Alexand. ibi multos referentem in eo articulo.

g ¶ Actor. Videtur, q de iure licitum sit, etiam indistincte actori recusare; quia text. in d. l. apertissimi, utitur uerbo litigatoribus, quod est commune verbum capitulo, forus, de verborum signi. quod etiam admittit gl. ibi, nisi sit specialis Iudex petitus, sed non obstat. d. l. apertissimi quia,

uel eius Procurator, [a] uel alius pro eo ueniens, recusare non posit Iudicem, quem adiuerit, nisi dixerit post aditionem nouam causam, & iustam suspicionis superuenisse, [b] quam exprimere [c] nõ teneatur: & hoc iurauerit, & quòd animo calumniæ non facit recusationẽ prædictam, & nõ aliter. Pars uero rei, [d] quæ causam prosequitur, siue ipse principalis reus etiam recusare posit, si dixerit se causam iustam suspicionis [e] habere etiam aditione [f] præcedente, quam exprimere non tenetur, cum sacramento [g] prædicto, & non aliter, [h] ita tamen quod inter ambas partes in tota causa [i] non fiat recusatio, nisi semel. [k]

quia loquitur, anteq̃ sit aditus Iudex. unde videtur, ꝙ de iure communi præiudicet sibi actor, eligendo, & adeundo per l.i.C.de sportulis, per quem textum ita in terminis dixit Specu.titu.de recusat.vers.nunquid ergo actor.lib.i. Et illa ratio, quę hoc casu assignari potest. s.electio voluntaria, eadem militat, quãdo impetratus fuisset Iudex delegatus ex consensu vtriusq;. Ita Angel.in specie, in.l.quia poterat.ff.ad Trebellia. post Innoc. per eum allegatum, iunctis notatis in authẽ. & consequẽter.C.de senten.& inter.om.iud.Ias. in d.l.apertissimi columna prima.

a ¶ Procurator. De quo speciatim glo. in c. olim in gl.ii. de causa possess. & propriet.

b ¶ Superuenisse. Hoc expresse etiam voluit Ioan. Andr.in additi.in d.§.i. licet libro meo ibi deficiat dictio, nisi, & adde ad ampliationem statuti, idẽ forte esse, si causa erat prius orta, & postea nouiter detecta & patefacta ad notitiam actoris peruenerit glo.in.§.exceptio.3.q.vi.quam allegat, & reputat not. Panorm.in c. quinta vallis in vi.col.de iureiu.facit quod etiam dicit Spec. isto tit.§.fit autem, dum allegat c.pastoralis, de excep.& ĩ c. nostra de ꝓc.

c ¶ Exprimere. Hoc est conforme iuri ciuili communi, vt not. in d.l. apertissimi, secundum magis commu.opin. licet aliqui tenuerint contrarium, vt habetur in glo.ibi recusare, secundum vero canonica iura, secus vt in cap.cum speciali, de appell.cap.suspicionis, de off.delega. Abb.notat in cap.super qq.§.quem vero illo eo. tit.

d ¶ Rei. Adde, ꝙ tertius comparens pro suo interesse potest etiam Iudicem recusare, dato ꝙ partes principaliter litigantes non recusent, ita tex. sing.in iure in cap.cum super Abbatia de off.deleg.secũdum intellectum primæ glossæ ibi. Nam ex quo tertius admittitur in iudicio. ca. veniens el.ii.de test.l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.ergo debent audiri omnes eius defensiones, argum. ca.cum inter de excep.& amplia etiam, si post dimidiam instãtiæ compareat tertius, quia dilatorias excep. tertius comparens post litẽ contest.opponere potest, vt notat Ang.in.l.si quis libertatem, in vers.secundum hoc Dec.in d.c.cum super. Et hanc determinationem sequitur Butr. Florian.& Panor.in d.ca. cum super, subiiciens hoc esse menti tenendum, quia alibi in iure non reperitur secundum eum.

e ¶ Suspicionis. Videndus est omnino Ias. post alios, qui enumerat.xii.causas, quibus Iudex (vti suspectus) recusari potest, quas necessario scire habet, qui vult salua conscientia iurare Iudicem suspectum, quanq̃ eam non teneatur exprimere, ideo recurras ibi, & ad Card.Alex.qui in c. postremo de appe.enumerat.lxx.causas, vbi videbis & Rob.Marã.in suo Spec.in vi. parte, sub.2. actu, qui emergit in vltima parte iudicii nu.24.

f ¶ Etiam aditione. Pondera ergo differentiam, quę est inter actorem volẽtem recusare, & reum. Ille enim tãtum potest, si noua causa superuenerit a lite contestata, iste vero indistincte, rõ differentiæ est in promptu .s.pp electionẽ iudicis, quę est in facultate actoris, dũ sit alias cõpetẽs.

g ¶ Cum sacramẽto. Supple, ab ipso pstãdo in recusationis actu Et hic exprimitur, quod dubiũ est de iure communi. s. quia sunt aliqui, qui dicunt, quòd nec etiam tenetur reus iurare, quia nullo iure cautum est, tamen glos.in d.l. apertissimi, & doctor. ibi, ac Ange.& Alexan.in.l.quia poterat.ff.ad Trebell. dicunt de causa, standúm esse sacramento rei, ne alias temere prorumpat in recusationes contra honorem Iudícum, ad cap.vt debitus, de appellation. Sed nunquid ẽ contra Iudex audiatur, volens iuramento suo asserere se non esse suspectum? Reperio hoc dictum a quibusdam in glo. ritus regni sub rubri.exequutio de appella. allegat autoritatem Roman. & Bald. ego non inuenio, allegat etiam. l.furti. §.sed si iureiurãdo, de his, qui not. infa.tu autem cogitabis.

h ¶ Non aliter. Importat formam Bartol. in. l. de his.ff.de transact.& in.l.actuarios.C.de nume.& actua.lib. xi.

i ¶ Causa. Id est tota instantia, ut infra aperitur faciunt not.in.l.causas.C.de trans.per Alex.

k ¶ Semel. Strictius hoc statutum procedit in recusatione, quàm in appellatione, cum tamen viderentur a pari procedere; vt probatur in d.l. apertissimi.C.de iudiciis, & in cap. super eo. el secundo de appell. vbi tamen vide Abb.qui ponit differentias inter appellat. & recusat. nec ob hoc, ꝙ sit datum remedium appellationis, impediri debet recusatio, quia melius est intacta iura seruare, quã post vulneratam causam remedium quærere.l.fina.C. in quibus causis restitu. nõ est necessaria.

¶ Et idem Dicimus in Iudicibus,[a] seu officialibus[b] Ciuitatis, Comitatus, & Districtus Bononiæ, præsidentibus Ciuilibus causis cognoscendis, & quibuscunq; aliis Iudicibus delegatis, seu Commissariis, q recusari possint, ut supra. ¶ Et quod recusatioue facta tempore, & modo prædictis, Potestas, uel eius Vicarius, uel is qui præerit ad discum Aquilæ possint, & teneantur ad petitionem cuiuslibet, seu alterius partium tantum, committere quæstionem, uel causam super qua facta est recusatio aliis officialibus Ciuitatis Bononiæ ad aliud discum præsidentibus ad causas ciuiles in Palatio, quem dictus Potestas, uel Vicarius, aut Iudex Aquilæ additus pro prædictis duxerit eligendum.[c] Quam commissionẽ fieri petere teneatur pars recusans[d] ea die recusationis. Et Iudex coram quo dicta commissio fieri peteretur, teneatur ante discessum[e] ipsius a bancho[f] dictã commissionem facere modo prædicto, quo supra, sub pœna librarum cẽtum bononenorum dicto Iudici imponenda, & ab eodem auferenda. ¶ Et quo ad commissionem ipsam faciendam stetur sacramento petentis ipsam commissionem fieri de pendentia litis, quam committi petit, et etiam de recusatione facta. Aliàs recusatio[g] ipsa habeatur pro non facta,[h] & procedatur in causa, ac si recusatio[i] facta non esset, uel fuisset. ¶ Et non fiat in tota causa, seu in una instantia inter ambas partes recusatio, tam Iudicis, quam Notarii, nisi semel, quam etiam commissionem altera pars similiter fieri petere possit.[k] ¶ Et si plures officiales fuerint ad idem officium uno recusato, & alter recusatus[l] esse intelligatur, & sit: & Notarius, qui acta scribebat in quolibet casuum prædictorũ,

a ¶ Iudicibus. Ego non sum illius opinionis, q comprehendatur domi. Potestas, quia sciuissent dicere, si voluissent iuxta. l. vnicã. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & quę speciali nota digna sunt, si non exprimantur, censentur neglecta. l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. ff. de iniuriis, vbi glo. & probatur in rub. C. de serui. & aqua. iũcta gl. & forte potest hic exemplificari id, quod dicitur infra. §. fin. dixi forte, quia dubito multum, attento q videtur de iure cõmuni posse etiam Potestatem recusari, quia videtur solum speciale in Papa, Imperatore, Regibus, item Cardinalibus, vel aliis supremis Principib. vt Card. Alexandrinus dixit in c. cum speciali nu. 24. de app. vnde tutius teneri posset recusari, sed tamen secundum formã iuris communis.

b ¶ Officialibus. De assessore quid? Et quid de cõsultore? Quid de arbitro, & arbitratore? Et an collegium generale, vel prouinciale? Et an totũ vnum collegium, vel vna vniuersitas? Et quid in Papa, vel Imperatore? Late de istis omnibus pertractatur in d. c. cũ speciali, a nu. 24.

c ¶ Eligendum. De iure communi, de quo in d. l. a pertissimi partes eligũt, & in discordia Iudex ordinarius iuxta. l. cũ specialis. C. de iud.

d ¶ Recusans. Cõtra, quia etiam altera pars potest hanc instantiam facere, vt supra proxime. Sol. q prius ad instantiam recusantis, & ea facta illa eadẽ die, postea vero si altera pars velit, potest instare, vide etiam glos. possit infra eod.

e ¶ Discessum. Strictius procedit, q̃ ius commune, quo præstitutum fuerat tempus tridui d. l. cũ specialis.

f ¶ A bancho. Lex enim reputat tunc fieri illico, & in continenti. l. litigatoribus. C. de appellat. aliàs illico exponitur. i. intra triduũ, vt habetur in d. l. cum specialis. C. de iudi.

g ¶ Aliàs recusatio. Referas ad. §. & q recusatione.

h ¶ Pro non facta. Non tamen impeditur, quin possit rite iterum recusationem facere Pau. cast. in cons. 313. ista pronuntiatio. lib. ii. Tiraq. in. l. boues. §. hoc sermone, in i. limitat. nu. 17.

i ¶ Ac si recusatio. Seu ac si renuntiatio facta fuisset, constat enim posse renuntiari etiam tacite recusationi factæ; puta, si post recusationem recusans procederet corã illo, secundum Abb. in cap. inter monasterium in. 3. not. de re iud.

k ¶ Possit. Ad similitudinem appellationis, nam appellatus p̃uenire morosum appellantem potest, c. oblatæ de appell. cui appellationi in pluribus assimilatur recusatio, vt notat Franc. in ca. super eo el secundo de appell.

l ¶ Recusatus. Ratio est, quia cũ apud omnes sit iurisdictio simul vnita, & insolidum, reliqui nõ possunt procedere cap. causam quę il. i. & ii. vbi doct. & in ca. cum super abbatia, de off. deleg. secus si fuisset commissa causa pluribus cũ clausula, q vnus sine altero procedere possit iuxta, ca. vno delegatorum de off. deleg. Et nõ omittas uidere Card. Alexandr. in d. c. cũ speciali nu. 29.

dum

etiam recusatus [a] sit,& esse intelligatur ipso existente Notario dicti officialis recusati,& ad alterum ex Notariis Iudicis, seu officialis subrogati a lege, uel ab homine, cui ipse Iudex commiserit acta deuoluantur. ¶ Item Dicimus quod Iudex recusatus teneatur recusationem recipere [b] sub pœna uigintiquinque librarum bononenorum. Et acta quæ per eum fierent, & sententia quæ sequeretur post dictam recusationem nulla [c] sint ipso iure. Et Notarius aliquis dicti Iudicis recusati ipsa acta non scribat sub eadem pœna. Et etiam ipse Notarius teneatur ipsam recusationem recipere [d] & scribere eius productionem, & per quem fuerit porrecta sub eadem pœna. ¶ Item Dicimus quod Notarius actorum, etiam non recusato Iudice posit recusari [e] infra dictum tempus, & non postea, ita quod deueniat de uno Notario ad alium eidem officio præsideutem, quem Iudex, seu officialis elegerit de partium uoluntate, uel eis discordantibus suo motu, si discordauerint ultra duos. ¶ Et idē dicimus de Notariis præsidentibus ad discum maleficiorum paruorum, qui recusari posint quandocunq; [f] dum tamē causa deueniat de uno ad alium, ut supra. Saluo quod post dictum tempus quantum ad receptionem testium Notarius causæ posit associari de uno quem partes elegerint, uel de duobus uno pro qualibet parte,& ipsis discordantibus de uno quem Iudex proprio motu elegerit. Saluo etiam quod supradictum est de Notariis actorum iudicis recusati. ¶ Et ad tollendas suspi-

dum quærit, nunquid propter suspitionem prędecessoris, posit successor recusari, vbi residet, ꝙ si suspicio nascitur intuitu dignitatis, poterit recusari, secus si intuitu personæ ipsius prædecessoris, allegat ita dicere Bal. in c. de causis col. vii. de off. deleg. facit c. quoniam Abb. illo eodem titulo.

a ¶ Etiam recusatus. Rigorosa est aliqualiter p̄sens decisio quandoquidem non videtur eadem connexitas inter notarium,& Iudicem, prout est inter ipsos Iudices habentes eandem iurisdictionem, vt supra visum est,& facit, quia recusato aliquo doctore collegii, non per hoc totum collegium impeditur, quia residet potestas in aliis, qui faciunt maiorē partē. l. quod maior. ff. ad munici. Abb.& Dec. in c. causam quæ, de off. delegati, et regula est trita, ꝙ ex diuersis nō infertur, l. papinianus exuli. ff. de minor. quod patet etiam, quia recusato notario iam non intelligitur recusari Iudex, sub quo militat, ut infra. §. item dicimus, sed ratio mouit statuentes forte propter magnam authoritatem Iudicis erga subditos, maxime, seruiētes actis, coram ipso.

b ¶ Recipere. Nisi foret notorie calumniosa, qa tūc posset impune spni iux. quæ habentur in simi. in. l. i. ff. de no. oper. nunc. facit cap. i. de off. iu. ordi. & ualebit processus, non obstante frustratoria recusatione secundum Inno. in c. cum speciali de appell.& etiā sequitur Abbas ibi in fi. prout per Francum nume. xviii. & idem tenet Lappus in sua prima allegatione, dicens ꝙ Iudex debet tunc exprimere causam suæ repulsionis, vide etiam Ange. de hoc in. l. quia poterat. ff. ad Treb. qđ est not. quia sæpe in facto occurrit.

c ¶ Nulla. Tollitur difficultas inter doct. de qua Barto.& reliqui in. l. quia poterat. ff. ad Trebell. latissime disputata in c. cum speciali, ubi Frācus num. 42. de appell. imo etiam absq; hac expressione satis colligi idem potuisset, attēto ꝙ nulla exigitur disputatio causæ suspicionis, consequēti. extincta remanet iurisdictio Iudicis, quo ad illud negotium prout dicebat Bald. in d. c. faciēs differentiam inter ius cano.& ciuile, cuius opin. refert Fran. uersi. quarta fuit opin.

d ¶ Recipere. Ergo corā eo. Iudice allegari debet suspicio, quod uerū credimus, prout colligitur ex cap. super qq. §. quem uero, de offic. delegati ubi glo.& doc. dicentes probari postea debere causam coram superiore, ubi causa esset probāda,& in d. l. cum specialis, nisi Iudex ipse absens esset tunc, ut ibi legitur.

l ¶In scriptis. Hic est connumerandus inter alios casus, in quibus requiritur scriptura, qui aliàs enumerantur per glo.In c.primo de censi.in sex. de iure autem secundum com. opin. regulariter nō requiritur scriptura in protestatione, quicqd dicat glo.in c.cupientes. §. ꝙ si per xx. in verbo

proposita

D. Potestati Bonon. uel alicui de sua familia, uel alicui alteri officiali ciuitatis, uel Comitatus Bon. teneatur ipse protestans, & denuntiãs copiam[a] ipsius denuntiationis, seu protestationis dimittere penes ipsum, cui facta fuerit ipsa protestatio. uel denuntiatio, & aliter facta protestatio, uel denuntiatio non ualeat. ℭDicimus etiam quòd denuntiantibus, seu protestãtibus, aut Notariis instrumẽtum de denuntiationib9, seu protestationibus facientibus, aut testibus ad prædicta nullæ iniuriæ, uel molestiæ, seu quæuis alia grauamina realia, uel personalia inferantur, detinẽdo eos, uel aliqua præcipiẽdo, uel faciẽdo aliquam aliam iniuriã, uel molestiam, seu processum ex causa, uel occasione protestationis prædictæ, sub pœna cuilibet contrafacienti centum librarum bononenorum Cameræ Bononiæ applicanda. ℭDicimns[b] tamen, quòd quandocunque contigerit aliquem, qui assereret[c] se perhorrescere[d], seu timere præsentiam dicti Domini Po-

proposita in fi. de elect. in vi. dum simpliciter dicit protestationem fiendam in scriptis, sed illam reprehendit ibi Pet. de Anchar. quia non est de casibus enumeratis per d. glo. in d. c. i. Fallit secũdum eum in casu clem. causam de elec. vbi ponis casum, in quo requiritur scriptura in protestatione. adde Bar. in d. §. morte col. iii. versi. Item non est curandum. sed plures sunt aliæ fallentiæ ad reg. quas enumerant mod. in d. §. morte vbi vide Hermano. numero 22.

a ¶Copiam. Etiam si non sit petita propter verba statuti ponentis decretum annullatiuum, ita quidam intelligunt, & obseruãt, aliqui alii, si modo petita sit, ad hanc expositionem est tex. clarus in d. clem. causam quæ de electione, ibi copia modo consimili, si petita fuerit, inde facta. Nota tamen, ꝙ altero de duobus modis potest vti is, qui protestationem facit, vel porrigere protestationis instrumentum indici, absque ꝙ legatur, vt in simili c. appellatio de appell. in vi. vel legere oretenus tenorem illius, vtroque tamen modo copiam dimittat, vt habetur ex d. clem. causam.

b ¶Dicimus. Supra ergo loqtur, quãdo non adest timor, ideo expresse fienda est protestatio, aliâs nõ valeret, vt Bal. dicit in l. clari. C. de fideicom. & Alex. consi. 16. col. fi. lib. iii. nu. 12.

c ¶Assereret. Non sufficit assertio, sed probatio requiritur l. metum C. quod met ca. Bar. latè in d. §. si quis ipsi pretori colum. 4. versi. quintò quæro &c. vbi propriè loquitur in terminis nostris. Vnde potest subaudiri hic, & probaret. iuxta gl. in l. i. ff. si quadr. pau. fec. dica. & vide omnino Decium in d. l in omnibus nu. 7. vbi ponit, qualiter probetur metus, concludendo, ꝙ ex indiciis & præsumptionibus probari potest arbitrio iudicantis. l. vi. ex quib. cau. maio.

d ¶Perhorrescere. Hoc vocabulum sumptum fuit ex l. in omnibus causis profacto &c. ff. de reg. iu. vbi scrib. moderni ponunt materiam huius. §. Et hæc perhorrescentia debet esse talis, quæ caderet in constantem virum. c. cum dilectus. quod met. ca. c. veniens, et c. consultationi de sponsa. & licet tex. in l. metum. ff. quod met. ca. loquatur de homine constantissimo, tamen illud superlatiuũ ponitur pro positiuo, vt Abb. in d. c. cum dilectus, in secũdo not. & ideo requiritur metus mortis, vel cruciatus corporis l. continet. quod met. ca. l. interpositas. C. de transact. vel quilibet alius, dummodo non sit vanus metus propter reg. vani timoris. de reg. iur. & l. metum aũt. ff. quod met. ca. habita etiam distinc. inter masculum, & fœminam, quia minor metus magis cõsideratur in muliere, quã in masculo glo. in c. ꝙ locum de sponsa. fuit tamen Deci. in noua, & singulari opi. in præall. l. in omnibus, ꝙ si probaretur aliquem recepisse metum magnũ ex leui causa: tũc esset probabilis metus attenta conditione personæ iuxta reg. de qua in l. plenum. §. equitii. de vsu & habi. & respondit ad iura, quæ requirunt metum, qui cadat in constantem virum, vt procedat quoad præsumptionem, quia eo ipso, ꝙ talis metus allegatur, sufficit. Sed si pusilli animi homo velit probare se pertimuisse verba, vel aliquas minas leues, idẽ, quæ opi. multum placet per ea, quæ dicit Bar. in loco præall. dum considerat personę minantis qualitatem, & ita consideratur, tex. istius statuti. Item metus intelligitur, etiam si nulla vis afflictiua corporis, vel etiam nullę cõminationes interuenerint, puta, si officialis solitus sit seuire contra subditos, quotiẽs appellarẽt, vel vellẽt alio modo demõstrare iustitiã suã esse lęsam Bar. in l. metus. ff. qđ met. causa, & in l. de pupillo. §. si quis ipsi prętori col. ii. versi. quinto quęro de nou. ope. nunt. Abb. post alios in c. fi. de appell. & alia congerit Dec. loco supra citato num. quarto, finaliter ista resident. in arbitrio iudicantis iuxta. l. tertia. ff. ex quib. caus. maiores: sed in proposito debet probari: quia solitus erat Iudex incarcerare, vel fustigare quęrelantes de torto, & iniustitia, vt Barto. dicit in dicto §. si quis ipsi Prętori, in quinta quęstione Alexander consilio 16. numero. 10. libro tertio, Ias. in lege interpositas. C. de transact.

testatis, seu alicuius alterius officialis[a] Ciuitatis, Comitatus, uel districtus Bononiæ, & se uelle facere[b] aliquam denuntiationem, seu protestationem domino potestati, uel alicui de sua familia, uel alicui alteri, quē perhorresceret, quòd liceat illam protestationem, uel denuntiationem facere per se, uel aliū, ut supra coram[c] Dominis Antianis, uel alio quocūq; superiore præsente eorū, uel eius Notario, seu Cancellario[d], & sic facta perinde habeatur, ac si personaliter facta fuisset illi officiali, cui uellet protestās, uel denūtiās eā facere. ¶Teneātur tamen dicti Domini Antiani, seu alius superior, talem denuntiationem, seu protestationem coram eis, uel eo factā, ea die, qua fuerit facta, uel postea quā citius poterint, seu poterit, facere eā notā[e] Domino potestati, uel ei ex suis officialibus, uel familiaribus, aut alteri officiali, uel alteri, cui facienda erat protestatio, seu denuntiatio prædicta. ¶Si uerò uellet facere protestationem, uel denuntiationem alicui alteri officiali Ciuitatis, uel Comitatus, aut districtus Bononiæ extra familiā dicti Domini potestatis, tunc etiam possit protestatio fieri coram Domino Potestate, uel aliquò ex Iudicibus suis: qui Dominus Potestas, uel iudex, corā quo facta fuerit, teneatur eam facere notam ei, cui facienda fuisset protestatio, uel denuntiatio incontinenti ea die, uel sequenti, qua facta fuerit: si facta fuerit contra aliquem officialem Ciuitatis Bononiæ; Et si contra aliquem officialē Comitatus, seu districtus Bononiæ infra tres dies immediate proxime sequētes expēsis[f] talis denuntiantis, seu protestantis: aliàs ad damna, & interesse talis protestantis, & denuntiantis teneantur[g]. Et ualeat, & teneat talis protestatio, & denuntiatio, & perinde

a ¶Officialis. Cum ministerio hic omittit nominare familiam domini Potestatis: quia requiritur metus a iudice, qui habeat iurisdictionem, Bar. in d. §. si quis ipsi prætori in prima q.

b ¶Velle facere. Pondera, quia non decidit statutum, an propter perhorrescentiā quis teneatur protestationem facere, adeo ꝙ si non faciat, sibi præiudicet, & certè in iure nostro ista est difficilis altercatio, vt habetur in d. §. si quis ipsi Prætori, vbi latissime Ias. & per Dec. in d. l. in omnibus in iii. q. principali, vbi tenet ipse, ꝙ nō sit necessaria, communis tamen practica obseruat protestationem faciendam, & tutior, & forte est magis iuridica, & cōmunis intelligētia, ideo obseruabitur omnino.

c ¶Coram. De iure distinguitur per Bar. in d. §. si quis ipsi prætori in ii. opp. Quidā sunt actus, qui expediri debent cū Iudice, tāquam cum parte, & tunc si ille actus venit explicandus in iudicio, debet fieri corā alio iudice l. vt perfectius. C. de annali excep. C. de episco. aud. l. si quis præsens, & de non num. pecu. l. in contractibus. §. fi. Si vero actus explicandus est extra iudicium, sufficit protestationem fieri sibi. Si verò metus instat, fieri debet coram vicinis iux. glo. in d. §. si quis ipsi, per iura, quæ allegat, & facit. c. si iustus metus ext. de app. vbi requirit præsentiam duorum bonorum virorum. Et ideo facta est cautela per Cœpolam. 78. quia in lectione &c. Hoc autem statuto loco dictorum vicinorum, vel bonorum virorum, debet fieri coram aliquo superiore, sed practica iuris communis est tutior protestanti, quia clandestine agit propter timorem, qui non cessaret ex toto, stante practica huius statuti. Et hoc cōsideratur in c. i. quod met. cau. vbi Abb. not. ꝙ clandestina protestatio in huiusmodi sufficit, habetur per Dec. in d. l. in omnibus nu. xi.

d ¶Cancellario. Pro eodem ponitur, prout in rub. & l. iii. C. de assess. Variis enim nominibus vocari contingit notarios, vt dicam in rub. infra de tabellionibus.

e ¶Notam. Adeo ꝙ non remanet clandestina protestatio in effectu, quæ tñ de iure sufficeret iux. not. in c. i. quod met. ca. dico respectu eius, qui infert metum, vt Abb. ibi not. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori xi. q. de no. ope. nuntia. Alexan. in consi. 16. numero 10. & seq. lib. iij. Aymo. consilio cxx. in fine.

f ¶Expensis. Hoc probat etiam tex. in clem. causā quæ de elec. & ibi gl. in verbo, porrecto, quę istud colligit, & ibi Car. dicit regulariter est verū, vbi actus redūdat ad vtilitatē facientis. Et ibi inuenies multa, & multo plura apud Fel. i c. i. col. pen. de lib. obl. bona gl. per illum tex. in l. ii. §. de fendi. ff. ex quib. cau. in poss. eatur. Addo Bal. in l. vnica. §. ne aūt nu. 13. C. de cad. toll. in q. legatarii grauati, vt faciat domū hæredi, vbi videtur residere, ꝙ sumptibus hæredis, qui sentit vtilitatem.

g ¶Teneantur. s. Officiales, quibus fuerit protestatum, si ei protestationi forte non pareatur.

¶Statuimus.

præiudicet dicto officiali, ac si eidem personaliter per protestantē facta fuisset. ¶ Statuimus[a] etiam, quod omnis protestatio, uel denuntiatio de mandato,[b] uel licentia alicuius Iudicis, uel officialis communis Bononiæ, quæ fieret uenditoribus, uel obligatis[c] de euictione, uel aliis ex aliquo publico instrumēto[d] obligatis,[e] fieri debeat semel personaliter inuento, aliàs bis ad domum[f] in præsentia[g] duorum testium, & quod in ea nō sit necessarium inserere tenorem libelli, uel instrumenti, uel alterius contractus, uel actus. Sed producatur[h] instrumentū, & quæcunq; alia scriptura, quæ non sit in actis coram iudice: Et dimittatur penes Notariū actorū, & in protestatione, seu denūtiatione prædicta sufficiat, si facta summaria[i] mētione

a ¶Statuimus. Hic loquitur de protestatione, quæ dicitur incitatoria.

b ¶De mandato. Forma igitur huius prouisionis non est seruanda, quando fieret sine licentia iudicis, sed forma iuris cōmunis sic, de qua per Bart. In ii.q. princip. ind. §. morte.

c ¶Obligatis. Exēplifica in permutantibus, vel diuidentibus, qui similes sunt venditoribus. l.i.ff. de re.diuis. l.i. communia vtri. iudi. vel in solutum dantibus. l. si prędium C. de euict. vel in transigentibus, secundū tamen dicta in l. si profundo C. de transact. Itē in donatore iuxta l. Iulianus. §.i. & ibi notata de verb. oblig. vel si pacto voluit se obligari l. quanuis C. de euict. Potest ēt cōnumerari mulier, quæ in dotē dedit prædium, necnon fideiussores, & hæredes prædictorū omniū l. auto re laudato. l. cū successores C. de euict.

d ¶Instrumēto. Credo subaudiendam dictionē, maxime, quia nō video differentiam, dummodo cōstet de obligatione etiam per scripturā priuatā, vel ex confessione ipsius debitoris, prout in iure multoties subauditur, vt in l.i.§. primo. de acqui. poss. & in l. arboris. §. fi. ff. de vsufruct. cū simil ib.

e ¶Obligatis. Cum.n. protestatio incitatoria aliquando fiat his, qui de iure nō sunt obligati, quādoq; vt faciat id, ad quod non faciendum de iure tenebantur, quandoq; ad faciendum id, quod de iure tenebātur, & hic est casus, quē prosequūtur statuentes, & sic in huiusmodi protestatione debet dici, ꝙ veniat ad defendendum, non autē sufficit notificatio Bar. in d.§. morte in iii.q.nu.51.

f ¶Domum. Scilicet siue sitam, siue habitatam ab ipso, & maiore parte anni, aliàs si æqualiter ad vtranque est facienda. vide glo. in clem. causam in verbo habitare, & in verbo communiter, de elect. quæ est in terminis nostris, & alibi supra in statuto, de modo citat. § si vero personæ, specificatur, & ibi dixi.

g ¶In præsentia. Nunquid hæc cauda referatur, etiam quando personaliter inuentus sit? Dic, ꝙ non quia diuersa est, vt differentia apparet supra in statuto de modo citat. §. si vero persona citanda, & etiam in clem. causam de elect. si bene inspiciatur.

h ¶Producatur. Necessitatem imponit protestanti pro validitate protestationis, absque eo ꝙ sit petita productio, vt producat in actis coram Iudice, hoc videtur dicere Bar. in d. iii.q. dum dicit, ꝙ aliàs simplex protestatio non valeret, quia non potest videri improbus, qui ignorat, quid facere debet. l. non potest. ff. de reg. iur. & fac. d. clemen. causam de electio. dum requirit intimationem legitime factum esse, aliàs non valeat appellatio, de qua ibi. Et caue, quia dubitari potest propter hoc statutum, nunquid emptor debeat producere instrumentum, quando protestatur venditori, quia illius verba sunt simpliciter prolata. l. de pretio de publici. sed ego sum alterius opi. attento, ꝙ de iure communi non est necessarium, quia, qui certus est, certiorari frustratorie non debet, sed sufficit producere libellum, & citationem aduersarii. Ita Barto. & alii in d.§. morte. q. iiii. & ad ponderationem factam dic, ꝙ debet intelligi de habilitate. l. vt gradatim de mune. & honor. ne inducatur correctio iuris communis, & ita in casibus, in quibus imminet necessitas producendi pro certificatione, vt si sint hæredes, quibus accidat protestari, vel alii de principalibus, qui non fuerunt præsentes contractui alienationis, vt dicitur paulo infra, vbi colligi potest veritas huius intelligentiæ, quia aliàs curreret tempus a die habitæ copię, cōmuniter tamē in practica obseruatur, ꝙ protinus instrumentum producatur in actis, absque ꝙ petatur a protestato.

i ¶Summaria. Ex hac forma satis redditur certus is, cui facta fuit protestatio ad legem ait prætor. §. primo. ff. de re iudicata, & sic satisfit legi nomen. C. quæ res pigno. obligari possunt, & clemen. causam de electione. facit. l. certum. ff. si certum petatur. Sūt enim acta publica, & pro rostris patent. l. is apud quem. C. de edendo. & tanto magis, quando facta est de mandato iudicis, quia interim credi debet protestationi secundum Bartolum in dicto. §. morte in secunda quæstione numero. 35. per l. fina. ff. de lege commiss. & Alex. ibi col. 9. vers. illud præ ceteris. & Pe. de Ancha. in clem. i. de excessib. præla. col. i. quia pręsumitur pro facto ipsius iudicis. c. in præsentia de renuntiat. l. si quis. C. de offic. ciuil. iudicum Felyn. in c. cum contingat colum. fina. de rescrip.

libelli,uel instrumenti, aut alterius scripturæ,& instruméti Procurationis, seu Sindicatus,aut curæ,aut actoriæ,uel tutelæ ipsius protestãtis noíe alieno dicatur, prout patet in tali scriptura, quæ est penes Notariũ actorum. Et ei, cui facta fuerit protestatio uel denuntiatio, incipiat currere tempus ad respondendum,& faciendum ea,quæ facere tenetur incontinenti,si præsens fuerit contractui,instrumento, siue actui: ex quo, seu propter quem,uel quod fit ipsa protestatio,uel denuntiatio. ¶Si uero præsens non fuerit, tunc incipiat currere sibi tempus a die,quo uerisimiliter[a] potuerit habere copiam instrumentorũ, & scripturarum, de quibus in protestatione,uel denuntiatione facta esset mẽtio: quod tempus non excedat quantitatem trium dierum, nisi ille, cui facta fuerit protestatio, tarditatem Notarii non dantis copiam prædictam in querelam deduxerit: & tunc currat sibi tẽpus a die habitæ copiæ, si eidem quærelanti negligentia[b] imputari non possit,in non petendo dictam copiam, & Notario de sua mercede[c] ipsius copiæ non satisfaciendo: quo casu currat sibi tempus elapsis tribus diebus a die habitæ copiæ protestationis, uel denuntiationis prædictæ: non obstantibus aliquibus iuribus aliter disponentibus.

¶Adijcientes, quòd in omnibus alijs casibus,quàm prædictis liceat cuicunq; protestanti, uel denuntiãti protestari, & denuntiare,tam de mandato seu licẽtia alicuius Iudicis, uel officialis, quàm sine,[d] dummodo fiat per instrumentum,[e] uel aliam scripturam[f] publicam, & dummodo si fiat de mandato iudicis,uel officialis ad domum fiat bis, & in præsentia duorum testium, ut supra dictum est. Et prædicta locum habeãt, saluo quàm in protestationibus, seu de

a ¶Verisimiliter. Nota, quia recipiens protestationem, & tacens censetur consentire, vide latè Alex. in d. §. morte nu. 25. cum seq vbi latè examinat,& distinguit.

b ¶Negligentia. Dico etiam si constaret notarium fuisse impeditum, vel aliâs solitum frustrari partes,quarum acta cõscribit. Oportet enim, ꝙ protestatus ex parte sua fecerit diligentiam, & conatum. l. non exigimus. §. quod diximus vbi Bar. & doct. ff. si quis caut. Abb. in c. ex transmissa col. 3. de præscrip.

c ¶Mercede. De instrumentis igitur publicis copia leuanda est expensis protestati, licet copia protestationis danda sit expensis protestantis iuxta glo. in sæpe allegata clemen. causam quæ de elect. in glo. porrecto.

d ¶Quàm sine. Hoc iure communi cõueniens est argum. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. op. nunt. dum dicunt doct. quòd cautius est semper fieri protestationem de mandato Iudicis; quia absque eo, quòd aliter constet de ueritate eius, quod inscripta protestatione continetur, parendum est interim protestationi absque alia exhibitione instrumenti. Bar. in d. §. morte nume. 35. vt dixi supra in glo. procuratorem.

e ¶Instrumentum. Spec. tit. de instrum. edit. §. 1. dicit, quòd stricto sumpto significatu refertur hoc ad omnem scripturam publicam, qua causa instruitur: nam instrumentum est ordinata scriptura per manũ publici notarii causa memoriæ, seu probationis, vt diffinit Anto. de canario in tract. de exequut. instru. q. xxxv.

f ¶Scripturam. Secundum formam statutorum semper exigitur scriptura, etsi non fiat de mandato iudicis, licet de iure communi non sit necessaria scriptura; quia uidetur, quòd sufficiat coram testibus, vt per doctor. in d. §. morte, & Petr. de Anchar. in c. cupientes. §. quòd si per xx. de ele. in vi. vbi est vna glossa, quæ dicebat semper requiri scripturam, quam ibi reprehendit Petrus. Sunt tamen casus certi, in quib. requiritur protestatio in scriptis, de quibus in clem. causam, de elect. vide Bart. in. 1. q. in d. §. morte versicu, sed quæritur, & Alexan. nume. 33. sed pro effugiendo hoc statuto potes videre dicta Mars. in consil. 92. col. 2. vbi dicit, quòd istud statutum, scilicet in hoc capite nunquam usu receptum fuit. Item quòd non habet locum in forensibus: quia statuta Ciuit. nec actiuè, nec passiuè illos comprehẽdunt, ut uoluit Bart. in tra. suo represa. in v. q. princ. q. 1. Paul. de cast. in l. oẽs populi circa finem. ff. de iusticia & iure, vbi dicit se semel respondisse Bono. vbi est statutum, ꝙ villa teneatur de dãno dato, si ignoratur à quo, ꝙ forensis damnificatus non gaudebit illius beneficio. Item nec si protestatio facta fuisset coram testibus, quorum dicta examinata in iudicio sunt reducta in scripturam publicam: quia tunc dicitur, quòd fit protestatio per instrumentum; sed non puto uerum primum, nec ultimum dictum, quia nõ probatur iure.

¶Con-

nuntiationibus, seu denuntiis faciendis per locatores conductoribus,[a] uel econtra, ex eo quod non uelint in locatione, uel conductione perseuerare:[b] quæ etiam fieri posſint in præsentia trium[c] testium, & sine scriptura. Et quæ fieri debeant per tres menses ante[d] finem locationis, & conductionis: & aliter factæ protestationes, seu denuntiationes non ualeant ipso iure.

DE[e] PROBATIONIBVS SOLVtionum, uel debitorum per testes non faciendis ultra certas quantitates.

a ¶ Conductoribus. Intellige, si potest haberi, aliàs dic, vt. ff. de euict. l. si dictum. §. fina. potest enim fieri procuratori, vt ibi, etiamsi sit generalis procurator, ut. l. apud Cælsum. §. quæsitum de doli excep. Bart. ad literam in d. §. morte in 3. quæstio. nume. 60. melius in. l. aut qui aliter. §. etsi forte, ubi glo. not. ff. quod ui aut clam. vbi saltem amicis, vel ad domum faciendã esse apparet.

b ¶ Perseuerare. Et nisi fieret censeretur tacitè relocata ad. l. si uno. §. qui impleto. ff. locati, & rano istius specialis exceptionis fortè est propter nimiam, & quotidianam frequentiam huius contractus, quia ratione frequẽtiæ aliquid statuitur, quod non alias fieret, argument. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum peta. & quia non agitur de magno præiudicio, ut habetur per Roma. in quadam distinct. in additio. nouis ad d. §. morte, prout Alexander ibi refert nu. 33. nunquid in rebus ecclesiæ procedat? dic, ꝙ non. Dec. c. ecclesia S. Mariæ num. 46. de constitut.

c ¶ Trium. Est de forma, adeò ꝙ etiam si conductor confiteatur denuntiationem, sed sine præsentia trium testium, non ualeret. vide Iaſ. sic decidentem in. l. de pupillo. §. nuntiationem sub num. 5. de no. ope. nunt. & verbum, posſint, est positum respectu alterius formæ, quam potest omittere, & istam amplecti, qua amplexa est obseruanda ad reg. l. si mulier in fi. quod met. ca.

d ¶ Ante. Subaudi ad minus. facit. l. per interualla. ff. de iudi.

e DE. Duas partes continet hæc rubrica; quia in prima loquitur de probationibus solutionum. In secunda de probationibus debitorum: sed nigrum diuiditur in tres, uel quatuor. secunda pars incipit in. §. ex aduerso. tertia in. §. adiicientes. quarta in §. & quia. nonnulli & in dd. duabus partibus. nigrum est generalius rubro, ita diuidit Io. de Anna. consi. lxiiii. de quo infra. Præmitte, quòd probationum species sunt decem, ut dicit Bal. in rub. C. de proba. videlicet per instrumenta, per testes, per confesſionem, per iusiurandum, per rem iudicatam, per rei euidentiam, per uehementem opinionẽ, per rationem naturalem, per rationem coniecturalem, & per coniecturam hominis, ut ibi latius per ipsum. Et dubitabile est, an ualeat hoc statutum, tanquam contra publicam vtilitatem, quia arctat modum probãdi solutionem, & debitum contra. l. quoniam. C. de hæreticis. & xiiii. q. iii. c. quanquàm. vide post Alexand. consi. l. incip. in causa & lite. libr. 5. & consil. lxviii. libr. 3. Abbatem, & alios in c. sicut in fi. de probationibus. longam disputationem rationibus, autoritatibusq; firmatam per Marsil. in rub. C. de probat. nume. 32. vbi etiam meminit de hoc nostro statuto. & ibi conclusionem ponit magis communem, quòd tale statutum ualeat: eo quia uidemus in pluribus casibus ius commune restringere facultatem probandi, vt patet in. l. generaliter. C. de non nu. pecu. &. C. si certum petatur auth. sed nouo iure, in authentic. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccl. & in. l. iubemus. §. fin. eod. titu. & in. l. testium. C. de testibus & in. l. iii. C. si maior se mino. dixe. vbi glo. allegat concordantia iura & in ca. i. de censibus in 6. Bene autem tenetur, quòd non ualeret pactum partium ad glo. in authenti. vt sine prohib. matr. debitri. & credi. §. quia uerò versicu. præterea. circa medium, quę uidetur singularis, & communiter approbata: quia maior est potestas lègis, quàm hominis, vt ibi latius. vide etiam Afflictum in prælud. constitu. Neapo. quęstio. duodecima nume. decimoquarto, vbi etiam latè, & Alexander in terminis huius statuti consi. 50. libro quinto. Rationem huius statuti, quare elegerit instrumentariam probationem, potes colligere ex verbis Baldi in. l. generaliter. C. de non numerata pecunia versicu. secundo oppo. vbi dicit, quòd ideo, quia probatio per scripturam habet pro fundamento consensum partium; probatio autem per testes non sic. Et ibi uide ipsum docentem, quando admittantur testes contra instrumentum, quia distinguit; aut contra tenorem instrumenti, aut contra pręsumptiones ex ipso, aut contra causam, aut contra solutionem: Et an valeat statutum, quòd circa certum negotium non ualeat probatio, nisi per instrumentum, tradit Cynus in. l. instrumentis. C. de fide instru. Barba. consil. xix. incip. scripsit propheta lib. i. & Alexan. con. 68. incip. viso processu lib. 3. & Matthesil. nor. 51. nota quòd consuetudo Roma. sing. 356. & Io. And. in addit. ad Specul. in titulo de instrum. edit. §. compendiose. versic. sed nunquid?

¶Ad



AD obuiandum,[a] ne infra scriptis casibus falsi testes producantur, in quibus facilè produci consueuerunt: Statuimus, & Firmamus, quòd si quis[b] fuerit debitor[c] alicuius ex aliqua causa[d] pro quantitate, re, uel facto, de cuius quantitatis rei, uel facti obligatione fuerit publicũ[e] instrumẽtum, uel alia scriptura publica,[f] uel pri-

a ¶ Ad obuiandum. Ferè simile est prooemium in l. testium. C. de testibus, ibi testium facilitatem, prout possibile est, resecantes. Et inquit tex. in auth. de testib. Testium propter probationes vtilitas adinuenta quidem dudum est, nequid lateat facilè actorum, & calliditate plurimę hominum adinueniente, animas periclitetur, ordo causæ migrare in cõtrarium, & ibi, & falsa testimonia, quantũ possibile sit, minorare. Et nota hanc prefationem, prout nota. & ponderat Alex. in consi. 50. in causa & lite. nu. 2. li. 5. dicẽs, ꝙ generalis est, & procedit; siue sit debitum pensionis unius anni, siue plurium annorum, quæ simul cumulatæ faciant dictam summam. itẽ uidetur posse dici, ꝙ inductum fuit hoc statutum propter publicam vtilitatem, quod etiam potest probari: quia datur per hoc statutum forma probatoria; ergo est fauorabile Bart. in. l. si quis pro eo in vii. membro. ff. de fideiuss. ita uidetur dicere Alexan. consil. 68. col. 2. libr. 3. Dec. tamen in c. ii. de probat. num. 13. in fi. & seq. præsupponit strictè interpretandum; quia est correctorium iuris communis, imò Marsi. in rub. de probat. nu. 45. dicit esse principaliter odiosum, uoluit etiam Bal. esse strictè intelligendum. In. l. obseruare. §. fi. in add. magna in xi. q. de off. procons. & Anna. consi. lxiiii. vbi dicit etiam, ꝙ est contra ius diuinum, vide Barb. consi. xix. lib. 1. Sunt tamen multi alij casus in iure, in quibus non sufficit probatio per testes, ut per Spec. enumerantur in tit. de instrumen. edit. §. restat versi. sed si alij testes. Postremò notabis ex statuto multa fieri pro euitandis falsitatibus, prout etiã not. in specie. Bal. in. l. comparationes. C. de fide instru. probat etiam. l. fin. §. lex etenim. C. de fideicommiss.

b ¶ Si quis. Includere uidetur etiam clericos ex illa generali conclusione, ꝙ statuta laicorum ualeant etiam ad præiudicium clericorum, quando ante clericatum facta sunt ad not. in c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. sed dic contra, quia attenditur tempus, quo statutum incipit producere uim. i. quando litigatur, ut in terminis similis statuti Caldar. in q. incip. statuto ciuitatis caueтur, fac. mentionem Marsi. sing. 29. & Soci. cons. 271. in præsenti consultatione in fi. vbi benè declarat quoddam dictum Bal. quod uidebatur repugnare, uide & Dec. in d. c. ecclesia S. Mariæ nu. 51. & seq. Sali. latè disputat in authenti. cassa, & irrita nu. 11. C. de sacr. san. eccle. vbi aliter distinguit, scilicet an alter fuerit clericus, an uterque, & in terminis statuti nostri ita subscribendo consuluit Petrus Paul. paris. in consil. cvi. lib. 3. vbi declarat verba confirmationis Iulii. de qua infr in fi. statutorum.

c ¶ Debitor. Et fideiussor, & is contra quem cessæ sunt actiones, dicuntur debitores, sicut uersa uice cessionarius dicitur creditor, & sic statutum loquens in creditore, habet locum in eo, concludunt Iaco. Butrig. Bal. & Sali. Alexan. & alii communiter in l. 1. ff. si cert. peta. argum. l. ii. C. de dona. & per alia, de quibus ibi per eos, & per tex. in l. ab Anastasio, hoc bene probantem C. mandati, in uerbo, in alium creditorem, & ibi ad hoc notatur per scriben. unde aliqui aliquãdo malè intellexerunt istum tex. & §. ex aduerso restringentes, ad principales contrahentes tantum.

d ¶ Aliqua causa. Ideo, quia regula est, ꝙ obligatio sine causa non ualet, nisi creditor probet debitũ, casus est in c. si cautio de fide instrumen. & in. l. cùm de indebito. §. fi. ff. de proba. & potius præsumitur per errorem promisisse, & sic nõ potest allegari consensus, uide not. per Bal. in rub. C. de fide instru. versi. sed quæro si in libro.

e ¶ Publicum. Oritur enim sinistra opinio contra debitorem asserentem dissoluisse obligationẽ alio modo, quàm contrario uinculo, quo ligatus fuerat, vt dicit Sali. & alij in. l. testium. C. de testibus. vbi Bald. notandum esse ait ex illa lege, ꝙ eodem modo, quo probatur aliquid, eo. modo probari debet illius resolutio, facit. l. nihil tam naturale de reg. iur. vbi Decius num. 3. qui citat Petrum Anch. in consi. cccli. in quæstione. dixisse, ꝙ si solutio debiti non poterit probari, nisi per instrumentum ex forma statuti: pariter idem erit in contrario, uidelicet in debito; ꝙ non poterit probari testibus.

f ¶ Publica. Sub hoc uerbo uenit etiam scriptura priuata in actis tamen registrata, ut per Bald. in. l. ne in arbitris in iii. not. C. de arbit. & in authen. offeratur. C. de litis contest. & uide etiam Anto. de butr. in d. c. ii. versic. vii. casus de fide instrum. vbi uoluit, ꝙ si priuata scriptura sit coram iudice examinata, approbata, & publicata, tunc bene probat, sicut instrumentum testamenti. l. publicati. C. de testamen. Item considera text. hunc loqui indistinctè, siue sit scriptura necessaria ad cõtractum[l], ut quia celebrari debuisset in scriptis, vt est contractus emphyteoticus, siue de uoluntate partium, ut doct. intelligunt d. l. testium, licet Bal. contrarium uoluerit ibi, & non bene; ut patet per Saly. ibi col. 1. & seq. vbi declarat etiã statutum procedere, si scriptura requiratur ex iuris necessitate; non tantũ si ex conuentione partiũ. Dubitari tamen posset, nũquid si sit debitum ex

uata; cui fides [a] de iure [b] debeat adhiberi, excedente ſummam, ſeu æſtimationem quinquaginta [c] librarum bononenorum, non poſsit [d] probare per teſtes [e] reſtitutionem, ſolutionem, [f] ſeu ſatisfactionem, [g] uel dationem [h] in ſolutum talis debiti, quod peteretur ab eo in totum, uel pro parte. Nec etiã, [i]

ſententia, & Bal. tenet. l. illam nõ procedere, ego etiam dico pariter non procedere hoc ſtatutum.

a ¶ Fides. Quando autem plena, & quando ſemiplena fides adhibenda ſit ſcripturæ, tradit Iaſon in rep. l. admonendi num. 88. de iureiur. Can. in c. ii. de fide inſtrum. Et aduerte, ꝙ appellatione ſcripturæ intelligitur de ualida, & tali, cui fides debeat adhiberi abſque eo, ꝙ expreſsè caueatur. Barto. in. l. diuus Traianus. de teſta. milita. latè etiam Afflictus deci. 21. nume. 13.

b ¶ De iure. Siue communi, ſiue ſtatutario, vt infra. §. & ex aduerſo. ac etiam conſuetudinario. Conſtat enim in ſpecie, ꝙ conſuetudo poteſt dare robur ſcripturæ priuatæ c. cum dilectus de fide inſtru. Bal. in. l. comparationes col. iii. verſi. ego addo. 7. C. de fide inſt.

c ¶ Quinquaginta. Nota, ꝙ in magnis quantitatibus maior obſeruantia, & cautella requiritur, quàm in exiguis, ſeu paruis, ut in authenti. ſuper chirographariis. C. ſi cert. pet. vbi Bal. not. dicendo hanc allegari à Bar. in. l. modeſtiuus de donat. Quomodo autem conſideranda ſit iſta quãtitas, an facta coaceruatione cum intereſſe, ſeu uſuris, an tantum ſorte principali attenta, vide Marſ. in rub. de prob. nu. 45. vbi formaliter loquitur circa hoc noſtrum ſtatutum poſt Bar. in. l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. peta. per. l. eos. C. de vſur. & Bar. in. l. ſi idem cum eod. ff. de iuriſd. omnium iud. ratio, quia materia eſt odioſa. fac. text. in authen. de fide inſtr. §. vt autem, ubi ſi contractus, de quo ſit ſcriptura publica excedat lib. auri, maior numerus teſtiũ requiritur, ſi infra librã, ſufficiunt duo, uel tres: imò eadem diſtinctio ſit in materia iſta per glo. in. l. teſtium in glo. 2. arg. d. §. vt autem. poſſunt alia multa accumulari, ſed non expedit.

d ¶ Non poſsit. Nota, quia negatiua præpoſita uerbo, poteſt, priuat omnem potentiam gloſ. in c. 1. de reg. iur. in vi. Bar. & ſcrib. in. l. gallus in princ. ff. de lib. & poſthu. conſequenter actus eſt nullus ipſo iure: nihilominus dicunt quidam, ſi recipiantur teſtes parte non opponente, probabunt plenè, ut in terminis ſimilis ſtatuti determinat Ludo. Roma. & mod. in. l. certi condictio. §. quoniam in fi. ff. ſi cer. pet. & Iaſ. in. l. patre furioſo nu. 23. de his qui ſunt ſui, vel ali. iur. & per Dec. in d. c. ii. de fide inſtrum. in xii. fall. nec mirum, quia alibi inuenitur aliquid ipſo iure fieri, ſi tamen pars opponat. l. ſi ambo. ff. de compenſar. & in. l. ii. C. de iure emphyte. Item multa ſunt, quæ poſt factum tenẽt d. l. patre furioſo, vbi Iaſ. multa circa propoſitũ de his, qui ſunt ſui, uel ali. in. ſed quicquid ſit circa alia ſtatuta, iam noſtrum non patitur hãc declarationem, quia utitur iſtis verbis non poſsit &c. quæ verba priuant potentiam contraueniendi ſtatuto, nec ei poſsit renunciari glo. & Bar. in. l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dentur, & Bar. in. l. de his. de tranſact. ita pungit Dec. in d. c. ii. in xi. limitat. licet etiam aliquid moueat in oppoſitum, vt ibi. ſ. ꝙ bene uidetur prohiberi expreſſa renuntiatio, non tacita, ut in ſimil. dicitur de iura. calum. l. ii. §. quod obſeruari. C. de iur. propter cal. & in c. 1. eod. titu. in vi. ſed poteſt reſponderi, ꝙ ibi ulterius proceſſerunt dicta iura, at regula eſt, quòd taciti, & expreſsi eſt idẽ iudicium. l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. ſed caue, etiam quia poterit debitor petere ſibi à creditore fieri inſtrumentum de abſolutione, vt. ff. de pactis. l. ſi intra cum aliis, quæ allegat Bal. conſi. 133. lib. v.

e ¶ Per teſtes. Nota ſimpliciter uerbum, teſtes, quia ſiue ſint etiã plures, quàm duo, pariter non admittentur, quod eſt contra. l. teſtium. C. de teſtibus vbi per v. teſtes poteſt fieri probatio, imò vt ſupra dixi poſt Anna. eſt contra ius diuinum, quòd in ore duorum &c. ca. in omni negotio de teſtib. vnde Abb. ſingulariter in d. c. ii. de proba. circa fi. voluit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ debeat probari ſolutio per inſtrumentum publicum, poterit etiã probari per numerũ v. teſtium, tranſeũt Fel. & Dec. quia ſtatutum debet intelligi, ut minus lædat ius commune; pari ratione idem dicendũ eſt in hoc ſtatuto, & hoc tenet Marſi. ſing. 157. & in rub. de proba. Item poterit eſſe locus præſumptioni, quæ oritur ex. l. cũ de in rem uerſo. ff. de uſur. ita Bal. in. l. 1. colu. fi. C. de fideicommiſſ. Item non intelligitur excluſa probatio cõplexiua. i. mixta, ut Bal. dicit in authen. ſed nouo iure, col. ii. verſi. dubitatur tamen. C. ſi cert. peta. poſt Iacob. butrig. & alios in. l. certi condictio. §. quoniam. ff. illo eod. titulo.

f ¶ Solutionem. Nunquid poſsit probari promiſſio de abſoluendo per teſtes? Anna. habuit iſtum caſum in facto, & conſuluit, ꝙ poſsit. conſ. lxiiii. refert Io. rub. Alexand. conſ. xxix. nu. 2. Et caue, quia ubi quis ſoluerit coram teſtibus, & compellatur iterum ſoluere, poteſt repetere per cõdictionem primam ſolutionem, ut. l. ſi non ſortem. §. fi. ff. de condict. indeb. & l. neratius. Bal. in. l. 1. ff. de condict. indebiti.

g ¶ Seu ſatisfactionẽ. Seu, pro vel, quia aliud ſignificat ſolutio, aliud ſatisfactio. l. 1. ff. q ſatiſd. cog.

h ¶ Dationem. Quid de nouatione, de qua nullum verbum hic? ideo poteſt dubitari. Barba. conſil. 19. ſcripſit propheta lib. 1. tenuit, ꝙ comprehendatur etiam à maioritate rationis: ſed non audeo approbare ita animoſè.

i ¶ Nec etiam. Repete, probari poſsit per teſtes: nam

nam instrumentum confessionem continens ualeret, & istam repetitionem facias in omnibus in trascriptis casibus.

sunt ueritas iunctis his, quæ doctè declarando dicit Dec. In rub. de probatio. nu. 13. Adde Bald. in l. 1. col. 4. versic. quæro quomodo si statutum. C. de fideicommis. vbi etiam ꝙ statutū requirat probationem per instrumentum: tamen poterit esse locus præsumptioni iuris, meminit Ias. consil. xxv. lib. 1. Mars. in rubr. de probat. nu. 57. Vltra quę dici potest, ꝙ statutum nostrum non dicit debitum non posse probari, nisi per instrumentum: sed ꝙ non possit probari per testes &c. & sic nō excludit alias species probationis.

quòd creditor confessus [a] fuerit sibi restitutum, uel solutum debitum, uel de eo satisfactum in totum, uel pro parte, uel quòd fecerit ipsi debitori de ipso debito, uel eius parte finem, quietationem, remissionem, absolutionem, refutationem, liberationem, uel pactum de ulterius non petendo perpetuo, uel ad tempus, uel quòd cum ipso debitore super prædictis transegerit, uel ipsi debitori reddiderit instrumentum prædictum, uel talem scripturam publicam, uel priuatam cancellatum, [b] seu cancellatam, incisum, uel incisam, uel non: uel quòd ipsum, uel ipsam cancellauerit, [c] uel inciserit: nisi talis [d] petens esset

a ¶Confessus. P. Anchar. consi. 350. per hoc uerbum arguit, quòd etiam. §. ex aduerso infra eod. debet intelligi, ut non possit probari confessio debitoris per testes, sequitur Felyn. & Dec. in d. cap. ii. licet non careat difficultate.

b ¶Cancellatum. A fortiori, quando non assereret cācellatum, sed staret solummodo in probatione, ꝙ reddidisset instrumentum, & glo. & doct. inter istos duos casus modicam, aut nullam faciunt differentiam in l. labeo, & seq. ff. de pactis; quia uolunt, ꝙ redditio instrumēti sit actus, qui operetur, modo redditio probetur ad idem c. ecclesia el ii. in fin. vt lite pend. ibi, qui nobis instrumentum pignoris resignarunt: sed caue, nunquid statutum contradicat decis. Bal. in l. vacuatis. C. de decur. lib. x. §. stante statuto, ꝙ solutio debiti non possit probari, nisi per publicum instrumentum, inquit nanque Bal. ꝙ debitor producēs instrumentum cancellatum dicitur probare solutionem per instrumentum, de quo dicto, vt singul. meminit Ias. in d. l. labeo nu. 2. & in l. huiusmodi. §. si ita nu. x. de leg. 1. & uidetur posse teneri, ꝙ non destruat illam decis. quia hic uetare tantum dicitur probationem per testes, & sic quem esse repellendum dicamus, si uellet probare, instrumentum sibi redditum fuisse à creditore cancellatum, uel non cancellatum: sed constiro, ꝙ instrumentum fuisset redditum à creditore, prout ita intelligendus est Baldus, non negatur, quin illius ostensio demonstret præsumptiuè solutionē debiti iuxta not. communiter in d. l. labeo, & cap. cum ecclesia &c. Et licet prædictus Ias. mordeat dicendo, ꝙ uidetur contra doct. Bart. in l. 1. circa princ. C. de fide instru. & iure hastæ fisc. lib. x. ꝙ qui habet præsumptionem iuris pro se, non dicitur ipse ꝓbare: sed est ipsa lex, quæ præsumit. Et quia statutum loquitur de uera probatione per instrumentum, non de ista, quæ uenit indirectè, & per coniecturam gloss. in l. 1. in vltima solu. C. de testa. milita. tamen non sat tuta sunt eius obiecta, ut patet ex his, quæ ponit ipsemet Ias. in d. l. 1. C. de testa. mili. attento, ꝙ præsumptio iuris sunt liquidissimæ probationes, quę non censentur exclusæ. l. licet Imperator de lega. 1. immò probatur in l. fin. de probat. ꝙ præsumptiones iuris

c ¶Cancellauerit. Aduerte, si illud esset apud debitorem, & constaret, ꝙ redditum fuisset sibi: sed tantum esset contentio de cancellatione, à quo facta fuisset, non uideo, quid operetur talis controuersia per ea, quæ dixi in proxima glossa, vnde debet statutum intelligi, quando fortè instrumentum esset apud creditorem cancellatum, vel non apparebat instrumentum alicubi, & debitor asserebat instrumentum crediti fuisse cancellatum à creditore; quia non auditur uolens per testes probare istud.

d ¶Nisi. Notabis, quia ponitur prima exceptio ad regulam; alię ponuntur infra. §. possint. Et ratio est, quia fortior est pręsumptio cōtra usurarium, quàm contra debitorem: ideo fortior tollit debitorem. l. diuus. ff. de in integr. rest. vbi Bar. not. & pręsumptio in specie tollit pręsumptionē in genere. l. cum de indebito. ff. de probationib. & uidetur, ꝙ similis limitatio sit illa, quam ponit Io. de Anna. consi. 55. quia dubia, ubi uoluit contra furem probari posse per testes, non obstante statuto, ratio, quia proceditur de ęquitate iuris gentium, quia iure naturali prohibitum est furtum, & ideo omnis condictio degenerat contra furem §. sic itaq; instit. de actio. ita dicēdum est in vsurario, qui furi par est 14. q. 4. c. si qs. Abb. in rub. de vsu. vbi demonstrat, ꝙ vsura est contra naturam rerum, vt producat fructū repugnante natura, & qualitate rei mutuatæ. Sunt etiam alię limitationes, & plures quidem, quas congerunt mod. in c. ii. de proba. & Mars. in rub. C. de probation. quę fortè possunt accommodari huic nostro statuto: sed Barba. in terminis consi. 19. lib. 1. videtur velle, ꝙ propter enumerationem harum duntaxat, quę habentur in statuto: alię uidentur reiectę, & consequenter persistendum in regula prohibitiua statuti. Vide vnam cautellam per Cæpol. 254. incip.

usurarius, [a] & hoc probaretur per publicam uocem, [b] & famam: seu communem opinionem per quatuor testes bonos, legales, & fide dignos, maiores uiginti quinque annis, & omni exceptione maiores, habentes in bonis pro quolibet eorum ualorem saltim ducentarum librarum bononenorum: quo casu tales probationes per testes [c] debeãt admitti pro quacunque quantitate, re, uel facto usque ad quantitatem librarũ quingentarum bononenorum, & non ultra. ¶ Et ex aduerso [d] etiam, si quis [e] dicere [f] uoluerit aliquem suum debitorem esse ex aliqua causa pro quantitate, uel re excedente summam, uel æstimationem Centum librarum [g] bononenorum, uel facto principaliter [h] in

inop. dubitari potest. s. ꝙ creditor procuret testes examinari ex officio iudicis, de qua Bald. in addit. ad Spec. de probat. versi. licet quis. fac. l. 1. ff. de fide instru. & Bar. in. l. planè in fi. ff. de peti. hæreditatis; aliam ponit idem Cæp. ccliii. statuta quandoque.

a ¶ Vsurarius. Quod probabitur, si articularetur, ꝙ tempore, quo contractum fuit debitum, vel solutum, erat vsurarius: quia semel malus | &c. sed quid si constaret de pœnitentia vsurarii, & de restitutione vsurarũ? & nunc non est, cogitabis; quia statutum loquitur per verbum præsentis temporis: sed uide in contrarium Bal. in. l. improbum fœnus. C. de his qui not. infa. vbi dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ agnati, qui habent interuenire instrumentis minorum, sint bonæ conditionis, & famæ, non dicuntur bonæ famæ, qui olim fuerunt usurarii; quia remanet suspicio fraudis; sed Felyn. in c. 1. col. xi. de probatio. damnat illam opi. Bald. vide vt per ipsum rationes, & iura. Et ideo hic dicitur de usurario propter odium usurarum, quod est crimen detestabile, & vorago meritò dicta est, eo ꝙ animas fœneratorum, & facultates pauperum exhauriat ca. s. de vsur. lib. vi. & ideò variis pœnis iura eos prosequuntur, ut habetur in ca. quia in omnibus, & c. præterea de vsur. & in c. quanquam eo. titu. in vi. imò & fautores puniuntur d. c. 1. vel hoc fit in ductum propter præsumptionem, quę insurgit contra eorum fidem arg. not. in clem. s. §. cęterũ de vsur. habetur latè in c. 1. de probatio. vbi Dec. nu. 20. qui dicit, ꝙ iura loquentia in usurariis, habent etiam locum in Iudęis fœnus exercentibus.

b ¶ Publicam uocem. Habes unum modum probandi quem vsurarium, & hoc fuit dictum ad tollendum altercationẽ inter practicos, & hæc probatio arguit hunc manifestum esse usurarium, ut habetur in c. cùm in diœcesi de usur. Caue tamẽ, quia hęc probatio non sufficeret ad puniendum usurarium etiam pœnis lateranensis concilii: sed ultra famam requiruntur alię probationes, ita not. ex d. c. cùm in diœcesi, vbi Abb. & per Bar. in l. ii. ff. de furt. Ang. consi. x. in causa prędicta, vbi multa de notario usurario, & manifesto. latius cęteris Laurentius de rodulphis tractat. de usur. q. 88.

c ¶ Per testes. Vel alios ab illis quatuor, qui deposuerunt de fama, vel etiam illos met, & duo sufficiunt l. vbi numerus, de testib. §. in omni negotio de testibus. sic in simi. Anna. consil. 55. sed dico ego, quòd cùm reuertimur ad ius commune, necessariò v. testes exiguntur hoc casu, cogitandum est per l. testium C. de testibus.

d ¶ Ex aduerso. Dicit Pe. de Anchar. consil. 355. incip. in qu. prędicta, & Barba. consi. 19. lib. 1. & Alexand. consil. 68. col. 2. versicu. nec etiam obstat fragilis lib. 3. quòd sicut prohibetur probatio solutionis per testes; etiam censetur prohibita probatio debiti pro parte creditoris, & hoc ex natura correlatiuorum, vel à maioritate rationis, vt per Dec. in d. c. ii. num. 13. aliàs autem statutum (inquit ipse) esse strictè interpretandum, unde mirum est, cur hoc statutum uelit credi testibus vsque ad summam centum librarum, & tamen in debito re se restrinxit ad 50. lib. contra reg. fauorabiliores de reg. iur. in vi. nisi dixeris contra ipsum reum magna est præsumptio propter instrumentum, uel scripturam fide dignam ex aduerso pugnantem, attento maximè quia reorum, vel debitorum est semper negare. Petr. verò Anchar. loquitur fortè, quando non existebat instrumentum publicum in oppositum, & expresse Gratus consil. 75. lib. 1. dicit statutum fore validum, & per Dec. in. l. pactum quod bona fide. C. de pactis.

e ¶ Siquis. Idest laicus: secus si religiosus, seu ecclesiastica persona. Berous in terminis huius statuti q. 50. vbi multa, ad quę remittendum est.

f ¶ Dicere. Intelligo nedum agendo, sed etiã excipiendo, vt Alex. dicit in consil. 36. viso processu lib. v. prout citat Dec. in d. c. ii. nu. 13.

g ¶ Centum librarum. Alex. in consil. 50. in causa & lite inter Ioan. col. 1. lib. v. intelligit hoc, etiam si esset debitum ex diuersis summis facta insimul coaceruatione in libello, puta, si peterentur affictus plurium annorum præteritorũ, vt latius ibi.

h ¶ Principaliter. Ad differentiam promissionis facti incidenter, uel accessoriè in instrumento apponi soliti, vt pręsentationis pignorum, vel de rato, vel curaturum, vel facturum &c. vel de lite nõ mouenda, vel de defendendo, & dicemus infra in glo. debitum in fi. quòd sufficit probare debitum facti per instrumentum, licet non probetur æstimatio,

contractu, seu promissione deducto, cuius facti æstimatio, seu interesse excedat summam prædictam, non possit tale debitum [a] in totum [b] uel pro parte probari [c] per testes: & talis probatio facta, uel admissa [d] non ualeat [e] ipso iure. Possint tamen [f] testes ultra dictas summas ad coadiuuationem scripturæ publicæ, uel alterius, cui de iure, uel ex forma statutorum Ciuitatis Bononiæ fides debeat adhiberi, admitti, prout aliàs de iure admitterentur.

æstimatio, uel interesse, quia poterunt illa probari per testes.

a ¶Debitum. Probatur autem debitum, probando causam, ideo non potest probari contra ipsum contractum per testes, ita intelligitur text. iste per Anchara. consil. cccl. versicu. quinto, vbi etiam ponderauit ista verba, tale debitum, ad ostendendum, quòd nõ potest probari per testes confessio debitoris, de quo consi. facit mentionem Fely. in c. ii. vers. tertia conclusio &c. de proba. post mod. sui temporis, qui perperam intelligebant Anchar. voluisse prohibere probationem debiti per cõfessionem debitoris, quod falsum est, quia tantum prohibetur probatio ipsius cõfessionis per testes, ut per ipsum: sed Dec. in d. c. ii. in ix. limitatione multum dubitat de decisione Petri, licet tãdem se resoluat cum ea, sed fortè non est bona per ea, quæ ponit Rui. cons. 78. nu. 10. in 4. volu. quod est videndum; quia loquitur circa hoc nostrum statutum, licet in alio casu: sed fundamenta illius sunt contra intentionem Pet. Anch. & Dec. etsi de illis non faciat mentionem. Item probato debito principali per instrumentũ potest probari interesse per testes Bart. in l. certi condictio §. quoniam. ff. si cert. peta. Item probato debito in genere, potest probari quantitas per testes: quia statutum istud tantum prohibet probari debitum. Ita ponderabat Petrucius in d. l. certi condictio §. quoniam, & Dec. d. c. ii. vers. 7. quod est de mente doct. ibi.

b ¶In totum. Per hæc uerba occursum est malitiæ aduocatorum, qui potuissent de summa mille, centum petere, ut sic possent testibus probare, ut Bar. adducit in authent. qui semel col. pen. versi. & ideo cauti aduocati. C. de probation. & fortè reus non poterat instare, ꝙ actor petat totum iuxta doct. Bar. l. in commodato. §. duobus. ff. commod. si iudicis iurisdictio non patiatur Matthes. not. 116. nota. si ex. c. secus uerò si iudicis iurisdictio pateretur; quia posset excipere. Quicquid sit, sumus in claris, quia statutum optimè se declarat, vide in terminis Marsil. in d. rubr. nu. 64. post Bald. in. l. edita C. de edendo. quem allegat. Et circunscripto hoc statuto uidetur, ꝙ potuisset petere Albe. prima parte statutorum. q. 183. vers. quid si statuto caueatur.

c ¶Probari. Quidam aliquando dixerunt, ex hoc statuto colligi omnes contractus à centum libris supra fore in scriptis celebrandos, & scripturam esse de essentia contractus, prout in aliquibus de iure communi constat, qui enumerantur in glo. in l. pactum quod bona fide. C. de pactis: sed certè non bene dicunt, quia sequeretur, ꝙ nec etiam per confessionem debitoris posset probari debitum, quod non est uerum per ea, quę infra dicã: sed admitti potest, ꝙ scriptura sit de solennitate probatoria, prout secũdum aliquos sunt numerus vii. testium. Bart. In. l. 1. col. 3. ff. de condi. indebiti. & quando aliquid est de solemnitate probatoria, admittitur confessio partis, Bald. in authẽ. sed nouo iure. C. si cer. pet. & refert Ias. in l. nemo potest col. 3. nu. 14. ff. de leg. 1. & si bene perpendis hic, non necessitat probationem ad instrumentum: sed excludit probationem per testes.

d ¶Admissa. Parte opponẽte, vt dicam in seq. glo.

e ¶Non valeat. Nota ergo, ꝙ non ualet pactũ partium in cõtrarium iuxta plenè notata per scrib. in l. nemo potest, de leg. 1. Gratus cons. 75. nu. 6. lib. 1. nunquid intelligatur parte opponente, fortè sic, iuxta dictum Bald. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. peta. Crem. sing. 44. in ncta l. si ambo. ff. de compensa. multa enim tacitè omitti possunt, quibus expressè renuntiari non potest, ut dicitur in iuramento cal.

f ¶Possint. Hic incipiunt statuentes enumerare nonnullos casus exceptuatos à regulis, quas proposuerunt, & sunt sex, vel vii. computato illo, de quo supra in princ. versic. nisi talis, tamen aliqui sunt communes ad utranq;, aliqui ad unam duntaxat, & in terminis hæc fuit decisio Baldi in. l. certi condictio. §. quoniam, circa fi. ff. si cer. peta. vbi concludit, ꝙ licet à statuto probatio testium prohibeatur; tamen recipitur probatio facta per priuatam scripturam, quæ testibus cõprobetur, fac. tex. in c. feries. de testib. cum simi. vt Alexan. tradit in d. §. quoniam, & idem Alexand. consil. lxxxviii. in pręsenti causa in fin. lib. 4. & Bald. in cons. 177. visa petitione, & ad hoc est bonus tex. in authen. de instrum. caut. & fid. §. sed etsi quis, quem allegat Areti. in d. cap. feries, ubi circa hoc not. loquitur. & prædicta conclu. prout declarat Philipp. Dec. in d. c. ii. in vi. fall. procedit, quando scriptura producta fidem aliquam fac. ita ꝙ probatio sit mixta, prout Bald. & hoc statutum dum loquitur de coadiuuatione scripturæ: secus si priuata scriptura, nullam faceret probationem, quia tunc tota probatio testibus attribueretur, aliâs de facili posset fraus committi; quia ille, qui uellet probare testibus, semper posset facere scripturam priuatam, & illam cum testibus simul producere;

Saluo[a] etiam, quòd si fuerit[b] dos promissa[c] de dando,[d] uel restituendo[e], uel eius augmentum[f], uel alius cōtractus, seu casus, de quo, uel quibus debeat solui gabella[g]: uel cuius cognitio spectaret ad dominos de gabella, etiam si dictam summā, uel æstimationē excedat, posit probari per testes, & super eis testes produci posint, prout in statuto, quod loquitur de officio[h] dominorū officialiū de Gabella, continetur. Et saluo[i], si tale instrumentū[k] Notariū amisisse[l] legitime[m] probaretur[n]: quo casu

producere, quod non est dicendum, allegat ita in terminis dicere Alexan.consi.36.lib.v. Vnde dum sequitur, cui de iure fides debeat adhiberi &c.debet secundum hoc intelligi, ut tantum fides plenaria non detur; sed si sint tales, quæ indigerēt coadiuuatione, vt habetur in text. ita Marsil.etiam in d. rubr. nume.44.planius autem exemplificari potest hic §.quando probatio fieret debiti per instrumentum, quantitas autem debiti probaretur testibus: nam tunc posset, & ageretur de declaratione debiti, de quo in instrumēto, non autem de coadiuuatione, ita Bar.post Iac. butrig.qui ita disputando determinauit in d.§. quoniam, & supra dixi. Item potest exemplificari, quando instrumentū obscurum indigeret declaratione, vt per Rui. consi. 588.col.2.lib.1.

a ¶ Saluo. Hæc est alia limitatio, & reperio, quòd Marsil.in d.rub.nu. 62. idem tenet de iure communi, & mouetur principaliter fauore dotis, allegando illam conclusionem, ꝙ statutum generaliter loquens non comprehendit casum dotis, iuxta quæ habentur per modernos in l.1.solu.matri.vide Dec.in consil.301.incip.in causa. col.1. & quasi per totum. Et nota, ꝙ aliàs in hac ciuitate erat aliud statutum, sub una rub. de certis contractibus prohibitis probari, aliter quàm per publicum instrumentum, ubi inter alias fiebat mentio, de dotis contractu, vt Alexan.refert, & uigebat illius tempore consil.58.vol.4. vide eundem cons.68.vol.3.

b ¶ Fuerit. Idest diceretur promissa &c.

c ¶ Promissa. Scilicet verbotenus, seu sine scriptura aliqua in forma probante.

d ¶ Dando. Scilicet marito, uel eius parti.

e ¶ Restituendo. Vxori, vel eius parti, uel hæredibus. Et ista exceptio respicit regulam duntaxat §. & ex aduerso; quia loquitur contra creditorem, consequenter non procedit ista limitatio è conuerso, vbi mulier obligata ad dotem per instrumentum, asserere uellet per testes soluisse dotem marito: vnde illa ratio Marsil.de qua in glo. saluo &c. debet restringi.

f ¶ Augmentum. Par fauor adhibetur augmento semper, qui ipsi doti.l.si inter socerū §. cùm inter de pactis dota.fac.l. si ex toto de leg. 1. fac.l.1.C. de don.ante nup.

g ¶ Gabella. Quia soluitur gabella iuxta quantitatem contentam, & sic istud inducitur propter fauorem gabellæ; & intellige, quando lis est inter gabellarios, & ipsos contrahentes; scio tamen, quòd Alexand. consi.lviii. supra citato uidetur habuisse aliam intelligentiam: sed nō placet mihi, cogitabis.

h ¶ De officio. Non habetur inter impressa.

i ¶ Et saluo. Ista exceptio est communis ad princip. & ad §. & ex aduerso, prout est etiam sequens. Et ratio istius casus est, quia non possunt facilè de negotiis particularibus vnius administrationis quotidie fieri, & multiplicari tot instrumenta: sed standum est codici priuato continenti data, & accepta, Bal.in consil.517.lib.ij. dicam in statuto de tutellis.§.præterea, in glo. reddere rationem.

k ¶ Instrumentū. Hic pro certo loquitur de instrumento publico: sed mirum, cur non etiam loquutum fuit de scriptura priuata, & credo, quòd standum sit in hoc iuri communi, ubi duo testes sufficiunt. Et intelligere habes hoc, tam ex parte debitoris, quàm ex parte creditoris.

l ¶ Amisisse. Scilicet casu aliquo fortuito, quorum quidam exprimuntur in d.l. testium .C.de testibus. Sed quid si facto partis aduersæ? hoc tantum sufficeret. l. si de possessione .C.de probationibus.

m ¶ Legitimè. Aliquando amissio instrumēti probatur per iuramentum, ita Barto.in.l. huiusmodi.§. si ita.ff.de lega.1. quod est in casibus modici præiudicii, vel quando officio iudicis quis teneretur exhibere, ita loquitur l. finali.C. de fide instrumentor.vbi Cyn.in 2. oppositio. aliâs autem debet probari amissio instrumenti per legitimas probationes; sicut cuiuslibet alterius, d.l. si quis ex argentarijs. §. pen. & fina. ff. de eden. Legitima aūt probatio non fit iuramento: sed dicitur potius quis à probatione releuari .l. eum qui in prin.ff.de iureiur.l.sed & si possessorij §.1.ff.de iureiur.voluit glo.in c.1.§. siquis in uerbo absoluēda, si de inuest.inter do. & vass.lis ori.per Dec.in rub. ext.de proba. nu.11. glo.est sing. in verbo legitimis in.l. cùm de indebito de proba.& de hac materia uide plures remissiones per Alex. in d.§. si ita versus fin. & per Marsi. in rubrica de probation. numero 127. & sufficerent duo testes, vt Salicet. dicit in dicta .l. testium in not.

n ¶ Probaretur. Nota, qui casum dicit, probare habet, vt etiam habetur C.de testamen.l.ii. & .ff. de edendo l. si quis ex argentariis. §. final.l. testium.§.fi.C.de testibus, vbi bonus tex.ad propositum nostrū, quia ex eo tex.extracta est huiusmodi limitatio: vnde intelligo ego, ꝙ pars sit illa,

absolutio,[a] uel debitum probari posit per tres testes[b] omni exceptione maiores[c]. Posit etiam probari per testes, ubi petatur reddi ratio administrationis alicuius super quibuscunque ipsam administrationem tangentibus[d] ab utraque parte, uel ab altera tantum: Et etiam per testes[e] probatio admittatur in casibus omnibus, in quibus ex aliquo nostro statuto talis probatio permittatur. ¶ Præterea dicimus, quod nulla cessio[f] alicuius iuris, uel actionis realis, uel personalis, seu mixtæ, uel alterius cuiuscunque, quæ facta diceretur ex quacunque causa, titulo, uel contractu, seu quasi: nec aliquod testamentum, uel ultima uoluntas per testes probari posit cuiuscunque summæ, uel æstimationis existant: & talis probatio facta, uel admissa non ualeat ipso iure, nisi esset aliquod legatum ad pias[g] causas. Quod legatum ad pias causas, si post ultimam uoluntatem testantis, uel codicillantis esset relictum, per testes probari posit. ¶ Si uero an

quæ probet ha[illegible]c ami[illegible]ionem, ut vult d.l. testium, in illi[illegible]s verbis, ab his, qui hoc perpessi sunt, quæ necessario intelliguntur .i. à debitoribus, excluditur igitur notarius volens producere testes de amissione; quia testes debent produci per partem allegãtem casum, & verbum, probaretur, impersonaliter prolatum referendũ est ad partem.

a ¶Absolutio. Et sic uides, ꝙ duo habet probare casum, & solutionem, idem ponit tex. in d.l. testium, vbi glos. not. & æquipollent hæc verba illis, quę dicit Bar. ibi. Nota (inquit) ꝙ quãdo scriptura est de substãtia (intelligo saltem probationis) & quis non potest habere scripturam, debet probare tria, scilicet actum esse celebratum; scripturam inde esse confectam, & postmodũ deperditam. Dum enim dicit, actum esse confectum, tantum est, si dixisset debitum esse cõtractum, seu solutionem factam fuisse; dum dicit, & scripturam inde confectam, hoc satis includitur in eo, quod tex. statuti dixit probari instrumentum amissum, quia amitti non potuisset, si prius nõ fuisset. l. decem ff. de verborum obligat. & sic sunt duo capitula in effectu sub eadem oratione, sicut dicitur, ꝙ aliquando sunt duo arbitri præcepta & c. l. Cælsus ff. de arbitris. Bona tamen est instructio Bart. vt iuuenis discat distinctè formare capitula. Item dũ Bar. dicit (vt circa primum requisitum rursus loquar) actum esse confectũ, æquipollent illis uerbis doctorum, de probando tenore instrumenti [illegible]i, prout illis verbis utitur Abb. in c. ii. in fi. [illegible] proba. vbi loquitur circa d.l. testium. Et caue, [illegible] Abb. ibi uidetur restringere, nescio qua ra[illegible]ne, quando ad validitatem actus requiritur scriptura, non autem quando ad substãtiam probationis, de quo miror, quandoquidem d.l. testium indistinctè intelligitur, ut patet per Salic. faterer aliud esse, vbi scriptura nullo modo pertineret [illegible] l actum, prout hanc differẽtiam facit Iac. de are. & Cy. in. l. si de possessione. C. de probat. & in. l. 1. C. de fide instru.

b ¶Tres testes. Duo de iure communi sufficerent l. testium iuncta glo. C. de testib. per l. vbi numerus. ff. de testib. & c. in omni negotio de testibus.

c ¶Maiores. Quid significet hæc adiectio, habetur in tex. & in glo. in c. 1. de consang. & affin. & debent esse tales, contra quos nihil opponi posit etiam minimum, & habetur in. l. optimam. C. de contrah. & committ. stip. & magis significat, quã si diceret idoneos. vide Abb. in c. cùm Ioãnes, & ibi Fely. post Bal. nu. 40. de fide instru. & nota, quia tex. in d.l. testium, dum exigit v. testes ad probandam solutionem, addit istã qualitatẽ, idoneos, & summę, atque integræ opi. quæ æquipollent illis, omni exceptione maiores. Verum est tamen, ꝙ ibi textus contentatur probata amissione de duobus testib. & nõ addit istam qualitatem: sed istud nostrum clarius loquitur.

d ¶Tangentibus. Vt habeat probabilẽ decisionem ista limitatio, ꝙ etiam tutor posit probare solutionem, seu restitutionem rerum in inuẽtario contentarum factã fuisse ipsi minori, hoc in terminis dixit Bald. in d.l. testium in not. C. de testib. licet Sali. dicat, ꝙ de iure non procedit, ut per ipsum, & bene.

e ¶ Per testes. Hæc adiectio fuit ex abundanti, considerato, ꝙ semper conseruanda sunt omnia disposita per statuta, & inter se concordanda, prout fieri posit c. cùm expediet de elect. in vi. Sali. in l. si serui uestri C. de noxa. & maximè, ubi vnum statutum reperitur generaliter loqui, alterum verò speciale l. pediculis. de auro & arg. leg. & in specie in hoc statuto Alex. consi. 58. nu. 6. lib. 4. Exemplifica istum versic. iuxta statutum de contract. emphyt. §. pen.

f ¶Cessio. Scilicet inter cedentem, & cessionariũ principales contrahentes, de quibus totum statutum loqui uidetur, non autem si cessionarius cõtenderet contra illum, cõtra quẽ sunt cessæ actiones, qa videtur, ꝙ reducantur ad terminos iuris cõis, ita aliqui aliqñ dixerunt: sed supra in princ. ĩ gl. creditor, aliter demõstraui, cogitare poteris.

g ¶Pias causas. Quale sit, declarat Bart. in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. & Alex. consil. 125. & seq. lib. 4. & Bar. in rep. l. 1. C. de sacrosan. eccl.

¶ Non

te conditam ultimam uoluntatem fuisset promissum, uel conuentum, aut legatum, & demum esset facta ultima uoluntas, & in ea non fieret mentio de tali legato, probari non possit[a] per testes, nec peti. ¶Saluo, quod si de tali cessione, testamento, uel ultima uoluntate, uel alio casu in hoc statuto cōprehenso fuerit facta publica scriptura[b] ad ipsius scripturæ, quæ produceretur, corroborationem, & coadiuuationem testes produci ualeant, qui alias de iure admitterentur. ¶Adiicientes, quod omnibus, & singulis cartesellis,[c] quæ fierent, aut quæ factæ esse reperiantur de solutione alicuius gabellæ, scriptis manu Notarii deputati ad officium cartesellarum uenditionū, & dotium: & etiam cartesellis, quæ fierent, aut factæ reperirentur de solutione facienda, uel facta generali depositario Cameræ Ciuitatis Bononiæ, occasione alicuius datii, uel alia quacunq; occasione; & etiam cartesellis, quæ fierent, uel factæ reperirentur de aliqua condemnatione, uel multa scriptis manu alterius ex notariis deputatis, uel deputandis ad discum Vrsi, & cuilibet earum plena fides[d] adhibeatur, & detur: non obstante quod in eis, uel aliqua earum deficiant testes, cognitor, uel cognitores cōtrahentium: & quod non sit in Memorialibus, & quod ab utraque parte notarius non appareat rogatus: & quod deficiat signum notarii, & non obstāte quod in eis deficiat nomen Papæ, uel Imperatoris, uel Pontificatus[e]. ¶Et quia[f] nonnulli frequēter, & sine conscientia, contra Deum, & ueritatem iurare non uerentur, Statuimus, quod ubi lis, uel qō, seu causa, sit quantitatis rei, uel facti excedentis sūmā, uel æstimationē uigintiquinq;[g] librarū bononenorū, nō possit deferri

a ¶Non posit. Aduerte, quia in contrarium.i.ꝙ non valeat statutum in hac parte, dum simpliciter loquitur de testam. quando.s.in eo instituti sunt pauperes Christi, tenuit Anto. in c.relatum el. 1. ext.de testa.vers.ex hac decretali, quem ibi sequitur Io. de Imola dicens idem voluisse Bal. in l.1.C.de summa trin. & idem expressè uoluit Anna.consi.lvii. visis, & consideratis, cū aliis plenè congestis per Marsil. in d.rub.nu.48.quia laici non habent potestatē disponendi super vltima volūtate ad pias causas, nisi dicatur, ꝙ confirmata fuerunt statuta à Papa. de quo alibi dicā congruentius.

b ¶Publica scriptura. Nota, quia nō sufficeret priuata, etiam cui de iure deberet adhiberi, quicquid de iure foret dicendum per ea, quæ supra uidimus in versic.posit tamen. Intelligo tamen, ꝙ talis sit scriptura, quæ sit obscura, uel alio uitio peccet taliter, quòd opus sit coadiuuatione.

c ¶Cartesellis. Iste modus exoleuit iam pluribus annis.

d ¶Plena fides. Hic tantū notabis, ꝙ statutum, seu consuetudo potest habilitare probationem aliâs inhabilem, sicut è cōuerso habilem inhabilē reddere, vt dicit Io. And.in addi.ad Spec. de instru. edit.§.cōpendiosè uers. sed nunquid de consuetudine in addit. incipi. in fine num. 14. meminit Matthesi.not.51. nota, ꝙ consuetudo &c.secundum quod apparet hoc non esse perpetuò verum: sed tantum in his, quæ à iure ciuili inuentę sunt probationes, procedere potest. Vide etiam not. in c.cum dilectus. de fide instrumentorum & Roman. sing. 356. Tu scis.

e ¶Pōtificatus. Per dinumerationē annorū, ut in auth.ut præpo. no.Imp.

f ¶Et quia. Agitur hic de iuramento in supplemētum probationis deferendum à iudice, de quo in c.fi.de iureiur.& in.l.generaliter §. sin autem .C.de reb. credi. & per Ias. latissimè in rep. l.admonēdi nu. 268. cū seq.de iureiur.de uolūtario autē non curat, quia lex non tuum, sed suum denegat auxiliū l.1.C.si aduers. vendit. glo.in.l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. Item loquitur, quando iuramētum est litis decisiuum, & sic nō habet locum in iuramēto in litem, quod est differens ab illo Ias.in rub. de in litem iur. vbi plures differentias enumerat, & ita passim obserua tur in curiis, vt pro quacunque summa illud deferatur, vt uidi, & audiui fieri absque aliqua contradictione.

g ¶Vigintiquinque. Statuentes habuerunt hanc pro parua summa, quia de iure communi in magna summa nō defertur iuramentum in supplementum, vt per Ias. in l. admonendi nu. 272. ff. de iureiur. Vide Marsil. sing.27.incip.iuramentum. Et hoc ideo fecerunt, ut minus relinquatur arbitrio iudicis; nā de iure communi parua, vel magna summa stat in arbitrio iudicis cōsiderata qualitate personarum, vt prosequitur Iason loco supra citato, vbi notabiliter intulit, quòd pari ratione non deferetur in causis criminalibus, nec in causis vsurarijs, nec famosis,

nec in causis spiritualibus, nec in causis status; nec in causis feudalibus. Tradit & ibidem quàm plures casus, in quibus, & si sint causæ paruæ quantitatis, non defertur iuramentum in supplementum, quos hîc ponere esset nimis longum. Vide ibi.

extinguitur nuntiatio. l. non solum. §. morte. ff. de no. op. nunt. Morte confirmantur testamenta cap. cum Marthæ de celebra. miss. Morte finitur usus fructus inst. de usufru. §. finitur. Morte patris consolidatur actio dotis in filia. l. vnica. §. videamus. C. de rei vx. act. Morte filiæ cōsolidatur actio in patrem. l. dos à patre. C. solu. matrimo. Nunquid mors ciuilis, quoad hūc modum probandi, cōtineatur appellatione mortis, iuxta no. in l. gallus §. & quid si tantū. ff. de lib. & posth. starem ego regulæ, quæ est affirmatiuè formata à doct. magis cōmuniter.

iuramentum necessarium, [a] nec possit causa tali iuramento decidi, & delatū, & præstitum contra prædicta non teneat quoquomodo, & pro non delato & præstito habeatur, & sit.

DE MORTE[b] PROBANDA[c].



QVia probationum facultas non est angustanda, [d] sed potius amplianda: & multotiens contingat, quòd in iis, quæ de longinquo [e] contingunt, probationes non est facile [f] reperiri: hac prouida deliberatione Statuimus; quòd si qua persona diceretur esse mortua [g] longe a Ciuitate Bononiæ per quinquaginta miliaria, uel per spatium uigintiquinque annorum elapsorum a die, quo diceretur esse defuncta, sufficiat probari [h] de morte illius personæ, quæ diceretur esse defuncta per

a ¶ Necessarium. Dicunt quidam tamen, si peritum sit ius, & iustitiam ministrari, prout fit quotidie in libellis, ꝙ iudex poterit deferre reo iuramentum per not. per Abb. in c. fin. in fi. de iureiur. quia tunc transit de iuramento necessario in voluntarium, cogita, quia Abb. non dicit istud apertè in casu statuti prohibentis decidi per iuramentum, vt hîc:

DE morte. Multifariam accidit, nobis proficuum esse de morte constare: nā mors tollit ingratitudinē Angel. in l. his solis. C. de reuo. dona. Tollit accusationem cōtra mulierem de adulterio, Anton. de butr. in ca. fin. de dona. Tollit feloniam uassali. glos. & ibi doct. in l. omnimodo in uerbo non licebit. C. de inoffic. testamen. Tollit causam contra dominum, propter quam debebar feudo priuari. tex. & ibi Bald. in c. 1. in §. domino, si de feudo sit controuersia. inter domi. & agnatum. Tollit seu finit mandatum ex parte mandantis, & mandatarii. l. mandatum C. mand. l. inter causas. ff. mand. ex parte mandatarii l. si quis alicui §. morte. ff. mādati. Tollit, seu finit societatem. l. ideo. l. nemo. l. uerum. ff. pro socio. Tollit irregularitatem Archi. c. fi. xxv. quæst. 1. Tollit iurisdictionē delegati per mortem delegantis. c. gratum c. relatum c. licet de off. delega. habetur in. l. moræ de iurisd. om. iudi. Tollit crimina, ita ꝙ iudex non potest facere suspendere hominem mortuum not. doc. in l. ii. C. qui testa. fa. poss. Item standum est libris defunctorum sine iuramento alicuius Ias. in repet. l. admonendi nume. 48. de iureiur. Item soluit matrimonia §. deinceps. authenti. de nup. Tollitur uoluntas morte l. 4. ff. loca. Tollitur possessio l. cùm hæredes. l. si de eo §. si fortè. ff. de acquir. possess. Item remittitur pœna amissionis dotis, si maritus decessit nulla facta querela l. rei iudicatæ. §. primo ff. solu. matrimo. Item morte eius, qui nuntiauit,

b ¶ Probanda. Sub hac rub. non bene comprehenditur. §. fin. nigri, sic que nigrum est generalius rubrica sua, aliâs multoties aduertam.

c ¶ Angustanda. Concordat tex. in. l. quoniam in fi. C. de hęret. vbi tamen tex. loquitur respectu personarum, vt omnes admittantur, qui non sunt aliquo iure expressè prohibiti, tamen idem est in probationibus, ut probat. l. generaliter in prin. C. de iureiuran. ibi probationibus pinguius subuenientes, hinc dicitur, ꝙ testium dicta sunt adiuuanda, non autem cauillanda, ita Bal. in. l. de quibus col. fi. C. de legi. & in rub. de rerū pmu. Alex. cons. 189. lib. 7.

d ¶ Longinquo. Vel respectu loci, uel respectu tēporis, ut sequitur, & de tpe, & loco est idē iudiciū l. virū. ff. si cer. pet. ita Sal. in l. siquidē. C. sol. ma.

e ¶ Facile. Non est etiam facile probare mortem, quia agitur de probāda negatiua, & seu priuatione ad l. actor. C. de prob. ita Bar. in. l. ii. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. aper. versi. aduerte. Bart. in tra. de testib. §. mortuū in prin. & in. l. siquidē. C. solu. mat. dicit, ꝙ non potest probari directè quē mortuum: sed sufficit per signa restricta.

f ¶ Probari. Quia facit fundamentum in morte, ita intelligautur iura, quæ dicunt mortem probandam, vt in. l. ii. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. aper. & l. siquidem C. solu. matri. vbi Bar. dicens etiam, quòd qui se fundat in uita, uitam probare debet, nec sufficit probare semel uiuum fuisse per. l. spadonem. §. qui absoluitur. ff. de excusation. tuto. Adde etiam Socin. in l. si inter virum. versic. tertiô colligitur. ff. de reb. dub. vbi dicit, ꝙ colligitur limitatio ad glos. 1. cōiter approbatam.

approbatam, quæ dicit, ꝙ præsumitur quilibet uiuere usque ad.c.annos, ut procedat in reo excipiente aliquem uiuere; secus in actore hoc allegante, quem uixisse usque ad certum tempus, & clarius Alex. in l. sed si de sua, col. fi. ff. de acquir. hæred. & idem Alexan. consf. 27. col. fi. lib. 7. Gozad. consf. lxviii. nu. 6.

publicam uocem, & famam: quæ fama[a] probari[b] debeat per tres testes[c] ad minus maiores uigintiquinque annis, bonæ conditionis[d], & famæ, & omni exceptione maiores. ¶ Et sufficiat[e] talem famam esse in Ciuitate Bononiæ in contrata, ubi solita erat morari ipsa persona, uel sui prædecessores, uel in loco ubi diceretur illam personã esse defunctam, de cuius morte tractaretur. Distantia[f] uero loci similiter per famam probari posſit in prædictis casibus. ¶ Si uero dicatur mortua minori tempore, uel infra quinquaginta miliaria à Ciuitate Bononiæ, sufficiat cum sacramento[g] mortẽ probare uolentis, (siue principalis, siue procurator, uel alius legitimus administrator fuerit,) mortem probari per famam[h] in contrata, seu circunstantiis solitæ habitationis[i] eius: de cuius morte tractaretur per tres testes ad minus, maiores, & conditionis ut supra, uel cum sacramento prædicto per tres testes deponẽtes se fuisse præsentes eius

a ¶ Fama. Hic est casus, in quo fama facit plenam probationem. s. quia res propter longinquitatem est difficilis probationis, aliàs secus. D. Anto. in c. ueniens el 1. de testibus, & quomodo habeãt testes probare Bar. tradit abundè in. l. de minore §. tormenta. ff. de quæstionibus Io. And. in c. cùm oporteat de accusa. & nota. in c. qualiter & quando. de accusa. & in dictis locis traditur, quomodo fama articulari, & probari debet; refert etiam Alexan. consil. 94. nu. xi. lib. 1. post glos. in l. iiii. §. eiusdem de testibus, & in consil. 97. viso processu lib. 4. adde etiã Io. And. in add. ad Spec. de notorijs cri. §. fama.

b ¶ Probari. Qualiter autem habeat articulari, vide per Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de qq: scilicet ꝙ publicè dici audiuit à maiore parte populi, & nominet tres, uel quatuor testes nobiles, & latius decis. Tolo. 379. Alex. consf. 20. lib. 4.

c ¶ Tres testes. Caue, quia non repetit hic circunstantias, quas requisiuit, quando probanda esset fama, quia ista est realis probatio, ideo testes carent omni suspicione, cùm istud deponant.

d ¶ Bonæ conditionis. In terminis huius statuti nostri propriè est doctrina, & declaratio Imolæ in l. ii. §. si quis neget col. pen. versi. & est diligenter not. ff. quemad. testa. aper. qui post Ang. dicit, ꝙ non erit probata mors, nisi probetur illos testes deponentes esse optimæ opi. & famæ, vt per ipsum remouentem quædam contraria, uide Curt. in tract. de testib. conclus. 34.

e ¶ Sufficiat. Hic deciditur dubitatio doctorum, quia aliqui, vt gloss. in d. l. si quidem uolũt, ꝙ debeat esse fama in ciuitate sua. Bart. verò ibi in fi. dicit, ꝙ debet esse in loco, ubi mortuus est, argu. authen. hodie C. de repudi. Sali. autem conformat se cum hoc statuto, ut alterum sufficiat.

f ¶ Distantia. Aliter de iure probatur etiam per testes dicentes, ꝙ ipse, & alii eius conditionis in tot diebus uadunt ad illum locum, vt per Bar. in l. continuus. §. cùm ita versic. secundo noto. ff. de verbo. obliga. qui tamen subdit, ꝙ putat standum esse opinioni vulgi, quia hęc non ita clarè probari possunt iuxta. l. non omnes §. à barbaris. ff. de re milit. & ita concordat cum statuto.

g ¶ Sacramento. Per hoc diuersificatur hic §. à superiori.

h ¶ Per famam. Certè in factis de recenti iura cõmunia non uidentur admittere probationem, etiam mortis per famam; sed verè per testes, prout in secunda parte alterna tiuè ita Sali. in l. siquidẽ C. de soln. matr. Io. And. in add. ad Spec. tit. de notoriis crim. §. famã in glos. reprobatus in fin. & in glo. exceptionem.

i ¶ Habitationis. Idest loci domicilii, potest etiã à fortiori ꝓbari (& istud sufficeret) fama illius loci, ubi diceretur defunctus, prout supra, quia ibi hi duo loci æquiparantur, & idem Sali. declarat in. l. siquidẽ, versi. sed tunc quæro. q. C. sol. matrimo. & Bart. clarius in tract. de testib. §. mortuum nu. 7.

k ¶ Præsentes. Hęc est uera, & realis probatio, non ergo hic uidetur sufficere probari mortem per indicia quædam, ut quòd uiderint agnatos, & affines deferre uestes lugubres, & planctum audirum fuisse iuxta Bartol. in. l. genero in fin. ff. de his qui not. infam. & Bartol. in d. §. si dubitetur, vbi tamen distinguit nimis subtiliter inter actus maximi, magni, parui, & minimi præiudicii, de qua distinct. etiã meminit Lanfranc. in c. quoniã contra in uerbo testium nu. 107. de probat. & habetur per Corset. in singulari in uerbo, mors, & Petr. rebuff. in tracta. de regestis, in fin. vbi multa accumulata sunt ab illis. Sed istam subtilitatem proscindit statutum nostrum attendendo illam magistralem antiquam distinct. scilicet mortem annuquam, seu de longinquo, & de proximo. Sed quid si ita non dicerent, quia fortè

exequiis,[a] asserentes quòd tempore dictarum exequiarum publicè, seu communiter dicebatur illum talem tunc sepultum, seu mortuum fuisse illum, & esse, de quo testificatur. ¶ Et dictis testificationibus, & probationibus stetur, & credatur, quandiu contrarium plene non probaretur: quo contrario probato condemnetur talis, qui modis prædictis, uel altero eorum mortem nixus fuerit probare in quinquaginta libris bononenorum, & in tantundem quilibet testis, qui sic deposuisset per iudicem, coram quo causa agitaretur infra decem dies, applicandis pro medietate Cameræ Ciuitatis Bononiæ, & pro alia medietate parti, contra quam talis probatio facta fuerit. ¶ Adiicientes quòd si contingat mulierem[b] constante matrimonio mortuam esse, & in dubium reuocaretur super restitutione dotis facienda, an superextantibus liberis[c] decesserit dicta mulier; marito & eius parti incumbat onus probandi[d]. Et hoc[e] hēat locū in præteritis,[f] præsentibus,[g] & futuris,[h] per sentētiā,[i]

non fuerunt præsentes exequijs, asserant tamen uidisse illum mortunm, & habentem signa hominis mortui, quia erat immobilis, & erat frigidus, & sine pulsu, vel vidisse exanimari.i.aperiri, ut solet quandoque fieri. Equidem & ista sunt ualdè proxima, & realia signa, & maiora expressis in statuto nostro, ut Bar. etiam affirmat in.§: si dubitetur prælleg. & proculdubio proderunt ad probandnm mortuū hoc loco: quia statutum non intendit excludere fortiores probationes, sed demonstrare tantum illas, quę ad minus habent sufficere ad uictoriam intentionis, unde de multiplici modo probandi mortem, recurre ad Alex. consil. 4. nu. 6. videtur inspectis lib. 2.

a ¶ Exequijs. Dicit Bart. in tract. de testib. in uerbo mortuum, vers. pone testes dicere, ꝙ sufficit testes dixisse, ꝙ interfuerunt eius sepulturæ, licet non uiderint cadauer, qnia erat clausum in capsa, uel coopertum linteis: tamen ab omnibus dicebatur illum esse Titium mortuum, ita ergo hoc sufficere debet.

b ¶ Mulierem. Caue, ne hanc decisionem restringas ad casum expressū, quandoquidem ista est gnālis cōclusio in oībus casibus saltē fauorabilibus, in quib. quis uellet dicere aliquem, vel aliquā decessisse cū filijs, siue sit actor, siue reus excipiat. Hęc materia habetur in gl. in l. ex facto. §. si quis aūt. ff. ad trebel. & ibi Bar. & Ang. Bar. in l. qui duos. §. cùm in bello, de reb. dub. Alex. cons. xx. in fi. lib. 1. & Soci. in .l. si inter, vers. pro declaratione glossę. ff. de reb. dub. Crotus in c. Raynu. col. xi. cum seq. de testam.

c ¶ Liberis. Scilicet ex eo matrimonio, cùm hoc redundet ad maius commodum mariti, quia tota dos propter liberos remanet apud maritum, eorumq; patrem secundum consuetudinem Italię, de qua in glo. l. dos à patre. C. solu. matr.

d ¶ Probandi. s. Decessisse cum liberis.

e ¶ Et hoc. s. Proximè dictum.

f ¶ Præteritis. Licet statutum simpliciter loquēs non trahatur ad pręterita, nisi expressè dicatur, quia natura legis est futuris dare formam negotiis, l. legis. C. de legibus, & in authen. de nup. in prin. & §. duo igitur circa fi. Bart. in. l. omnes populi nu. 43. de iustitia & iure, tamen ubi exprimit, proculdubio trahitur, ut dicam in glos. modo, & dicitur exprimi etiam, quando statutū loquitur per uerba præteriti temporis, prout Bar. attestatur nu. 39. dum citat. l. decernimus. C. de sacrosan. eccl. tamen, si statutum disponat idem, quod ius commune, seu declaratiuè procedat, ad præterita trahitur absq; eo, ꝙ expressè non caueatur, ex quo nihil de nouo inducit, prout hoc nostrum in præsenti casu, ita omnes scrib. in d. l. omnes populi, & in c. fi. de constitu. vbi Abb. nu. 8. & Bal. in. l. non dubium. C. de legibus cum multis alijs autoritatib. quas consultò omitto.

g ¶ Præsentibus. Id est, in iudicium iam deductis, nondum tamen iudiciali sententia terminatis; sed pendentibus, ad quę non solent trahi statuta, nisi expresse caueatur in eis, eadem ratione, quā diximus supra in uerbo, præteritis; quia idem significatus esse uidetur in effectu utriusqne uerbi, vbi decisa non sunt.

h ¶ Futuris. Nondū in iudiciū deductis, uel nōdū ortis in facti accidentia.

i ¶ Per sententiam. Nunquid hæc modificatio respiciat uniformiter tres istos pręcedentes terminos, potest dubitari, quia verbum, pręteritis, non uerificatur propriè, si iam non sunt decisa, cùm pręteritum sit abnegatiuū pręsentis. inst. de lega. §. ante hęredis, & de Attilliano tutore. §. sed si in testamento, ubi gl. id pręsupponit sed potius vocantur pn̄tia, seu pēdentia, quod est scdm uerbū ex pcedentib. quod qdem nō dēret stare otiosum .l. s. §. fi. ff. ad muni. cū simi. Verùm quoniā statutū uolens, ꝙ iā decisa rescindantur, odiosum est, vt p Bar. in. l. 4. §. erit quā hęc differentia. ff. ui bono. rap. moderni in d. l. oēs populi circa quintā. q. Bar. de iust. & iure. & Dec. in c. translato. col. 5. de consti. ideò putarē ego coniungēda fore simul ista duo verba. pteritis pn̄tibus. i. præteritis pendentibus, prout hac forma loquēdi vtitur Bar. in d. l. oēs populi n. 40. vers. aut sunt negotia pterita pendentia.

pendentia. Vel dic p̃terita quoad facti contingen nam, nōdum tñ in iudicium deducta ad differen tiam p̃ñium. i. pendentium in iudicio, ſed quali ter dicatur deciſa per ſententiam, ſufficit ne prima ſententia, vel ſecunda, an neceſſarium ſit, ꝙ ſit ſententia, quæ tranſitum feciſſet in rem iudicatam, vt amplius appellandum non ſit? credo, ꝙ ſufficiat prima ſententia attenta doctrina Ange. per illum text. in. §. ſuper hoc, in verſi. & not. diligẽter, in authen. vt in medio litis ſacræ iuſſiones nõ fiant coll. viij. dicẽtis (prout refert Dec. in d. c. fi. nu. xi. de conſtitut.) ꝙ ꝓuiſio facta a ſtatuto de cauſis pẽdentibus, non habet locum in cauſis pendẽtibus per appellationem, quia quantum ad hoc cauſa non reputatur pendere, cùm ſemel deciſa fuerit per ſententiam, licet appellatione pendeat, quod comprobat Dec. quia cùm tale ſtatutum ſit contra ius commune, debet intelligi de pendentibus ſimpliciter, in quibus deciſio nulla facta reperitur, & iſte erit vnus caſus ſingularis, in quo ſententia per appellationem non extinguitur, nec ſuſpenditur, quod eſt notandum ad ea, que habẽtur in c. venientes de iureiur. & ideo iura, quando volunt includere cauſam appellationis, expreſſe dicunt de pendentibus per appellationẽ. clem. ii. in fi. de iureiur. clem. i. in fi. de ſeq. poſſ. & fructuum, clem. i. in fi. de probat. cum ſimi. ſubdit tñ Decius, ꝙ ſi ſtatutum loqueretur de præteritis, & pendentibus, cauſa appellationis videretur includi, cùm ſit facta prouiſio in vtroq; ſimplici arg. l. ſi ita facta. ff. de iniuſto rupto. not. in l. ii. ff. de verb. ſignif. quæ deciſio non officit ei, quod tenui, propter modificationem, quæ eſt in hoc fine ſtatuti.

a ¶ Modo legitimo. Vt tranſactione, pręſcriptione, iuramento, ſolutione, diuiſione, ita declarat Bar. in l. omnes populi in v. q. princ. verſi. iuxta prædicta quæro, quæ dicantur negotia &c. ff. de iuſt. & iu. Abb. in c. fi. de conſt. nu. 9. Bar. in l. i. § . fi. ad Tertul. Areti. conſi. ciiij. col. fi. & hoc, quod hic dicitur, etiam iuris communis eſt, vt quantuncunque ſtatutum dixerit trahi ad præterita, vt non debeat intelligi de pręteritis deciſis. l. cauſas C. de tranſact. l. fi. C. ſententiam reſcindi non poſſe Bar. & doct. in locis præall. niſi expreſſe caueretur, ꝙ ad pręterita deciſa traheretur per glo. not. in d. l. cauſas in glo. fi. in fin. intelligendo, quando fit ex cauſa, vel quando ius erat quęſitum facto principis, vel iure ciuili, vt declarant ſcrib. in c. quę in eccleſiarum de conſtit. Bart. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub. & licet Bar. in d. l. omnes populi dicat, ꝙ ſtatuta non porriguntur ad pręterita, tollendo illa etiam ſi expreſſe caueatur, tamen puto corruptam illius lecturam, vt loco, etiam ſi, dicere velit, niſi, quia nullus doct. facit mentionem, ꝙ Bar. contradicat huic limitationi, vel ſi non vis, ꝙ ſit corruptio, dic illis verbis, etiam ſi expreſſe caueatur, tãtummodo ſuppleri. ſ. ꝙ ad pręterita trahatur, non autem ꝙ dicatur, etiam ſi exprẽſſe caueatur, ꝙ informentur pręterita.

uel alio modo legitimo[a] non deciſis.

DE RECEPTIONE[b] ET EXAMINATIONE teſtium productorum in cauſa ciuili[c].



Rouidemus, quòd quilibet Notarius[d], qui recipere debuerit, & examinare aliquos teſtes producendos

b Receptione teſtium. Quis dicatur propriè teſtium receptor, & quomodo differat a nudo examinatore, declarat glo. notabilis in clem. iudices de off. deleg. vbi dicit, ꝙ receptio teſtium ſignificat iuriſdictionem; ſecus ſi examinatio ſimplex committatur, iuriſdictio autem exercetur deferendo iuramentum, & examinando articulos, ſuper quibus debẽt examinari, ac factis nonnullis interrogationibus. Item compellendo ad teſtificandum, vbi nolent deponere. Nunquid ergo, cui commiſſa eſt receptio teſtium, poſſit examinare; cum aliud ſit receptio, aliud examinatio, vt dixi, & hic probatur per copulam, & quæ ponitur inter diuerſa ad glo. in rub. ff. de iuris, & facti ignoran. & eſt tex. quem ad hoc moderni expendunt in c. licet, de probat. in illis verbis, recipere, & examinare curarẽt, & dicit Fely. ibi, ꝙ forte de iure non poteſt examinare. Sed puto cõtrarium per d. clem. iudices. Et formam commiſſionis receptionis teſtium ponit eleganter Spec. in tit. de teſtib. §. talis tali ſalutem &c. ex qua datur intelligi Spec. fuiſſe huius mentis, vt etiam de iure (facta alicui commiſſione receptionis teſtium) poſſit examinare.

c ¶ In cauſa ciuili. Nam in cauſa criminali examinationẽ teſtium notario iudex regulariter committere non debet, nec poteſt, ita not. Bal. Cyn. & Sali. in authen. apud eloquentiſſimum per illum tex. C. de fide inſtru. & eſt glo. in verbo, ciuili, in clem. i. vbi bonus tex. de off. deleg. & eſt tex. cũ gl. in verbo prohibente in c. ii. de iudiciis in vi. & in l. 3. §. idem diuus. ibi, nã ipſos interrogare ſoleo. ff. de teſtib. vide fall. v. nnmeratas a Fely. in c. cum cauſam nu. 52. extra de teſtib.

d ¶ Notarius. Qualis eſſe debeat, habetur infra. §. prouidentes. Et ſcias, ꝙ de iure teſtes ſunt recipiendi, & examinandi a iudice cauſæ, & nõ per alium, ita pro regula tradit Bal. in c. ſi qui teſtiũ, de teſtib. dicens de hoc eſſe duas gloſſas notabiles, vnam in l. hac conſultiſſima. §. fi. in verbo, de poſitiones. C. de teſta. alteram in l. iubemus la. i. C. de lib. ca. & facit reg. quæ habet, ꝙ probatio debet fieri iudici. l. quiquaginta. ff. de probat. cum

in iudicio in aliqua causa, uel quæstione Ciuili, quæ coram quibuscunq; iudicibus, uel officialibus, Arbitris, uel Arbitratoribus agitetur, teneatur ãte omnia scribere nomen, prænomen seu[a] cognomen testis, capellam, terram uel contratam, seu locum, de qua seu quo se dixerit esse: & omne id, ex quo melius cognoscatur: & diem & locū[b] examinatiõis, & receptionis prædictæ. ¶Et ipsi testi legat[c] uulgariter[d] id, super quo producitur, uel testificari debuerit. Et interrogetur sub iuramento[e] per eum præstito,[f] quid scit de

cum similib. quæ deducuntur in c. quoniam contra de proba. Ad hoc ergo, vt notarius possit recipere, & examinare testes, necessarium est, ꝙ iudex committat, prout Bal. dicit in d. §. fi. qui iudex hoc habet facere cum moderamine, & discretione, non autem passim, & indistincte. arg. l. iii. vers. tu magis scire potes. ff. de testibus, & de causa dicam infra in. §. prouidentes in glo. causa.

a ¶Seu. Et hoc ne sola nominis proprii commemoratio quandoq; ambiguitatem pariat, vt in simili dicit tex. in l. hac consultissima in princ. C. qui testa. fac. poss. vbi glo. not. quærit, quid si habeat nomen, seu cognomen singulare, & notissimum, an sufficiat? & putat, ꝙ sic. Vide tamen doct. qui ibi dicunt, nisi fuisset pro forma a statuto introductum, prout in hoc nostro, vt perpendere licet ex clausula irritatiua: de qua infra. §. & teneatur iunctis his, quæ ponit ferè in terminis Fely. in c. cum dilecta. in v. signo, de rescrip. post Anchar. quæ limitatio confundi videtur ex eamet lege, vt Ias. aduertit, quia rei demonstratæ frustra fit demonstratio l. i. in fi. ff. de dote præleg. hoc autem videtur contra mentem com. scriben. Ideo cogitabis, quia non est tutum a forma discedere, licet careat ratione Bal. in l. i. ff. de lib. & posth. Expedit. n. magnoperè scire diē examinis, quandoquidem examinatio facta post terminum datum a iudice non valeret, maxime vbi parti aliquid deperisset secundum omnes, iuxta not. in l. i. C. de dilatio. licet & multi teneant, ꝙ etiam admittatur. si res sit integra, prout late pertractat Fely. in c. licet causam, nu. 37. de prob. vel si datus fuisset terminus ad probandum, & probatum habendum &c. de qua etiam Lanfrancus in c. quoniam contra nu. 7. de probat. Et exponas, seu, pro vel, quia differunt ista, vt apud grammaticos, & Larius per Alcia. nouiter in libro dispunct. 4. cap. i.

b ¶Locum. Quia & locus iudicii est aptus, ac necessarius ad deferendum a iudice iuramentum, aliâs extra locum iudicii non valeret, vt est glo. in l. iii. §. sabino de testib. Lanfranc. in. dd. c. & verbo nu. 9. vbi arguit de tempore ad locum iuxta l. vinum. ff. si cer. peta. sed extra tempus præfixum non potest, vt dixi, ergo nec extra locum. Finaliter omnia acta debent isto modo scribi, vt clare habetur in d. c. quoniam contra de probat.

c ¶Legat. Ergo articuli sunt dandi in scriptis, vt per Spec. tit. de teste. §. nunc videndum, dixi supra in statuto de capitulis intentionis &c. & dicit Spec. eod. tit. §. nunc tractandum, ꝙ examinator legat sibi plane articulum, & de verbo ad verbum, & exponat, & notarius habet scribere, ꝙ dd. articuli fuerunt lecti testibus, ac expositi.

d ¶Vulgariter. Si sit idiota latini idiomatis, aliâs non refert ad l. i. §. fi. ff. de verb. obl. l. sed si pupillus. §. literis. de insti to. act. hoc est de mente Spec. in d. tit. de teste §. nunc tractandum versi. tabellio.

e ¶Iuramento. Quod semper necessarium est l. iusiurandi. C. de testi. adeò ꝙ testi non iurato, non est credendum. Potest tamen remitti consensu partium, vbi Ang. dicit arg. l. i. ff. de feriis, sed expressum est in iure canonum in c. tuis de testib. vbi doct. latissimè post glo. Alberi. in 3. parte sui tractatus. §. sed an iuramentum nu. 32. Et adde, ꝙ vbi dicitur alicui credendum esse, semper intelligitur mediante iuramento. Habetur in l. Theopompus. ff. de dote præleg. per Ang. in l. si vacãtia. C. de bon. vacant. & hoc iuramentum est corporale, scilicet tactis sacrosanctis euangeliis. iii. q. ix. hortamur. glo. in d. l. iusiurandi, & Spec. tit. de teste. §. sequitur. vers. & nota, ꝙ testis. Sed hodie de consuetudine Italiæ sufficit tangere quamlibet chartulam glo. in clem. ii. §. porrò in glo. ii. in fi. de hæreti. vbi dicit, illud procedere posse, vbi statutum requirit simpliciter iuramentum corporale, secus si diceret tactis sacrosanctis euangeliis, quia requirit pro forma.

f ¶Præstito. Hoc significat, ꝙ iuramentum debet esse prius præstitum, quâm depositio, & interrogatio, ita etiam habetur in dicta l. iusiurandi. C. de testibus, quærunt tamen doctores, ibi, quid si post incontinenti fuerit præstitum, est controuersia inter eos, & non benè potest discerni veritas, ego adhærerem text. dictæ l. & statuti præsentis, & ita Cynus, & Salicetus ibi tenent. Vnum tamen est notissimum, ꝙ iuramentum dandum est in præsentia partis, vel citatæ. Speculator in dictis titulo. §. nunc tractādū. Et nota etiam, ꝙ si quando iurauit testis, nulla partium fuerit præsens, non valet iuramentum, glossa singul. in l. si quando. C. de testibus dato, ꝙ is, contra quem examinatur, sit citatus, & propterea dicit. Fulgos. in l. prima. C. quomodo & quando iudex. se irritasse multos processus in ciuitate Paduæ. Itidem ego vidi fieri multoties, tu quoq; prudens aliena fruare insania.

¶De

prædictis[a], & quod super eis[b] debeat testificari ueritatē. Et si dixerit[c], quod uera sunt uel uera credit esse, quæ in cap. uel eo, super quo interrogatur, cōtinetur, nō scribatur tale eius dictū, sed ore suo[d] proprio dicere debeat, quid scit[e] expresse[f], clarè & apertè: Et tūc prout

a ¶De prędictis. Pondetabis similiter hoc verbū, quia iurat dicere veritatem super contentis in articulis tantum, & nō super tota causa inter hęc .n. est longa differentia, quia vbi deponeret extra articulum, cùm iurasset secundum formam istius statuti, non valeret, secus si secundum alium modum, & ratio est, quia depositio reperitur sine iuramento, ideo nō valeret materia. habetur in c. de testibus ext. de testib. vbi multa sunt posita pro declaratione huius glo. videlicet quid intelligatur extra articulum, concluditur autem, q̄ vbi aliquid est de dependentibus, & connexis, non dicitur extra articulum, puta, si testes producti ad probandum debitum illud probant, sed in diem. Item si ad probandum mutuum, dicant fuisse factum illud, adiectum autem fuisse pactum de non petendo. Bal. in l. perēptorias circa fi. vers. quæro actor. C. sententiam rescindi non posse.

b ¶Super eis. Quasi ponit formam, qua iurare debeat testis, quę breuibus verbis concipi potest dicendo, iuro dicere veritatem, & multa alia verba, quæ ponit glo. in l. iusiurandi. C. de testib. & Spec. tit. de teste, §. sequitur, sunt potius ad declarationem, quàm de substantia, vt dicit Sali. in d. l. iusiurandi, est tamen hic veritas restricta ad articulum, non autem simpliciter iurat dicere veritatem, ita not. per Bal. in fi. pen. col. de confess. post Innoc.

c ¶Si dixerit. De iure hęc depositio reciperetur, vt colligo ex verbis Spec. in d. tit. de teste d. §. nūc tractandum versi. tabellio autem &c. quia imputandum est, quare non interrogaretur sigillatim de omnibus, quia pura & simplex debet esse responsio, vt habetur in versi. & aduerte diligenter, latè per Bal. in l. fi. §. i refutatoriis. C. de. app. prout Bar. in l. iii. §. fi. ff. de testib. Canonistę omnes in c. nihil obstat, maxime Abb. extra de verbor. signif. quicquid dixerit ibi Io. And. in nouella, & ibi vide amplam apostillam Corseti.

d ¶Ore suo. Nota, quia hoc multum attendendū est in teste, vt propterea Iudex uidere posit, quo vultu, quaq; trepidatione loquatur, ideo dicit tex. in d. l. de minore. §. plurimum quoque. ff. de questio. plurimum quoque in excutienda veritate vox ipsa, & cognitoris subtilis diligentia affert, nam & sermone, & ex eo qua quis constantia, qua vé trepidatiōe quid diceret, vel cuius existimationis quisq; in ciuitate sue esset, quędam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt, & alibi. C. in l. iii. §. diuus. ff. de testib. dicitur testibus, non testimoniis credendum esse per Spec. in tit. dè teste. §. nunc tractandum, versi. considerare etiam debet, ubi allegat illud carmen Ouid. O quàm difficile est crimen non prodere vultu. Et propterea dixit Innoc. non valere dictum testis, qui diceret, testificor, prout in hac charta continetur. Adde, q̄ multo minus debet scribere, si testis dixisset, dico idē per oīa, prout dixit alius testis cuius, attestatio fuerit sibi lecta. Ergo si notarius scripsit breuitate, talis testis dixit idē per omnia, prout superior testis, an valeat? & dicitur, q̄ sic, sed iudex potest mādare notario, q̄ extense scribat; sed si notarius est mortuus, dum dixit idem, quod supra, debet intelligi quoad consonantiam verborum, non autem quo ad intellectum, quia de intellectu testium notarius non potuit attestari, ita Io. And. in c. intelligentia de verb. signif. & Bald. in l. fi. §. in refutatoriis. C. de appell. Specul. autem tit. de teste. §. nūc tractandum ptęall. tenet, q̄ non valeat.

e ¶Quid scit. Pondera, scit, qa testis debet deponere de scientia sua, & sic concludenter, & propriè scientia est (vt inquit Philosophus) quādo quis scit reddere causam dicti sui, & sic de visu, uel auditu, gustu, odoratu, & tactu, ut plene prosequitur Speculator. d. §. nunc tractandum &. §. officium, & glo. in l. testium. C. de testibus. Sunt tamen casus, in quibus testimonium de credulitate sufficit, & Bar. dicit, limitando hanc regulam post gloss. in l. prima. §. item Labeo el. j. ff. de aqua pluia. arc. dicam latius infra in. §. statuimus in glo. ius commune. Sed non sunt proprie testes, sed largo modo, ut dicit glo. Item ualet testimonium ex iuris præsumptione concludens, puta, quia sum uicinus, nam præsumptio est de iure, q̄ uicinus, sciat factum uicini. l. octaui. ff. vnde cogn. & sic sufficit, q̄ testis deponat per tale quid, per quod perueniatur ad sensum corporis ex præsumptione, ita Bart. & doct. in l. i. ff. si cert. peta.

f ¶Expresse. Aliâs excipitur contra testem, q̄ confuse, ac obscure loquutus fuit 4. q. 3. cap. si testes versi. in testibus el secundo, fac. l. de ætate. §. nihil interest. ff. de interrog. actio. unde non valet, nisi dictum eius declaret, & iterum deponat extra eod. cap. cum clamor, quia graue est super re incerta certam ferre sententiam. xi. q. 3. graue & l. ubicunque de interro. action. ita Spec. in tit. de teste. §. i. uers. item q̄ testis obscure nu. 50. sed dic clarius, de mente glo. in d. c. cum clamor, & Abb. ibi, q̄ non necessitatur iudex iterum examinare testes, quia potest, si uult ferre sententiam absolutoriam rei, interpretando dicta testium contra producentem per tex. in c. in præsentia de probation. & reg. cum sint partium iura obscura de regulis iuris in sexto, ideo dicit Abb. q̄ expedit habere iudicem propitium.

¶Dictum

dixerit, dictum eius[a] scribatur in continenti, ante quam diuertat[b] ad alium actum[c] sub pœna uiginti quinq; librarū bononenorū dicto notario: & de ratione[d] sui dicti quæratur, & de aliis cōuenientibus dictis suis, uel iis super quibus deposuerit, & aliæ interrogatiōes fiāt, que in scriptis datæ fuerint, si per eū, qui interrogationes examinauerit, nō fuerint cancellatæ: quæ in continenti & sub prædicta pœna scribantur, ut supra. ¶ Et teneatur ipse examinans[e] seu recipiēs scribere propria manu omnia uerba testis, nec possit, uel debeat alteri cōmittere[f], nec sub breuitate, uel sū matim eos examinare, & sic in scriptis recipere: sed seriatim teneatur (antequā testis discedat inde) de uerbo[g] ad uerbū eius dictū, prout deposuerit, in scriptis redigere. ¶ Et si aliter[h], uel alio tempore facta fuerit examinatio, uel depositio testis, scripta, uel extensa nō ualeat ipso iure. Nec possit in prædictis aliquem coadiutorem habere, nisi fuerit de partium, uel Iudicis uoluntate, sub pœna cuilibet notario recipiēti, et examinā ti pro quolibet capitulo, in quo contrafecerit, decem librarum bononenorum ipso facto committenda, & Cameræ Bon. applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia parti læsæ.

¶ Prouidētes etiā, quòd notarius[i] actorum[k], præstito sacramento per testes

a ¶ Dictum eius. Idem Spec. in d. §. nunc tractandum versi. item super tali &c.

b ¶ Diuertat. Hoc propter labilem hominis memoriam l. pèregre de acquir. possess.

c ¶ Alium actum. Scilicet diuersum ac extraneum, de quo in simi. in l. cum antiquitas. C. de testam. in l. hæredes palam. §. si. ff. de testam.

d ¶ Ratione. Quia non tenetur semper reddere rationem sui dictu sponte, sed in aliquibus casibus. Si autem interrogetur, semper tenetur reddere rationem, aliàs non ualet dictum testis, habetur in l. solam. C. de testib. per Innoc. in c. cum causam ext. eod. tit. & Bar. in tract. de test. in §. testis causa sui dicti. Valeret. n. dictū testis, si diceret Titius mutuauit. x. Scio, quia hoc percipitur sensu uisus, idem si alio quolibet sensu. Si autem interrogetur, debet reddere rationem sui dicti, quia uidi, & sic de singulis, si autem deponit de his, quę solo intellectu percipiūtur, debet omnino etiā non interrogatus reddere rationem, vide etiam Lanfranc. in c. quoniam cōtra in uerbo, testium depositiones, uersi. quæro. xiii. de probat. & si malam rationem reddiderit totū eius dictum uitiatur, uide Curtium tract. de testib. conclus. 41. & Soci. in tract. fall. reg. 401. incip. testis dicti sui.

e ¶ Examinans. Idest notarius, cui delegata est receptio &c.

f ¶ Committere & multo minus examen subdelegare, quæ intelligenda sunt de nudo ministro, & examinatore, non autem de iurisdictionem habente circa examiuationem iuxta glo. in clem. i. de off. deleg. quia electa est industria personæ, quæ non est delegabilis c. si. de off. dele. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis l. inter artifices. ff. de solut. & ideo dicitur, quod nudum ministerium non est delegabile, ita Lanfranc. in d. c. quoniā cōtra nu. 12. Sali. in l. apud eloquentissimum. C. de fide instru.

g ¶ De uerbo &c. Et sic etiam in vulgari sermone, vel alio idiomate suo, & ita utimur, quod est necessarium omnino, quando agitur de aliqua uerborū formalitate, quia si aliter, & aliter proferātur a testib. dato, quod in idem recidāt non sufficit. Ant. in c. nihil obest de uerb. signif. Curtius late in tract. cōclus. xi. uide Spec. dd. tit. &. §. nūc tractandum, uers. in examinatione ergo &c. & in. §. cautiorem, ubi nō potest notarius etiā scripto examine primi testis dicere, secundus testis dicit per omnia, ut primus, sed habet extendere de uerbo ad uerbum, prout protulit, uide materiā in d. c. nihil obstat de uerb. sign. ubi Abb. notabiliter.

h ¶ Et si aliter. Not. clausulam decreti annullatiui, ex quo forma inducitur, ut dicunt doct. in l. i. ff. de lib. & posth. latissime Brunus in tract. formæ sub rub. quando aliquid censeatur traditū pro forma col. i. & sequ. Et ista clausula refertur ad omnia superiora.

i ¶ Notarius. Cuius officium (commissione circumscripta) fuisset tantū scribere dicta testium, ut Spec. tit. de teste. §. nunc tractandum, uersi. licet autem dixerim per Innoc. ī c. cū Bertoldus col. ii. uersi. ad off. de re iud.

k ¶ Actorū. Hoc est, quod not. Abb. in c. quoniam cōtra nu. 30. de prob. quod notarius causæ potest deputari ad officiū receptionis testium, & sic vti duplici officio ī ead. causa, concord. etiā not. per eund. in c. ex literis col. pen. eo. tit. quod dictū ipse intelligit procedere, ubi deputatur, ut nudus minister, & seu examinator absq; iurisdictione aliqua, quia duo officia, ut incōpatibilia nō possent in una persona concurrere, & nihilhominus deputatus ad examinandum potest interrogare super connexis, & contingentibus Ias. in l. eius iurisdictio nu. 8. de iurisd. om. judi.

¶ Coram

coram Iudice[a], uel officiali: qui de causa cognouerit congruo loco, modo, & tẽpore, præstito sacramẽto, si hoc iudici, uel officiali ex aliqua causa[b] uideretur[c] posſit ipsos testes iuratos recipere, & examinare etiã dicto Iudice, uel officiali absente, & omni loco[d], & tempore etiã feriato, seu solemni. Alius[e] uero Notarius testes prædictos recipere. seu examinare non posſit, aliquo modo, loco, uel tempore, nisi[f] sibi committatur, a nostro statuto, uel a Iudice, uel officiali in casu eidem per nostra statuta, uel de iure permisso, uel de partium uoluntate[g], uel ipso notario actorum ex aliqua causa uerisimiliter[h] impedito[i], arbitrio iudicantis[k], uel ipsis partibus[l] discordãtibus datis suspectis à partibus,

a ¶Coram iudice. Quia si corã iudice facerẽt, ipse iudex dicitur deferre, cum sit præsens secundum Bar. & Bal. in lectura antiqua in l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iuran. & Ant. de Butr. in c. tuis de testib. facit l. si procuratori præsentis. ff. de verb. oblig. & l. falsus §. si ii, de furtis. Non ergo secundum nostrum statutum potest iudex committere iuramenti delationem notario, nec forte de iure, si credimus Lanfranco in c. quoniã contra falsam num. x. de probat. citando gl. sing. in l. hac consultissima. §. fi. C. de testa. quæ glo. non dicit hoc, sed tantum, ꝙ notarius de iure non potest deferre iuramentum. Non negat autem, quin iudex posſit demandare, sed tamẽ tenetur, ꝙ de iure posſit committere iuramentũ in his casibus, in quibus committere potest examen, ut in d. §. not. Sed certe quomodo potest seruari statutum hoc, vbi transmittendum esset iuramentum ad egregias personas, vel absentes, ad quas iudex accedere nõ posſit absq; dedecore. l. iubemus. C. de episc. & cler. & per not. in d. l. hac cõsultissima. §. fi. ꝯuidetur ergo, ꝙ statutũ debeat restringi, qñ testes erãt præsentes in ciuitate, nec haberent aliquam dignitatem, vel aliquo iusto impedimento detẽti.

b ¶Causa. Certe (vt ait Spec. §. nunc tractandum præall.) iudex hoc officium, in quo tota vis consistit causæ, notario non committat, sed per seipsum examinet, vt. ff. eod. l. iii. §. diuus. Ideo oportet, vt adsit causa aliqua, & causa potest esse, vel absentia testium, vel dignitas, vel multitudo negotiorum, vt dicit Saly. in authen. apud eloquentissimum. C. de fide instru. & Fely. in c. licet causam nu. 57. de testib. Et si constaret, ꝙ sine causa committeret, posset appellari a tali iniusto arbitrio iuxta tex. cum glo. in l. si qua pœna. ff. de verbor. signif. not. in c. super his in glo. arbitrium, de probat. plene apud Alex. in l. videamus. §. deferre de in lit. iur. Vnum videtur teneri magis communiter, ꝙ præsumitur causa saltem ex multitudine negotiorum, vt dicit Saly. in d. authen. apud eloquentissimũ, & in auth. sed iudex. C. de episc. & cler. vt etiam refert, & approbat Alex. in d. l. hac consultissima. §. fi. nu. 4.

c ¶Videretur. Simile verbum habetur in l. iudices. C. de fide instr. quod quidem inter se perpendere debet, etiã parte non citata, seu consentiente, vt Ange. ibi declarat, & Fely. in d. c. cum causam, & Alex. in d. §. fi. d. l. hac consultissima, & hic probatur. Non tamen arctatur committere, si nolit, vt not. in. §. quoniam, & in. §. omnia in authen. de testib. Ange. in d. l. iudices, versi. attende tamen. C. de fide inst.

d ¶Omni loco. Scilicet extra iudicium, & diebus feriatis, quia sufficit iurasse tempore & loco congruo. Idem not. expresse Abb. in d. c. quoniam contra nu. 31. idẽ intelligendo de positionibus, & interrogationibus, & confessionibus recipiendis super eis, quod putat not. in practica, allegando sæpe citatã glo. in d. cle. i. de off. deleg. & quæ habẽtur in c. i. de feriis, dixi sup gl. & diẽ.

e ¶Alius. Quasi talis nullã penitus habeat autoritatem in causa illa, sitq; penitus, vt priuatus censendus, cum de iure ciuili cautũ videatur, ꝙ iudex non posſit demandare examen, nisi habẽti aliàs iurisdictionem l. iudices, cum auth. seq. C. de fide instru. vbi Bar. loco ergo iurisdictionem habentis statuentes elegerunt notariũ actuarium, alios excludendo. Alex. consi. 213. col. ii. lib. ii. per. l. in fraudem. §. quotiens. ff. de iure fisci.

f ¶Nisi. Nota has quatuor limitationes rationabiles quidem, & tertia est ibi, vel de partiũ voluntate, quarta est ibi, uel ipso notario actorum.

g ¶Voluntate. Quæ voluntas permaxime attẽditur in hac materia, vt Angel. deducit in authen. iudices. C. de fide instrumen. vbi dicit, ꝙ licet iudex committere posſit examinationem testium extra locum sine partium consensu, si modo cõmittet aliàs iurisdictionem habenti, tamẽ de partium voluntate potest commissio fieri etiam non habenti iurisdictionem, quod apparet, quia de partium voluntate testes examinãtur coram arbitro, & valet. l. fi. C. de testibus cum pluribus aliis simil. quæ videre poteris apud illum, & hic capias verbum fuerit assumptus, quod est in fi. §.

h ¶Verisimiliter. Cuius etiam assertioni standum est, vt habetur in c. pastoralis in glo. exonerare de off. deleg. & in specie de notario, Alex. consi. 34. nu. 5. lib. 4. incip. consultus alias.

i ¶Impedito. Fundata est hæc exceptio in materia. l. i. §. huius rei. ff. de off. eius cui mand. est iur.

k ¶Arbitrio iudicantis. Referas ad verbum fuerit assumptus.

l ¶Vel ipsis partibus. Abundat hæc dictio vel.

¶Præsu-

& extra numerum suspectorum fuerit asumptus. ℭ Et præsumãtur[a] testes de Iudicis uoluntate[b] examinati, nisi probetur contrarium, quæ commissio fieri non possit alicui minori uiginti quinque[c] annis, uel qui non sit de societate notariorum Ciuitatis Bononiæ. ℭ Dicimus[d] etiam, quòd attestationibus testium in quacumq; causa, uel instantia & coram quocunq; iudice, arbitro, uel arbitratore producantur ipsi testes, uel attestationes, & in quibuscunq; cartis scribantur, stetur, si notariorũ, uel notarii, qui testes receperint, titulum[e] & subscriptionem habuerint, ac si in publicam formam[f] redactæ fuissent. ℭ Statuimus etiam, quòd in qualibet causa ciuili possit deferri iuramentum ueritatis iis testib[9]: qui de ueritate deponere debent, seu de credulitate, si testes fuerint, qui secundum ius commune[g] de credulitate deponere debent; etiam feriato[h] tempore, quacunque ratione, & causa: & de mane, & post nonas, prout occurrerit: exceptis diebus feriatis in honorem Dei inductis, seu declaratis per nostra statuta. Et quòd iis diebus, quibus potest deferri sacramẽtum[i], ipsi testes possint citari[k],

credo, iniuncta ratione scientiæ sui dicti, ualet depositio, quia regulat dictum suum Bald. & Imol. in l. si seruus legatus. §. qui quinq;. ff. de leg. j. Sali. in d. l. testium, & etiam si testis dixerit, ni fallor, & concludentem rationem assignet ualet, Bal. in l. i. de iusti. & iu. per l. testium. C. de testib. iuncta l. si duo, de arbitris.

a ¶ Præsumantur. Maxime notario examinatore attestante commissionem sibi factam a iudice, esto, ꝙ idem sit, qui scripserit commissionẽ, & postmodum examinauerit, de quo articulo vide apud Sali. in l. apud eloquantissimum pręal. vbi firmat se in hoc post Bar. in l. ex sententia. ff. de testa. tut. vbi uide omnino distinctionem, licet nõ careat difficultate in puncto iuris, ut Alex. ibi deducit.

b ¶ Voluntate. Idest commissione, & delegatiõe.

c ¶ Vigintiqnq.. Cũ aliàs effici possit notarius, dũ modo maior sit 18. annorum, ut infra de modo creandi tabelliones. §. præterea, & ratio est hic propter magnã industriam, quã requirit examinatio testium.

d ¶ Dicimus. Videtur in aliquo derogari iuri cõmuni, de quo in l. fin. C. de testib. vbi pars, contra quam producuntur attestationes, potest petere, ut testes (si uiuant) examinentur.

e ¶ Titulum. Dicetur infra statuto seq.

f ¶ Formã. Non. n. ob id, ꝙ a notario scripta est, dicitur publica, sed necesse est, ꝙ in publicam formam redacta sit, ita Spe. tit. de instru. edit. §. nũc dicẽdum restat, in prin. allegat. c. inter dilectos §. rursus, de fide instru. potest etiã esse publica, esto, ꝙ notarius non scripserit, ut legitur apud Specu. habetur in c. quoniam contra falsam extra de probatio.

g ¶ Ius commune. Regulariter testis debet de ueritate testimonium ferre, & non de credulitate secundum Cy. in l. testium. C. de testib. sunt tamen plures casus, in quibus ualet dictum testis de credulitate, ut habetur, & notatur in c. de testibus de purg. canon. & in c. quotiens de testib. & in Spec. tit. de teste. §. i. uersi. item ꝙ deposuit, late per Mars. sing. 19. tu scis, & ĩ omnibus casibus, ubi de auditu alieno ualet testimonium etiam de credulitate, ut in dd. locis habetur, & præcipue tenebis menti, ꝙ licet sit necesse, ꝙ testis deponat de ueritate, tamen si deponit per uerbum,

h ¶ Feriato. Et est ratio, quia receptio, & iuramẽtum est de processu extra de probation. c. quoniam contra, & requirit causæ cognitionem glo. in clem. i. de off. delega. Alberic. in tracta. de testib. in iii. parte nu. 19. nisi forte, quando reciperentur ualetudinarii, & de quorum morte, & absentia diuturna timeretur, cùm tunc extraiudicialiter recipiantur, vt ext. ut lite non conte. quoniã frequenter Spe. in terminis, titu. de feriis. §. secundo uersi. recipi autẽ, semper tamẽ cum iuramentũ sit præstitum legitimo tẽpore, poterit testis dictum suũ quolibet tempore deponere, quia habetur pro recepto, cùm iurauerit arg. C. de testib. l. penul. Et examinatio non est iudicialis actus, imò secretò fieri debet exẽplo Danielis, ita Spec. eo. §. uer. quid si tũc, de quo meminit gl. ĩ d. cle. iudices de off. deleg. in gl. i.

i ¶ Sacramentum. Supra dixit, iuramentum, ex quo habes, quòd uocabula sunt synonima, ita etiã tenet Abb. in rub. extra de iureiur. ibi uide.

k ¶ Citari. Non tamen intelligas, prout plures imperiti dicunt, ꝙ non aliter ualeat dictũ testis, nisi citetur, gl. est sing. ĩ l. post legatũ. §. his verò. ff. de his quib. ut indig. tenet Bal. ibid. & Bal. in l. p̃sbyteri. C. de episc. & cler. vnde sufficit, ꝙ sit productus a parte, non. n. debet seipsum offerre, quia non careret suspicione. l. quæ omnia de procur. Lanfranc. in c. quoniam contra, in uerbo, testiũ de probat. nu. 5. Vnde intelligas hoc loco citationẽ fore necessariã, quando nolunt testificari. c. ii. ext. de testib. cog. l. si qñ. C. eo. vide ad prædicta Alb. in eo. tract. in 3. parte versi. nunqd testis.

Citatio

& pignorari[a]: & omnis citatio[b] partis, & iuramenta testium, & alia oppor tuna in præmissis fieri ualeant, et possint. Et prædicta etiam intelligantur in causa mixta[c].

DE INSTRVMENTIS[d], ET actis[e] in scriptis redigendis, et ipsorum copia[f] facienda.



STatuimus, et ordinamus, quòd quilibet notarius de societate notariorum ciuitatis Bonon. singulo anno habeat, & habere debeat unum librũ

a ¶Pignorari. Quia testes cogendi sunt regulariter ad veritatem propalandam, etiam cum multæ indictione, vt argum.ff. si quis ius dicenti non obtẽp.l. vnic. vel captis pignoribus ad exemplũ tutorum satisdare nolentium; quorum officium publicum est munus, sicut testium argum.insti. de satisd. tutorum §.fin. Hostiens. in summa de testibus cogendis in fin. & Abb. in c. dilectorum nu.primo ext. de testib. cogẽdis. habetur de iure nostro ciuili in l.si quando C.de testib.

b ¶Citatio. Quæ necessaria est, ad vidẽdum recipi, & iurare testes, vt est tex.in c.ii.de testibus.& in l.Iudices C.de fide instrumen.l.generaliter §. iisdem C.de reb.cred.& l.si quando C. de testib. & fit citatio ad videndũ iurare testes, non autem, vt intersit examini, quia secretò debent recipi, & clam parte ca.1.de test.vbi glo.in verbo audire, no1.etiam in l. curent.ff. de testib. Et nota vnum, ꝙ notarius deputatus ad examinandum tantum potest partem citare, tanquam illud sit præambulum necessarium, ita Anton. in cap. constitutus.5. col. per illum tex.de appella.vide tamen Fely.in c.5. de testib.vbi ponit 54.fall.in quibus non requiritur citatio partis. Et quot citationes requirantur, an vna, an peremptorium, est satis disputabilis articulus; tamen verior videtur opin. ꝙ vna sufficiat absq; peremptoria, quia nõ agitur de magno præiudicio, & quia sumus in medio causæ Fely. latè in d.c.1. versicu. extra glo. De aliis autem citationibus, ꝙ possint quolibet tpe fieri, dixi supra in statuto de modo citationum in §. prouiderũt in glo.omni tpe, & seq.

c ¶Causa mixta. Scilicet ciuili, & crimi. de quo vocabulo est tex. expressus in c. tuæ, de procurator. habetur per Anto.de Butr.in rub.de iudi. & Alexand.meminit consil.76.viso processu lib. 5.vbi declarant esse, quando pœna partim applicatur parti, partim applicatur fisco; ideò secus esset, vbi pœna esset merè criminalis, dixi in rub. supra de iure redd. in glo.ciuilibus.

d INstrumentis. Scilicet publicis. Nam duplex est instrumentorum species, altera publica; altera priuata, seu domestica l.instrumenta C.de probatio.& quidem propriè secundum Bart. in l.1. C.de iur.cal.propter allusionem, subdens, ꝙ propter communem usum loquendi appellatione instrumenti, non intelligatur de priuata; quia nullus dicit se habere instrumentum, quando habet scripturam priuatam, Roma.consi.23.incip.nescio quid dubitationis, & ita hic. Est autẽ instrumentum publicum, solemnis & ritè ordinata scriptura per autenticæ personę manum publicè causa memoriæ facta; dictum, quia instruit l.1. ff.de fi.instru. & sic propriè verificatur, tam de actibus inter viuos, quã morientium, de quibus in nigro, fac.l.2.ff.quẽadm.testa.ape.licet glos. ibi non bene gustauerit verbum, dicendo, ꝙ ibi stat largè. Et licet etiam largo modo testes cõprehendantur.l. nõ nonem §.instrumentorum ff.de verb. signifi. tamen strictiori modo hic sumitur, ita Spec.tit.de instr. edit.§.5. Largissimè autem habet alios significatus, glo.in auth.de instr. caut. & fide in rubri. Et quæ faciunt publicũ instrumentum, sunt nouẽ enumerata à Spec. d.§.1. Vide I.infrá.tit.de proba.c.qm cõtra vers. instrumentorũ productiones; & quot nominibus vocetur instrumentũ, tradit Spec.isto eo.tit.in princ.

e ¶Actis. De hac parte habetur in nigro infra §. ac etiam tenentur, & quæ dicantur acta causæ, videre licet in ca. quoniam contra de probation. vbi seriatim enumerantur. & de necessitate, seu substantia requirunt scripturam, non solum ad memoriam conseruandam, vt dicitur ibi, non sic contractus regulariter.l.contrahitur §.1.ff.de pign. Acta aũt sunt scripturæ, quæ fiunt in iudicio corã iudice l.acta.vbi glo.ff. de re iudi. Alex.in l.2.C. de eden. sumunt enim autoritatẽ à iudice, ideô non egent testibus.

f ¶Copia. Incipit tractari de hac parte infra.§. & de ipsis instrumentis.

g ¶Librum. Hic inspicias uerba Bal.in.l.nostram, col.ii.uersi.& hęc sunt notabilia.C.de testamen. quem refert, & sequitur Fely.in d.c. quoniã contra, col.v.in vij.not.& Fran.Curt. consi.lv. super processu, col.pen.uers. sed non omittendam censeo, & clarius Soci.consil.cclxxvij. ulsis, col.iii. uersi. quibus præmissis, uolu.ii. ubi adducentes Bart.in.l. Sempronius.ff. de leg.ii. dicunt, ꝙ de more, & stilo notariorum est, ut quando rogantur de aliquo instrumento, primo cõficiunt scripturam in vno folio, quod ponunt in aliqua filza, seu illam ponunt in bastardello, secundo loco scribunt eã extensè in vno libro, q vocatur liber extensorũ. Tertio loco ex tali libro extẽsorũ trã, scribitur publicũ instrũ, qđ solent dare partibus & illam scripturam, quam faciunt in d.libro extensorum, vocant originale, seu protocolum; licet etiam illa prima dicatur protocolum, seu originale. tamẽ quia mos aliquorum notariorũ est,

seu liberculum tantum, & non plures pro toto anno inchoando in Kalen. Ianuarii[a] cuiuslibet anni, in cartis papiri[b] qualiscunq; formæ uoluerit: in cuius liberculi prima carta debeat esse descriptus titulus[c] dicti libri, & numerus cartarum, & in suo liberculo sic intitulato de die[d] in diem, & sine aliquo spatio ordinatè, & successiuè scribere debeat

vt illa prima scriptura posita in bastardello solear lacerari, ex quo completè est scripta in libro extensorum; ideò quando solus dictus liber extensorum habetur, proculdubio vt ad protocolum recurrendum est. & quando scriptura prædicta bastardelli non est lacerata, potest etiam recurri ad illam, nisi sit cancellata, vt legi non possit. Latè deducit Parisius consili. 28. nume. 22. libr. 2. vbi omnino vide, modo intelligis verba istius statuti, quia iste liberculus erit etiã protocolum; licet statutum primam chartam vocet protocolum, seu imbreuiaturam. Vocari etiam potest matrix, de qua abundè Neuiza. consil. 26. nume. 45. vbi multas adducit autoritates, & demonstrat, quòd d. imbreuiatura recipit robur à protocolo, & protocolum fidem ab illa. Et quid si reperiatur imbreuiatura scripta in folio separato, ac in filza posito, an detur fides? Alexander consil. 153. videtur prima consideratione. col. ii. libr. 2. determinat non valere; Sed quid si sit insuta in protocolo ordinario suo? decidit Rui. consili. cxliiii. num. 9. lib. 4. ꝙ adhibenda est fides. coniungas, quę dicã infra in glo. abbreuiaturas.

a ¶ Kalendis Ianuarii. Hic est annus artificialis, quia incipit artificio hominum à tempore isto, & potest incipere alio tempore. Sunt enim, qui incipiant à natiuitate domini; sunt, qui ab incarnati verbi misterio, vt Florentiæ. Barto. in l. cùm hæres. §. stichus. ff. de statu lib. in l. ita vulneratus. ad. l. aquil. & in l. liberorum num. 15. Rota decis. 108. secundum &c. in nouis. Et ideò, si in hac ciuitate fiat mentio de anno, in dubio intelligitur â Kalendis Ianuariis, ita Gratus arguit consi. 131. lib. i. vide latius apud Cassan. consue. Burg. char. 81. in secunda facie. Alexand. in. l. de diuisione. sol. matri.

b ¶ Papyri. Appellatione simpliciter cartharum intelligimus de bombice, quod est idem, quod de papyro. l. librorum. §. quod tamen Cassius. versi. quid ergo. ff. de lega. 3. nam ibi etiam dicitur, quòd chartæ de corio animalium appellantur membranæ. Et nota, ꝙ non est necessarium, ꝙ liberculus ille sit de membranis; si tamen scriberetur in eis, non puto vitiari instrumentum; quia quod plus est, vtiq; tanti est. l. cùm furti. ff. de in litem iur. & argum. l. fina. ff. mandati. licet posset argui, ꝙ dat forma propter clausulam decreti annullatiui, vt in §. saluo. versi. aliâs, de qua dixi in pręcedenti statuto in prin. in glo. seu. Sed quid in autenticis instrumentis? de iure valet instrumentum publicum sic scriptum. Barto. in. l. in commodato §. sicut. in fin. ff. commo. allegat l. t. de bon. possess. secundum tab. & vide Bald. in l. donatio C. de donat. Angel. & Salic. in l. quoniam indignum. C. de testament. per illum text. Speculat. in titulo de instrument. edit. §. postremo, versicu. item ꝙ est scriptum, est text. in cap. cùm dilecta. §. nos igitur. de confir. vtili, vel inutili; sed de consuetudine, vel lege municipali aliud est, quod laudabile est, vt Speculator attestatur.

c ¶ Titulus. Hoc modo, vel simili. Hic est liber mei. N. notarii incohatus hoc anno 1560. die prima Ianuarii, super quo annotabo omnes, & singulas imbreuiaturas, de quibus rogatus fuero hoc præsenti anno., fac. l. si quis ex argentariis. §. si initium tabularum. ff. de edendo, vbi habetur, ꝙ & annus, & indictio est communis omnibus instrumentis positis, & descriptis in liberculo; licet particulariter non fuerit expressa in quolibet rogitu; sed hodie malè obseruatur hæc tam salutaris inuentio.

d ¶ De die in diem. Id est debet scribere super imbreuiatura diem ipsum, & si non scripserit, censetur sub eadem rogatus, vt nota. in d. §. si initiũ. Nota insuper, ꝙ debet continere instrumentum tempus rogati instrumenti, in authenti. de tabellio. §. fina. quod debet esse idem cum tempore celebrati contractus, si enim aliud esset, puta, quia ferret testimonium de præteritis, non valeret secundum Innocen. extra de cohab. cler. ca. tua, vt allegat Speculat. in titu. de instrumen. edit. §. breuiter versicu. sed pone, licet non inuenerim Innocent. hoc dicere; sed perfice ista ex his, quæ dicentur infra in gloss. rogatus. ibi, & caue quia potest notarius &c. Insuper aduertas, ꝙ cum actus, qui fiunt consensu partium, ita fieri possint de nocte, sicut de die, vt probatur in. l. non minorem C. de transact. & l. ad testium. §. posse ff. de testamen. nihilominus notarius in instrum. si dicat, actum tali die, & erat de nocte, instrumentum non redditur falsum; quia intelligitur de die naturali 24. horarum iuxta. l. moræ. ff. de ferijs, secundum Innocen. in c. consuluit ad fin. de offic. delega. Bald. Paul. Iason. & alios in d. l. non minorem. et si ignoraret, an esset transacta media pars noctis, vel ne; tunc posset dicere, Actum tali nocte, quæ fuit media inter talem dié, puta Mercurij pręcedentem, & Iouis subseq. Ias. in d. l. more. nu. 16. & ẽt Ias. met & quærit, quid si actus sit cœptus ante mediam noctẽ; sed sit finitus post, an debeat tunc apponi dies ꝓcedens, an sequens? quidquid sit, instrumenta de nocte sunt suspecta. Bald. in c. 1. col. penul. de fid. instru.

¶Abbre-

oēs abbreuiaturas[a], & protocola[b] quorumcunq; contractuum[c], instrumentorum, & ultimarum uoluntatum, de quibus rogatus[d] fuerit, uel saltē in eo mētionem facere de die, & contractu, & ultima uoluntate, saltem modo, & effectu quibus, & prout disponitur in statuto de registro instrumentorū. ℭ Saluo quòd prædicta non habeant locum in ultimis uolūtatibus secretis, nec in in-

a ¶Abbreuiaturas. Bal. in rub. C. de fide īstru. nu. ii. propriè sic dicit, sciendum est, ꝙ notarii conficiunt suas abbreuiaturas, & abbreuiatura, siue imbreuiatura est scriptura rei substantiam continens cum loco, & tempore debitis, & testibus necessariis, ideo si dicta, qa est quodammodo casus summarius. Et istam imbreuiaturam appellant plurimi matricem scripturā, & Cano. in c. cùm P. tabellio. de fi. instru. vocant notam, & lex appellat protocolum, ut d. authen. de tabell. §. fin. & sic sunt synonima, ut glo. etiam ibi uult, & secundum dispositionem d. auth. scribebant notarii, primum hāc scripturam in initio chartæ, deinde subiiciebant instrumentum extensum, sed dicit glo. ibi, ꝙ hoc ex consuetudine non obseruatur, quia in alia diuersa charta, uel quaterno fiunt huiusmodi rogationes. Et caue, quia etiam hoc protocolum est seruandum, nec lacerandū, ut multæ falsitates euitentur, ut inquit tex. in d. auth. §. fi. ex quo colligit Ange. ibi, ꝙ ubicunq; fides instrumenti uacillat, recurrendum est ad protocolum, & dicit Bar. in l. sempronius de leg. 2. ꝙ si esset contrarietas inter protocolum, & instrumentum, potius est standum protocolo. Et dicit Bal. in d. rub. de fide instru. col. 6. uersi. sed de tertio, ꝙ imbreuiatura facit fidem, si sit publica, nā perfecta est quoad solemnitates, & in eo, quo est imperfecta, videlicet quoad capitula accidentalia, puta, circa renunciationes generales, recipit iuris communis suppletionem, seu consuetudinis interpretationem. l. uerbum uolo. C. de fidei com. l. i. §. i. de hære. insti. Fuerunt tamen quidā, ut Nicol. Matthar. Bonon. qui contrarium dixit, sed Bald. restringit, ut loquatur in protocolo nō publico, de qua disputatione uide per Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. uidēdum restat. uersi. & nota, ꝙ tabellio. Lanfran. in c. quoniam contra falsam, in uerbo testium productiones nu. 12. de probat. habetur per Can. in d. c. cū P. tabellio. de fide instru. & per aliquos in l. contractus. C. de fide instru. Nam Abb. tenet, ꝙ ita demum protocolum probet, ubi cōtractus fuerit ibi extense scriptus, non autem abbreuiate, prout scribitur ex more notariorum, quia cùm multa possint intelligi sub illis abbreuiaturis, non est congruum, ꝙ fides adhibeatur, sed de facili tollitur hęc ratio ex supra adductis, unde nō recedas ab eo, quod supra dixi. Adde Dec. consi. 547. ubi omnino uidendum, & Anna. consi. 33. & Ant. de Butr. consi. 11. incip. IESV CHRISTI &c. est aduertendum &c. & omnino Curtium iuniorem consi. 162. ubi tenet posse leuari autenticum testamentum ex imbreuiatura, quę nō habeat signum notarii, & subscriptionem, annū, diē, & mensē, si cōstat, ꝙ sit eius manu: uide Pau. Castr. consi. cxi. visis & ponderatis lib. i. vbi uidetur dicere, ꝙ iudicis arbitrio est, an detur fides imbreuiaturæ extra protocolum, quæ non habeat subscriptionē notarii, & signum, adde Corn. consi. 70. lib. 4. & omnino Alex. consi. 153 videtur prima consideratione col. ii. & 3. lib. 2.

b ¶Protocola. Protocolū est vox græca significās primam scripturam, ita declarat glo. in auth. de tabell. §. fi. per illū tex. Et nisi præcedat protocolum, non potest publicari instrumentum, nisi forte per testes probaretur, ita Abb. in d. c. cùm P. tabellio in vltimo requisito de fide instrumentorum.

c ¶Contractuum. Id est instrumentorum contractuum, & vltimarum voluntatum, non. n. rogatur notarius de contractu, sed de instrumento, quia iam initus est inter partes, & ex partiū consensu stabilitus per ea, quæ dicam infra in glo. non valeant. Et faciunt not. per Bar. in l. si librarius de reg. iuris.

d ¶Rogatus. Requiritur, ꝙ notarius sit a partibus rogatus in auth. de tabell. §. non autem, aliàs non faceret fidem, Alex. consi. 152. nu. 8. lib. ii. ubi refert communem esse magis, ꝙ non præsumatur notarium fuisse rogatum, maxime si non appareat subscriptio illa, hæc est nota, & rogatio mei N. notarii &c. quā cauti in fine sui originalis ponūt, de quo vide dicta Doc. in l. sciendū. ff. de ver. obl. Et nunquid debeat esse rogatus ad instātiā vnius, an ambarum partium, Innocen. plenè prosequitur in cap. primo de fide instrumento. vbi dicit planum esse dicere, ut inspiciamus, an contractus sit vltro, citróq; obligatorius, an ex vna parte tantum. Subiiciens, ꝙ si actus non dependet a voluntate alicuius; sed a casu, ut natiuitas alicuius filii, tunc requiritur autoritas iudicis, aliâs instrumentum non probaret plenè, quod nota. Et caue, quia potest notarius scripturam conficere, etiam alia die, quàm rogatus fuisset: nisi fuisset de contractibus, qui exigunt scripturam, ut Alexan. declarat consi. 74. viso testamento numero. 7. lib. primo, & consilio. 93. in causa numero. 9. lib. v. Et habet notarius regulariter suam potestatem, secundum ꝙ a partibus rogatus est, vt in authenti. de tabellion. §. nos autem, & quod ibi notat: & notatur in. l. si ex pretio. C. si certum petatur. Alexan. consilio. 93. Repetitus numero. v. lib. vii.

strumentis procurationum, curarum, uel actoriarum tantum ad lites, & causas. ¶ Aliàs si dicta protocola in dicto libro, seu liberculo sic intitulato non fuerint descripta, uel de eis mentio nõ fuerit habita, modo, & forma prædictis ipsa instrumenta non ualeãt[a], nec fides eis adhibeatur, si prædicta eisdem opponantur, postquam per sententiam fuerint ãnullata. ¶ Saluo semper in prædictis, & infrascriptis statuto Registri, & quatenus aliter, uel ultra disponere uideretur: Cuius exceptionis probatio opponenti incũbat. ¶ Et notarius[b] ad ipsius opponentis instantiam compellatur per Iudicem, coram quo citatus fuerit, ad exhibendum dictum librum, seu liberculum abbreuiaturarũ, & protocolorum suorum illius anni, in quo dicatur ipsum instrumentum factum fuisse ad probationẽ prædictorum, si fuerit habitator ciuitatis Bon. uel eius guardiæ. Si uerò fuerit habitator Comitatus, uel extra, ipse notarius nõ cõpellatur[c] ad illud Bono. exhibendum, sed sufficiat illum per dictum notarium exhibere, cui iudex de causa cognoscẽs mãdauerit. & tũc eiusdem cõmissarii relationi de prædictis stetur, & credatur. Et si prædicta[d] per dictum notarium, data sibi cõpetẽti mercede[e],

a ¶ Non valeant. Nam cum liber sit confectus, in quo alia seriatim protocola scripta sunt, nec illud reperiatur, meritò nulla debet dari fides transumpto, licet autentica manu cõfecto, quàm uis reperiatur quædam extrauagans imbreuiatura, hoc est de mẽte Pau. Castr. in consi. 125. dubitatur primo, an comes, versi. 9. dubitatur, in secunda parte, ubi limitare: videtur illud dictum Nicol. de Matthar. & Bal. in rub. C. de fide instru. ut intelligatur, vbi liberculus nõ reperitur, quia potius presumitur casu amissus, & hoc modo intelligi debet decisio Bal. in consi. 464. dubitatur &c. lib. 4. sed vbi reperitur, nec habeatur in eo imbreuiatura, de qua agitur, certè non debet dari fides, refert Alexan. & transit in consi. 175. nu. 4. lib. 7. vbi longa congeries in materia per Mod. ibi. Et attende, quia licet inualidatum sit instrumentum ex dispositione statuti, tamen non intelligitur inualidatus contractus contentus in ipso instrumento, dummodo aliter quàm per instrumentum probaretur de veritate, ut probant Io. de Imol. Rapha. & Pau. Castr. in l. seruum filii. §. eum qui chirographum de leg. i. & Bal. in l. labeo. §. i. ver. quid si reus, de pactis, & Raph. in l. huiusmodi. § si ita cui, de leg. i. & consuluit Paul. Castr. consi. 75, incip. notandum est, ꝙ præfatum statutum, lib. ii. bene fac. l. si. cum his, quæ ibi signãter no. Bal. C. de falsa cau. adiec. leg. non enim dubium est, aliud esse instrumentum, aliud esse contractum, vt declarat Bar. in. l. si quis legatum in pen. col. ff. de falsis. Potest ex aduerso instrumentum esse validum, contractus autem nullus, vt per Fely. in c. venerabilis nu. 25. de excep. quærẽs an detur exequutio instrumento valido continenti contractum nullum, remittendo se ad Areti. in l. 1. §. si quis ita, vltima col. de ver. obli. post Bart. & omnes scrib. ibi. Et hic possent multa dici de virtute verborum, non valeant, an sit latę sententię, an ferendę; de qua materia abundè Tiraquellus in l. si vnquam, C. de reuoc. don. nu. 195. idest in 72. fall. sed non expedit, quia hic sumus in claris, ꝙ requiritur oppositio partis, & sententia annullatoria; ideo posset appellari.

b ¶ Et notarius. Idem dicit Spec. tit. de instrum. edit. §. videndum col. 2. versi. & nota, ꝙ tabellio per. l. argentarius. ff. de edendo, & per Lanfran. in d. c. quoniam contra, in uerbo instrumentorum productiones numero 18. extra de probation. vbi post Barto. in l. finali. C. de edendo dicit, ꝙ notarius puniretur de falso, qui non exhiberet protocolum, & dicit Bal. in tract. de tabellio. 8. q. ꝙ in testamẽtis cogetur ex edicto de tabulis exhib. fac. l. 3. §. perinde illo titulo, vbi propriè loquitur in tabullario.

c ¶ Nõ compellatur. Hoc inducitur propter periculum viarum, instit. de testa. §. sed & vnum.

d ¶ Et si prædicta, scilicet, A principio hucusque.

e ¶ Mercede. Idem Spec. in d. §. videndum, aliàs cogi non possent, & ita declarat glo. in d. l. argentarius, dum dicit, licet non data competenti mercede edere nollet, vide Dec. in c. 1 de proba. numero 40. qui dicit, ꝙ non habet locum in paupere, & dicit Gugliel. de cun. in l. si quis ex argentariis in princ. ff. de edẽ. quòd notarii possunt recipere duplicem mercedem pro instrumentis per eos confectis, scilicet vnam pro imbreuiatura; aliam pro extensione, allegat. l. final. C. de proposi. agẽ. in reb. lib. xii. fac. l. in sacris C. de proxi. sacr. scri. eodem lib. Et notarius potest etiam implorare officium Iudicis, vt sibi ista duo salaria præbeantur per iura allegata; sed ibi loquitur Guglielmus in notario actorum, de quo textus in cap. statutum §. notarium libro vii. Bald. in l. 1. C. mand. sed in notario instrumẽtorũ uidetur, ꝙ agere debeat

adimpleta nõ fuerint, ipse notarius ad interesse[a] parti læsæ ex omissionib[9] prædictis, & qualibet earũ præstãdũ teneatur, & per dictum iudicẽ cõpelli possit ¶ Et prædicta[b] ad alicuius notarii hæredes, uel successores non extendantur, nec in eis locum habeant ¶ Nec talis exceptio post mortẽ notarii de instrumento rogati fieri[c] possit, nec ualeat. ¶ Nec etiam fieri ualeat, ubi appareat nota contractus, & ultimæ uoluntatis denuntiata, posita, & registrata in registro Memorialium[d] ciuitatis Bononiæ, secundum formam statutorum dictæ ciuitatis, ¶ Volumus tamen, quod si dictus liberculus abbreuiaturarum pro toto anno non sufficeret, quod notarius ipsi liberculo áddere, & addi, & adiungi facere possit alias cartas necessarias faciendo eas cum dicto liberculo repaginari post primas cartas primò scriptas; Et post titulum dicti sui libri seu liberculi facere mẽtionẽ[e] de cartis superadditis teneatur, aliàs contractus, & ultima uoluntas in ipsis cartis additis non ualeant. ¶ Ac etiam teneatur quilibet notarius[f] de societate prædicta qui acta causarũ scribat, hẽro zornale,

beat ex locato, & videtur tacitè actum, vt soluatur secundum consuetudinem loci, & secundum prouisiones municip. Bar. in l. i. ff. de variis, & extraord. cognit. Bal. in tract. de tabellio. in ix. q.

a ¶ Ad interesse. In iure clarum est, ꝙ contra scribã agi oportet ad interesse, si pars eius facto, vel negligentia læsionem passa sit l. fi. C. de magist. cõurn. facit etiam l. fi. ff. si mens. falsum modum dixerit, & Bar. in l. imperator in fi. ff. de iure perso. vide Bal. latius in tract. de tabellio. nu. 57. versi. item sciendum, dixit ẽt Bal. in rub. C. de fide instru. referente Lanfranc. in c. quoniam contra in uerbo instrumentorum, ꝙ cum sit de consuetudine, ꝙ notarii faciant imbreuiaturas, poterit etiã puniri de falso, si non reperiatur apud ipsum, & poterit torqueri, facit ad prædicta glo. in l. i. §. editiones in gl. magna post medium, uersi. sed quo iure petitur eo. ti. Et cogita, nunquid si potuisset quis aliter probare intentionem suã per testes bonos, vel alie argumenta sufficientia, & noluisset, an cõpetat actio contra notarium? tex. in l. Argentarius. §. cum autem, prout inducit Pau. Castr. ibi. ff. de edendo probat, ꝙ non competit, quia potuit, & noluit idem si probauit plene p testes; tamen iudex tulit sententiam per iniuriã, vel imperitiam, ut fit aliquando, licet nec ipse Pau. audeat assignare rationem, cur ita sit.

b ¶ Et prædicta. Id est, si non sit facta mẽtio rogitus in libro illo debito modo, uel non exhibuerit, ꝙ teneatur ad interesse: quia non comprehendit hæredes, quia non sunt in culpa aliqua, ueruntamen est, ꝙ hæredes tenentur ad exhibendum scripturas, & protocola, si habent apud se, & si non exhibent, tenentur ad interesse, casus uidetur in l. si qs ex argentariis. §. cogentur, ubi in terminis Pau. Castr. ff. de edendo.

c ¶ Fieri. i. de nouo ĩtroduci. Hoc dico, quia facta cõtra notariũ (ut credo) exerceri posset pro interesse consequendo contra hæredes, quia ẽt pœnalis actio, quę non transit regulariter contra hęredes, perpetuatur lite tamen contestata contra defunctum. §. pœnales inst. de perpetuis, & tẽp. actionibus. & ibi not. & in terminis est pro his tex. & Bald. & Ange. inferunt ad notarium in l. finali. ff. de edendo, hic ergo uersi. nec talis exceptio venit ad maiorẽ declarationem præcedẽtis versi. & prædicta, & ambo idem dicunt in effectu, licet aliquando aliqui voluissent esse duos casus separatos.

d ¶ Memorialiũ. Magna est autoritas archiui publici, vt est tex. in authen. ad hæc. C. de fide instrumentorum. Felyn. post alios in c. ii. col. ii. versi. secundo limita extra de fide instru. & Innoc. in c. i. de procurat. verum est tamen, ꝙ non probat, nisi inter subditos, vt p Alex. consi. xvi. nu. 5. 6. & 8. lib. v. & 138. nu. v. lib. i. vbi ꝙ nec extra territorium probat.

e ¶ Facere mentionẽ. Faciunt in arg. ea, quæ ponunt doct. in l. si vnus C. de testa. & in l. i. ff. de his quæ in testam. delẽtur. §. i. dum dicunt, ꝙ bonũ est, ꝙ notarius in fi. instrumenti faciat mentionem de additionibus, quas fecit in margine instrumenti, aliàs dicerentur factæ sine die, & anno, ac aliis solẽnitatibus

f ¶ Notarius. Est necessariũ de iure, ꝙ notarius scribat acta causarũ ciuis si reperiri possit, aliàs poterit manu priuatorũ, scilicet duorum fidedignorũ, vt habetur ĩ c. qm cõtra de pb. imò ẽt fieri poterit scriptura manu propria partis cõfitẽtis, vel negãtis, & habebit vim publicę scripturæ Bal. in l. ne in arbitris per illũ tex. C. de arbit. Lanfran. in d. c. in verbo instrumẽtorum nu. ii. versi. adde ẽt, & notabis, ꝙ officiũ notarii scribentis potissimum circa tria cõsistit, primo vt vniuersa acta iudicii conscribat. Secundò, vt copiã tradat partibus. Tertiò, ut originalia conseruet, ut habetur de his infra, & ita pũctuali er notari dicit Dec. in d. c. quoniam contra in x. not. latissimè se extendẽs, quid nomine actorum veniat, ad ibi dicta te remitto.

ſeu librum[a] actorum, in quo libro acta ſucceſſiuè deſcribere teneatur abſq; aliquo ſpatio, uel interuallo cartæ uacuo ſuſpecto, prout[b] & eſſe debent libri zornales Mercatorum. Ita quòd aliquis actus non poſsit addi, uel deſcribi, quin appareat clarè fore additum. ¶ Ac etiã teneantur dicti notarii inſtrumenta, teſtamenta, & quaslibet alias ultimas uoluntates, de quibus rogati fuerint, cuiuſcunq; qualitatis, quantitatis rerũ, uel facti ſint, uel fuerint; ponere, & ſcribere in ſuis rogationibus clarè, & apertè[c]: ita quòd ſubſtantia[d], & uolũtas teſtatoris, & contrahentium[e] cõprehẽdatur contentorum in inſtrumentis, teſtamentis, ſeu ultimis uoluntatibus ſupradictis, cum pactis[f], & obligationibus omnibus realibus[g], & perſonalibus, terminis[h], renũtiationibus[i], & pœnarũ adiectiõibus, ſi quæ interueniſſẽt. ¶ Et eodem modo ponantur, & ſcribantur clarè[k], & extenſe atteſtationes, & acta quæcunq;, quæ fierent, & de quibus rogatus[l] fuerit in aliqua cauſa ciuili, uel

a ¶ Librum. Quilibet finito officio deponi debet ad cameram actorum, vt habetur in ſtatuto de officio D. Poteſtatis Bon. verſi. teneatur etiam ipſe Poteſtas &c. & ibi dixi.

b ¶ Prout. Nota ſimilitudinis, nã & doctores in pluribus locis arguũt de argẽtario ad notariũ, ut patet in l. argẽtarius, & in l. quædã. §. nihil intereſt. ff. de edendo, vbi Iaſ.

c ¶ Apertè. Id eſt extenſe, prout ſubdit verſi. & eodem modo. Vnde non ſufficit dicere &c. & ita Gratus conſi. 140. num. 21. lib. i. vbi omnino videndum circa interpretationẽ ſtatuti huius in terminis, niſi dixeris, ꝙ ſciuiſſent dicere extenſe, ſi uoluiſſent, ad l. vnica. §. ſin autem. C. de cad. toll. & quę ponuntur in l. qui filiabus, de leg. i. ſed aduerte, quia dicit, & eodẽ modo &c. & ſic viget interpretatio Grati, aperte. i. extenſe.

d ¶ Subſtantia. Licet ergo breuiter, & ſummarie ſcribatur d. abbreuiatura, nõ tñ omittẽda ſunt ſubſtãtialia fac. §. pen. & ibi gl. in auth. de tabell. coll. vi. & quod generaliter in alia materia dixit Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo ſummarie, vbi declarat, ꝙ illud verbum non excludit ſubſtantialia, ergo nec ipſe, nec alius notarius poteſt ſupplere ex poſt Io. And. in add. ad Spec. de inſtr. edit. §. oſtenſo verſi. quid ſi abbreuiatura, in verbo inſtrũ.

e ¶ Contrahentium. Ad hoc confert deciſio Bart. in l. admonẽdi in iii. q. de iureiur. ꝙ ſi in lib. notarii reperitur intitulatio, ſeu rub. alicuius cõtractus, deinde ſit dimiſſum ſpatiũ ad ſcribẽdũ, ꝙ nõ probatur contractus propter incertitudinem, niſi eſſet cõtractus, qui ſemper vniformis eſt apud omnes, vt promiſsio indemnitatis.

f ¶ Cum pactis. Scilicet extenſis, quia ſi reperiretur protocolum hoc modo formatum, Titius uẽdidit fundum Seio pro pretio. c. his pactis appoſitis, nec reperitur plus, non poteſt ſumi authenticum ex eo, quia conſtabat, ꝙ notarius volebat plus ſcribere, & non perfecit, ita Bar. in l. ſi is qui ff. de teſtam. per illum tex. Vbi ſubdit, ſi tamen notarius in protocolo in aliquibus partibus adiiciat dictionem, &c. quæ poſsit alias extendi ex communi ſtilo notariorum, vel iuris diſpoſitione, protocolum eſt perfectum, de qua doct. Bar. latius habetur per Mod. in l. admonendi in repetit. nu. 161. de iureiur. Lanfranc. in c. quoniam contra in verbo inſtrumentorum num. 14. adde Bologni. conſi. 30.

g ¶ Realibus. Vt hypotheca bonorum, pactum de ingrediendo, & ſimilia iuxta l. creditores. C. de pigno.

h ¶ Terminis. Quibus aliquid dandum, vel faciendum eſt.

i ¶ Renũtiationibus. Maximè extenſis, nam ſi in imbreuiatura continetur renuntiauit &c. non poteſt notarius, ſiue ipſe idem, ſiue alius apponere, niſi ea ſola, quæ ſunt de conſuetudine apponi, quia dictio, &c. hoc tantum importat l. gallus in prin. ff. de lib. & poſthu. & in. §. nunc de lege Spec. in tit. de inſtru. edit. §. oſtenſo, verſ. quid ergo. eãdem ponit q. Bal. in rub. C. de fide inſtru. in. 4. q.

k ¶ Clarè. Facit in arg. l. ſed & ſi pupillus. §. i. ff. de inſtitoria, & quod ibi glo. dicens, ꝙ clarè dicitur eſſe ſcriptum, ſi de per ſe intelligi poſsit abſque ſubauditione, & per hoc verbum non impeditur, quin per ziffras intelligibiles communiter confici non poſsit inſtrumentum. l. quotiens in prin. & ibi not. ff. hæred. inſtituen. not. Bar. & alii in auth. quod ſine. C. de teſta. & in l. ſed cum patrono. §. fi. per illũ tex. ff. de bon. poſſ. & Spec. tit. de inſtru. edit. §. inſtrumentum ergo verſic. Item apponitur ꝙ inſtrumentum ſcriptum eſt per notas &c. Alex. conſi. 190. plura narrata col. ii. lib. vi. vbi omnino vide, quia dicit, ꝙ notarius poteſt declarare ſuam imbreuiaturam, prout etiam dicit Ang. in l. imperator. ff. de ſtatu hominum col. ii. ſed verbum, apertè, quod ſequitur, videtur turbare, ſi interpretamur. i. extenſe, vt dixi poſt Gratum.

l ¶ Rogatus. Nota notarium rogari de actis, prout etiam de inſtrumentis, voluit Spec. in tit. de inſtru. edit. §. poſtquam verſi. fi. de quo fiet mentiõ infra in glo. in Chriſti. §. & cum illa, ideo & ipſa acta rogationes appellari poſſunt, vt etiam dicam in rub. ſtatuti ſequentis.

¶ Atteſtationibus.

mixta, aut coram aliquo arbitro, uel arbitratore. ¶ Et de ipsis instrumentis, testamētis, & ultimis uoluntatibus, actis, & attestationibus[a] facere teneātur[b] copiā[c], & in forma publica illā exhibere, & dare cuicūq; petēti[d], cuius interest[e], uel pro eo legitime uenieāti pro cōpetenti solutionē[f], tunc eidē facienda, secundū[g]

a ¶ Attestationibus. Copula inter genus, & speciē iuxta illud, dicite discipulis, & Petro. glo. in rub. C. de serui. & aqua. nā attestationes sunt de actis c. quoniam contra falsam de probatio.

b ¶ Teneantur. Quid si notarius negat se rogatum de instrumento, nec habere protocolum, an possit accusari de falso? Vide q. istam per Alberic. in l. contractus. ii. col. C. de fide instru. vbi considerat qualitatem temporis, vel etiam qualitatem psonæ notarii. Et nota, ꝙ aliud est, ꝙ possit notarius; aliud, ꝙ teneatur. De iure. n. tenetur edere eis, quorum vtilitas instrumento illo continetur, si modo rogatus est, vt not. in l. prętor. ff. de edendo, vbi Ias. constituit conclusionem, seu regulam, deinde ponit iii. fallen. not. habetur & per Decium in c. primo, nu. 46. de proba. Tamen bene potest notarius, si vult, postquam cōstat de Interesse alicuius tertii, facere copiam, nec peccaret in spiritum sanctum secundum Ang. & Alex. & Ias. in d. l. prætor in prin. allegat glo. in l. in fraudem. §. neq; instrumēta. ff. de iure fisci, in verbo edi, ꝙ si duo litigant in hac ciuitate, & quidam tertius priuatus habet instrumenta, quę faciunt in fauorem, licet non possit cogi edere, tamen si vult potest. Hoc autem statuto indistinctè probatur teneri ad edendum.

c ¶ Copiam. Et si est copia instrumenti, dicitur autenticum instrumentum, cum sit manu eiusdem notarii in publicam formam redacta. Aliqui uocant originale, eò quia originarius autor instrumenti illa conficit. ita Bal. in auth. si quis in aliquo col. ii. C. de edēdo, sed lato, & improprio uocabulo, & certo quodam respectu, non autem simpliciter, quia originalis scriptura est ipsum protocolum. Bar. in l. Sempronius Proculo. de leg. 2. clarius Bal. in l. publicati. pen. q. C. de testam. ut latè ponit Lanfranc. in c. quoniam contra in uerbo instrumentorum, nu. 7. extra de prob. & illud nullo modo debet egredi manum notarii rogati, & ita edi debet cum die, & consule, & aliis requisitis, ut not. in l. i. §. editiones. ff. de edendo.

d ¶ Petenti. Intellige toties, quoties peteret dicta acta, & in hoc differt ista ab editione instrumentorum, quæ non fit, nisi semel, nisi probaretur amissio, ita Pau. Castr. in l. veluti. §. hæc vox, vbi cōmuniter doctores. ff. de edendo, Alex. in l. ii. C. eodem tit. Dec. in c. i. nu. 54. de probatio. tamen tempera, vt habetur per Specul. titul. de instrumen. edit. §. postquam, versi. primo, & versic. sed nunquid. Alex. & docto. in d. §. hæc vox. Ias. in l. si quis. §. prætor ait in v. not. de eden. vbi duobus modis limitat.

e ¶ Cuius interest. Nam vel actio in factum, uel officium iudicis, quæ dantur pro editione, dantur in quantum interest, & si interest. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto, vbi Bar. declarat. ff. de edendo, fac etiam l. argentarius. §. edi. ff. illo tit. dum dicit, quæ ad instruēdum eum pertineant, & ideo ipsi legatario non editur, nisi particula legati cum institutione hęredis, quia hoc tantum ad illum dicitur pertinere Cy. in l. fin. C. de pręcib. Imper. offer. Bart. in rub. ff. de no. op. nunnia. fac. c. cū personæ de pri. lib. vi. ibi, & de articulis, de quibus controuersia extiterit, transcriptum tradere teneatur. Latè per Bar. in præall. §. edi. Exceptio autem, tua nō interest, est exclusiua in quolibet actu. Late Tiraq. in lib. retract. lignag. §. i. glo. ii. nu. 51. ideo dicit Dynus in l. i. quemad. testa. aper. ꝙ illa verba, omnibus, quorumcunq; &c. debent intelligi. s. quorum interest. Et nota simpliciter, cuius interest, quia hoc est de iure in actis, licet enim non sint facta ad instantiam petentis, sed in instrumentis aliud est, quia debent esse confecta ad instantiam petentis. Et quoad copiam actorum est bo. tex. in l. is apud quem. C. de edendo, quæ summatur per docto. ibi acta publica sunt edenda cuilibet pretendēti interesse, vbi tamen Alex. limitat nonnullis modis, & Dec. in c. i. nu. 53. de probat. ponit vsq; octo fallen. ordinatè, & succinctè, vide per te, & edenda sunt cum die, & consule, ut habetur in d. l. & in l. i. §. additiones. ff. de eden. vbi Bar. & in c. quoniam contra de probatio. tatio, quia eduntur a persona publica, ita Ias. in d. §. editiones colum. ii. quod intellige de actis edendis a notario, qui ea scripsit, seu successore. Si vero peterent a notario deputato archiuo publico, debent edi indistinctè cuicunq; petenti. Ita Ang. in authen. de defens. ciuit. §. præcepta per illum textum, vbi glo. dicit, ꝙ Bono. uocatur massarius ille, qui præficitur archiuo publico, aliàs camerlinghus.

f ¶ Solutione. Quæ facienda est a petente sibi exhiberi prædicta secundum doct. in l. is apud quem C. de eden. & Cardin. in clem. causam. 22. q. de elect. Fallit in copia libelli primi, quæ debet dari sumptibus actoris, vt est glo. in l. ii. in verbo oblatos de appella. Card. in clem. sæpe in prin. in 17. q. de uerbor. signif. Ita simpliciter dicit Rober. Maran. ubi supra, sed magis communis opin. est, ꝙ expensis rei debeat libelli copia dari, glo. & Bar. in authen. offeratur. C. de litis contest. Abb. in c. i. de lib. obla. ubi Fely. asserit cōmunē esse.

g ¶ Secundum formam. Vt quoad acta constat in statuto de solutionibus scripturarum notariis in officio constitutis, & quoad instrumēta, & testamenta, in statuto de salario, & mercede notariorum pro autenticatura, & registro instrumētorū.

¶ Arbitrio.

formam statutorum Ciuitatis Bononiæ, si de eo dispositum esse reperiatur: aliàs secundum formam statutorũ Societatis Notariorum, si de his statutũ haberent; aliàs arbitrio[a] Correctoris dictæ societatis, & an intersit, uel non, stetur declarationi iudicis, coram quo petitum fuerit, cum sacramento[b] petẽtis. ¶ Quibus testamentis, & ultimis uoluntatibus, ac instrumentis prædictis, actis[c], & attestationibus, & scripturis, saluis suprascriptis fidem plenariã[d] uolumus adhiberi, & dari, si erunt scripta manu notarii[e] de ipsis rogati, uel

quæ ipsi Vicario sufficere uidebitur, quòd ipsa scriptura fuerit, & sit de protocolis, & rogationibus dicti talis notarii: ipse dominus Vicarius citatis his, quorum ex ipsius scripturæ inspectione posset interesse, uel eis præsentibus pronuntiet, & declaret, etiam si sibi uidebitur nullo instante, uel petente, talem scripturā esse, & fuisse de protocolis, & rogationibus notarii, de quo ageretur: & huic pronuntiationi stari debeat, nisi contrarium probaretur. ❡ Et idem [a] intelligatur, seruetur, & fiat de rogationibus, & scripturis cuiuscunq; notarii Bononię absentis, & qui absens steterit a Ciuitate, & Districtu Bononiæ, saltem per unum annum in omnibus supradictis, quantum ipsis adaptari possit. ❡ Et quia in Camera actorum aliqui libri, & quaterni reperiuntur sine titulis, & nominibus eorum, qui ipsos scripserunt, ideo prouidemus, quòd notarii, & officiales, qui nunc sunt, uel pro tempore erunt officio dictæ Cameræ, teneantur præcise ipsos libros, & quaternos carentes titulis, & subscriptionibus prædictis, ac etiam compellantur ad petitionem cuiuscunq; producere coram Vicario domini potestatis Bononiæ, qui pro tēpore erit: Et iis sic productis teneatur ipse Vicarius summariè inquisitionem facere, & informationem recipere per fide dignas probationes, per quem, & quos scripti fuerunt, & quo tempore, & in quo officio, & per suam pronuntiationem debeat prædicta declarare, & huic tali pronuntiationi stetur, nisi contrarium probaretur. ❡ Et tali libro, & sumpto per Notarium Cameræ plena fides adhibeatur, ac si in eo titulus, & subscriptio notarii, qui talem librum, seu quaternum scripserit, apposita seu appositus fuisset: quæ pronuntiatio, & scriptura ipsius pronūtiationis scribi debeat in libro, seu quaterno prædicto: & ibi ponatur titulus de Mandato Vicarii, manu talis Notarii rogati de pronuntiatione prædicta, cum nomine Notarii rogati de tali libro prouisore, uel Registro, & cum temporibus & aliis, quæ conueniunt, & uidebuntur adaptari. ❡ Hoc autē statutum Corrector, & Consules Societatis notariorum conscribi facere teneantur in uolumine statutorū dictæ societatis, & singulis sex mensibus in consilio, uel corpore dictæ societatis perlegere, seu legi facere. Et nihilominus procurare, quòd dominus Potestas Bononiæ in Palatio dictæ Ciuitatis tempore iuridico, & per Ciuitatem Bononiæ cōtēta in hoc statuto faciat proclamari, saltē semel suo tēpore, ut horū notitia plenissima habeatur. ❡ Adiicientes, quòd nullus Cartolarius, Speciarius, Lardarolus, Merzarius, uel aliquis alius cuiuscunque conditionis existat, audeat, uel præsumat emere, uel alio titulo acquirere, uel radere, uel radi facere,

re, uel abolere, uel aboleri facere, uel lacerare, uel lacerari facere aliquas rogationes, uel protocola aliqua; uel acta, uel ſcripturas publicas, ſub pœna tali contrafacienti quinquaginta librarum bononenorum. Et quilibet poſſit accuſare, & denuntiare, & habeat medietatem condemnationis. Et per dominum poteſtatem Bononiæ de prædictis poſſit inquiri. ¶Ordinamus inſuper, quod quotienſcunq; decætero contingat inter rogationes, ſeu protocola alicuius Notarii defuncti, uel abſentis, ut ſupra, reperiri, & eſſe aliquam notā, ſeu ſcripturā, ſeu aliquas notas, ſeu ſcripturas alicuius inſtrumenti, uel aliquorum inſtrumentorum, ſententiæ, teſtamenti, ultimæ uoluntatis, ſeu alicuius alterius actus, ſeu contractus eius manu[a] ſcriptam, ſeu ſcriptas, & habētē, ſeu habentes annum[b], menſem[c], diē, locū[d],

abſentia, de qua ſæpe meminit ſtatutum. Neſcio ego deliberare, & magis tenerem hanc partem, tanquam prudentiorem, ne ſit neceſſe recurrere ad arbitrium iudicantis, quia, vt inquit philoſoſophus, Oportet rectè poſitas. ll. omnia determinare, & pauca reliquere iudicantis arbitrio. Bāl. in auth. niſi breuiores: C. de ſent. ex breui. recit.

a ¶Eius manu. Prout eſt neceſſarium de iure cōmuni etiam in protocolis. §. nos autem, & ibi glo. declarat in authen. de tabellio.

¶Annum. Scilicet domini noſtri Ieſu Chriſti, puta, 1561. qui in præſentiarum currit, vt habetur in glo. in auth. vt præponatur no. Imp. §. ſi quando, vbi dicit glo. ꝙ inoleuit hæc ſolēnitas ex quadam conſuetudine Italiæ, vnde ſi non apponatur non ualet. Quo uerò ad annos Imperii, uel papæ eſt potius de iure ſcripto per tex. in d. auth. ſed ſtatutum hoc non exigit in protocolis. Item dum gl. ſubiicit de annis incarnationis, loquitur ſecundum morem aliquorum locorum, in quibus incipit annus ab incarnatione, ut in c. in nomine domini 23. diſt in. Bononiæ aūt cōputamus annos a natiuitate domini in inſtrumentis publicis, ſecus in priuatis, quia incipit die prima Ianuarii, Et hic annus appellatur artificialis ad differentiā naturalis, qui a quocunque die incipit, dum, conſtet ex diebus 365. & horis ſex, qui ēt a Bar. in l. libellorum ff. de accu. vocatur annus legalis; tradit Caſſan. tit. des iuſtices &c. rub. i. §. 8. num. 4. Bart. in l. ſi quis §. ſi initium col. iiij. de eden.

b ¶Menſem. Hoc etiam habetur in glo. in l. generali, de tab. lib. x. fac. l. i. §. editiones. ff. de eden. & l. ii. §. diem. ff. quemad. teſt. aper. & l. optimam. in uer. die. C. de contrahen. vel committ. ſtip. & intellige de die, de quo notarius rogatur, non de eo, quo conficit inſtrumentum, ſecundum Spec. iſto tit. §. i. vlt. col. verſi. debet etiam inſtrumentum Bar. in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initiū verſi. 4. dixi. ff. de eden. Et. notatur diei, quo contractus concluditur, & ſi per plures dies tractatus duraſſet ſecundum Bal. in l. contractus 4. col. verſi. quæro de die. C. de fide Inſtru. & ſola concluſio eſt contractus. Nota, ꝙ menſis ponitur in locis ꝑallegatis, ut deueniamus ad cognitionē diei

tū ſi eſſet dies notabilis, non requireretur menſis ſecundū Bar. in d. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium verſi. quæritur quid de menſe. puta, ſi diceretur, actum Bonon. in vigilia natiuitatis domini, etiam ꝙ non diceretur. die vigeſimaquarta decembris.

c ¶Diem. ſ. Naturalē. 24. horarū, qui incipit etiam in inſtrumentis a media nocte l. more Romano. ff. de feriis. Et quando apponitur dies, non requiritur nomen diei, ſed ſufficit numerus dierū menſis, ut dicit Felyn. in c. i. col. 4. extra de fide inſtru. Et ſecundum uarias conſuetudines locorum vario modo qualificatur dies, vt Bar. dicit in. d. §. ſi initium, quia in aliquibus locis dicitur, puta, prima die intrante menſe martij, qui craſtina die incipit. Et ſimili modo dicunt de ſecunda die, de tertia, & quarta vſque ad dimidium menſis. poſtea dicitur die. 16. exeunte menſe martii. idem atteſtatur Spec. eod. tit. §. breuiter col. 3. verſi. poſt indictionem. Hic autem numerantur dies menſis ſimpliciter a principio vſque ad ultimū. Poſſunt etiam numerari dies per kal. non. & id. more antiquo Romanorum.

d ¶Locum. Nota ex hoc ſtatuto probari, locum neceſſario requiri ad perfectionem inſtrumenti, & huic correſpondet communis opinio doctorum noſtrorum, vt probbatur per Spec. in tit. de inſtru. edit. §. breuiter nu. 9. & in. §. inſtrumentum num. 5. vbi dicit, ꝙ alii dicebant, ꝙ potius erat de conſuetudine, cùm id nullo iure ſit cautum, ſed in ueritate locus contractus celebrati inſpicitur quoad formam conficiendi contractum, & inſtrumentū. l. ſi fundus. ff. de euictio. Bar. in l. cū ctoſ populos. C. de ſumma tri. & fide cat. Alexā. conſi. 150. nu. 4. lib. 7. conſi. 100. num. 15. lib. 3. & locus iudicii ſemper attenditur, vt in dd. locis habetur, & per eund. Alex. conſi. 164. nu. 3. lib. 6. Et pondera; quia dicit locum ſimpliciter, adeo ꝙ videretur ſufficere appoſitionem loci etiam generaliſſimi, puta, ſi diceretur, actum in Italia, vel actum in prouincia Lombardiæ, ſeu etiam ſi diceretur, actum in diœceſi, quod quidem non eſt credendum, eſſet. n. locus nimis indeterminatus: vnde videtur, ꝙ debeat poſſe potius verificari in loco non ita generaliſſimo, ſed generali, vt quia

ſi

et testes[a], si et prout[b]; et secũdum quód de iure requiratur, et etiam continẽtẽ seu continentes saltim effectum, seu substantiam, seu breue summarium talis sententiæ, testamenti, ultimæ uoluntatis, uel alterius actus, seu contractus, et illam, seu illas non esse subscriptas[c] per dictum talem Notarium, cuius manu scripta, et inter eius rogationes reperta fuerint, ut supra, uel etiam illam, seu illas non fuisse, nec esse completam, seu cõpletas, quo ad clausulas, et alia communiter in talibus instrumẽtis apponi consuetas, et consueta, uel esse subscriptam, sed non completam, seu subscriptas, sed non cõpletas, quod Notarius, qui iuxta et secundum prædicta haberet rogationes dicti Notarii mortui, uel absentis publicare illã, et illas extẽdere possit, & debeat, iuxta et secundũ quód sibi uidebitur fuisse de stilo talis[d]

si diceretur, actũ Bonon. in quarterio sancti Proculi; quanquam enim talis generalis inscriptio loci non sufficeret, tamen non uitiaretur instrumentum, sed fieret suspectum, undè uiribus careret, nisi producens adiuuet illum per testes. Quicquid sit de iure, consuetudo, & stylus notariorũ in hac ciuitate est, q nominentur saltem tria loca, & plerunq; quatuor, ad maiorem certitudinẽ habendam, puta, Actum Bonon. in parochia sancti Barbatiani, in domo D. Annibalis Monterentii I.V.D. Equitis, Comitisq; &c. in camera inferiori eiusdem. Qua consuetudine non obseruata instrumentum vitiosum esset ad text. in authen. vt præpo. no. Imp. §. fi. de qua materia vide legistas in l. optimam C. de contrah. & committ. stip. & in l. comparationes. C. de fide instr. & Canon. in c. abbate sanè, §. fi. de sent. & re iudi. & in data vi. libri. & Io. And. etiam in addit. ad Spec. in d. §. instrumentum, versi. quid si locus. & Ang. in cõsi. 220. ad hoc vt scriptura.

a ¶ Testes. Post locum Testes apponuntur, & hoc quandoq; per genitiuũ casum hoc modo. Acta sunt hæc in presentia Innocentii filii D. Annib. Monterentii, & Iulii ipsius Innocentii filii testium ad hæc vocatorum, & rogatorum, quandoq; per nominatiuum, vt interfuerunt Innocentius, & Iulius &c. quandoque per ablatiuum, vt præsentibus Innocentio & Iulio &c. Et licet tabelliones apponant testes fuisse rogatos, & uocatos, tamen regulariter de iure nõ est necessarium, nisi in certis casibus a iure expressis, quos prosequitur Spe. in tit. de teste. §. i. nu. 91. & gl. in auth. rogati. C. de testi. cõsuetudo aũt obseruanda est. Et nota, q intelligo testes inscriptos iuxta cap. ii. de fide instru. vt etiam per Abb. in d. c. i. in x. requisito, licet glo. in l. generali C. de tabul. requirere uideatur subscriptionẽ.

b ¶ Si et prout &c. Sed vltra supra enumerata, per statutum expostulatur in protocolis signum secundum aliquos, vt Accur. & Bart. in d. §. si initium. Item indictio, quæ est necessaria, vt habetur in authen. vt præp. no. Imper., quæ supponenda est post annos domini, vt dicit Spec. tit. de instru. edit. §. breuiter col. ii. versi. post annos, vbi ponit, quare, & vnde dicta est indictio, & quomodo inueniatur. Et quid si anni domini non concordãt cum indictione? vide Io. And. in data vi. lib. quas solemnitates si omiserit notarius, pœnam falsi non euitabit, ut est tex. in l. iubemus. C. de testa. vbi est glo. singularis, dicens q est præsumptio iuris, & de iure, contra quam nõ admittitur probatio iuxta not. in c. is qui, vbi gl. peregrina de spõsal. l. cũ allegas. C. de vsur. latissimè in tract. de errorib. notariorum c. 5.

c ¶ Subscriptas. Licet in authentico omnino requiratur subscriptio in diuidua eiusdem rogati de instrumento si viuit, vt est casus in authen. de instr. cau. & fide. §. si vero instrumenta, & §. si vero neq; adnumerator, ubi glo. in uerbo suppleuit, quæ exponit. i. subscripsit, & glo. in l. generali. C. de tabul. lib. x. Et formã subscriptionis ponit Spe. d. tit. §. i. ver. post testes, & de isto statuto meminit Alex. cõsi. 84. nu. 15. lib. vi. et Ang. in cõs. 220. ad hoc vt scriptura. Et quid vbi in protocolo reperiuntur cancellationes interlineaturæ, additiones, vel etiam diuersitas literarum? vide Alex. consi. 104. stantibus rebus lib. 7. vbi docet notarium, q debeat apponere dictas cancellationes, & interlineaturas in extenso eo modo, quo in protocolo reperiuntur. Præterea etiam facere mentionem de diuersitate literarum, ut per eundem latissime post Bar. in l. ii. ff. quemad. testam. aper. Idem Alex. consi. clxxiiii. nu. iii. lib. vii. Et quamuis aliàs scilicet consi. xiiii. nu. xvi. lib. vi. aliter dixerit, nihilominus non est sibi cõtrarius; quia diuersi sunt casus, ut ipse attestatur in fi. d. consi. ciiii. Vide Marsi. sin. ccccLxvi. quoniã multi, ubi allegat Io. and. in add. ad Spec. tenuisse, q in cancellatione debuit notarius originalis adhibere duos testes: aliàs nõ crederetur illi protocolo. Et refert Pau. Castr. in l. si unus, in fi. C. de testam. q ita obtentum fuit Bonon. Item intellige, nisi protocolum sit defectiuum in materia sui, ut quia dicebat. Titius uendidit fundum talem Sẽpro. pro. c. his pactis, uidelicet, &c. Nam tunc nõ potest sumi autenticum ex eo protocolo, quia cõstat, q notarius non habuit illud pro absoluto Bart. in l. is qui testamentum, uersi. & per ista. ff. de testamentis.

d ¶ Stylo talis. Primo, & ante omnia recurrẽdum

est

notarii mortui, uel absētis in similibus cōmuniter consueto, si de eo per alias eius rogationes sibi cōstare posit, aliàs secundum communem stylū[a] Notariorum Bonon. super quo stetur extensioni faciendæ per talē Notariū, qui eas publicare haberet, ut supra, & extensio per eum facta præsumatur secundum debitū stylū facta, nisi cōtrariū probaretur. Et apponere posit, & debeat etiā pecuniariā pœnā æquiualētē æstimatiōi, uel quātitati rei, uel facti in tali nota principaliter deducti, si talis actus, uel cōtractus fuerit, in quo ex cōmuni stylo pœna sit apponi cōsueta, uel dupli, si fuerit cōtractus dotis, uel uēditionis, et ex ea et eis instrumētū, et instrumēta sumere, publicare, et autēticare, et in publicā formā tradere, nō obstāte quod sub scripta, uel cōpleta non esset, ut supra. ¶ Et prædicta omnia, & singula supra in præsenti statuto disposita locum habeāt, & uolumus obseruari ēt in præteritis, si et quatenus ad ea posint cōueniēter adaptari. ¶ Adiicētes in super, quod si contingat aliquem Notorium quandocūq; decedere superstitibus filiis, uel aliis descēdētibus, seu aliis hæredibus pluribus ex testamento, uel ab intestato, inter quos sit aliquis eorū Notarius exercens artem, ut supra, quod omnes rogationes, notæ, seu scripturæ rogationum dicti Notarii defuncti spectent ipso iure, & pertineāt ad dictū Notariū hæredē, quo ad ipsarū cōseruatiōnē, extēsionē, & publicationem, ut supra dictum est. Si uero essent duo, uel plures ex dictis hæredibus notarii, tunc dictæ scripturæ & rogationes quo ad prædicta spectent ad seniorem[b], nisi aliter concordarent ad inuicem super prædictis, uel nisi per defunctum in casibus antedictis ex testamento, uel codicillis aliter appareret fuisse prouisum. quo casu uoluntas tastatoris debeat obseruari[c]. ¶ Si autem ex dicto tali notario defuncto extarent hæredes, qui non essent ipsi, nec eorum aliquis in Societate notariorum

est ad consuetudinem disponentis. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. i. declara tamen, vt stylus sit in verbis, non autem in sensu, quia non valeret instrumentum, si esset prę ter intentionem partiū iuxta dictum Bar. in l. i. ff. de iure codi. Latissimè in trac. de error. not. c. 4. Et ponderant hic aliqui, q hæc oīa uera sunt, vbi reperiūtur inter alias notulas protocola habētia clausulas p extēsum, attēto principio. §. Sed quo ad istud caput clausularum solitarum, procul dubio indistinte potest notarius alius apponere, ut supra dixi.

¶ Communem stylum. Id ergo, quod solitū est fieri, habetur pro apposito, vnde Bal. Ang. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscrip. dixerūt per illum tex. in illis verbis, pactis conuētionalibus, q procurator simpliciter constitutus ad vendendum potest in contractu venditionis apponere omnia pacta etiam pœnalia, & sic adiicere pœnam. vide circa hoc multa per Ias. in l. certi condictio. §. si nummos nu. 13. ff. si cert. petatur, & Moder. in c. cum M. Ferrar. de constitu. & vide Bal. in l. i. ad fi. ff. solu. matri. vbi q potest apponere expressam hipothecam in instrumentis dotalibus, loca sunt nota.

b ¶ Seniorem. Quia semper est ueneranda senectus. ff. de iure immunitatis. l. semper de qua materia plura scribit Tiraq. in tract. de iure primogenitorum in præfatione nu. 79. cū pluribus seq. & est in terminis tex. in l. fi. ff. de fide instru. vbi latius loquitur, & multum pertinet ad declarationem istius. §. inquit enim, Si de tabulis deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oporteat, semper seniorem iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminę, & ingenuum libertino præferemus. facit. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. ii. Sed non omittas uidere tex. i l. si quę sunt cautiones ff. fam. herc. vbi Iurecōs. alias qualitates considerat, & ibi glo. dicit, q illa lex determinatur per d. l. fi. Vide Bal. in c. si duo fratres, de fratribus de no. benef. inuesti. vbi dicit, q claues castri debēt remanere penes primogenitum, voluit Archidiac. in c. sancto. 50. distinct. & in c. tanta post principium 86. dist. Bal. & Aretī. in. l. procurator. C. de edendo. Et adde Bar. Cepol. in tract. de Imper. mili. deligendo. §. pro imperatore nu. 33. vbi dicit, q illud procedit in dubio cæteris paribus, quia præsumitur, q seniores sint magis idonei sed si contrarium appareret, non phiberetur iunior antiquiori præferri.

c ¶ Obseruari. Quę tanquam regina prædominatur. l. in cōditionibus primum locum. ff. de condit. & demonstrat. ideò appellatur à Barto. in l. i. col. iii. ff. de cond. indeb. forma substantialis testamenti, plura pro ornamēto per Ias. consi. 66. prima col. volu. iii.

formam ſtatutorum Ciuitatis Bononiæ, ſi de eo diſpoſitum eſſe reperiatur: aliàs ſecundum formam ſtatutorũ Societatis Notariorum, ſi de his ſtatutũ haberent; aliàs arbitrio [a] Correctoris dictæ ſocietatis, & an interſit, uel non, ſtetur declarationi iudicis, coram quo petitum fuerit, cum ſacramento [b] petẽtis. ¶ Quibus teſtamentis, & ultimis uoluntatibus, ac inſtrumentis prædictis, actis [c], & atteſtationibus, & ſcripturis, ſaluis ſupraſcriptis fidem plenariã [d] uolumus adhiberi, & dari, ſi erunt ſcripta manu notarii [e] de ipſis rogati, uel

a ¶Arbitrio. Cuius arbitrio etiam ſtandum eſſe videtur, ſi dubium eſſet, cuius expenſis deberet copia fieri, a. extra caſus à iure, vel à ſtatuto prouiſos ad. doctri. Bald. in l. generaliter. §. hic de præſentibus, poſt medium. C. de rebus cred. vbi dicit, ꝙ in dubio iudex habet arbitrari, cuius expenſis aliquid fiat. Adde Ioan. And. in additio. ad Specu. in rub. de inſtru. edit. col. ij. verſ. ad quintum reſpondet. Et ſi excesserit, corrector, poteſt appellari; quia arbitriũ boni viri electum eſt ad not. per Abb. in c. inter. nu. 5. de purg. cano. allegans not. in l. ſi qua pœna de verb. ſigni. et c. ſuper his de accuſ. ſecus dicit, ſi committeretur conſcientiæ, non tamen debet intelligi de conſcientia vulpina. Item ſi libero arbitrio. vide de hoc abundè apud Fely. in c. exceptionem col. ij. de excep.

b ¶Sacramento. De hoc, ſeu ſimili ſacramẽto habetur in l. theſaurus. ff. ad exhib. quod putat glo. ibi eſſe ſacramentum calumniæ; hoc expreſsius habetur in l. ſi quis ex argentarijs. §. exigitur. ff. de edendo, vbi tamen Ang. aliter videtur velle, quantum ad intereſſe probandum in hoc, vt nõ ſufficiat iuramentum; ſed quòd debeat conſtare ex ipſa ſcriptura; quæ petitur edi, vel ꝙ ſucceſſerit: ſed hæc opin. Ange. hoc ſtatuto reijcitur, & ſeruatur alia, ꝙ ſufficiat iurare de intereſſe, vt per Bar. in l. 1. ff. quemad. teſta. aper. vbi Alexan. Et limit. generales, quæ dantur in caſibus, in quibus alicui ſtandum ſit cum ſacramento ſcriptæ a Iaſ. inſti. de actio. §. ſed iſtę nu. 90. cum ſeq. etiam militant in terminis iſtis, prout ſi ſit homo malæ famę, vel ſi eſſet præſumptio in contrarium, vt per ipſum latius.

c ¶Actis. Octo videntur requiſita, vt acta probẽt, ac eis fides plenaria debeat adhiberi. Primo, ꝙ fiant parte præſente, vel citata, uel abſente per contumaciam. Secundo, quòd acta fiant altera parte inſtante. Tertiò, ꝙ fiant coram iudice, vel iudice mandante. Quarto, ꝙ acta ſcribantur per notarium actorum. Quinto, ꝙ acta ſint in iudicio publicata, maximè atteſtationes. Sexto, quòd ſcribantur, & recipiantur in die iuridica, regulariter loquor. Septimo, ꝙ fiant de die, non de nocte. Octauo, ꝙ inſeratur annus, menſis, dies, & locus, in quo celebrantur. Vide longam declarationem apud Maran. in 6. parte ſui ſpeculi §. De cimus actus.

d ¶Fidem plenariam. Hoc idem eſt de iure communi: creditur nanque inſtrumento ſine aliquo adminiculo, dummodo illud appareat ſine vituperatione aliqua, vt in authent. de inſtrum. caut. & fide. §. ſi verò moriantur, & extra de fide inſtrumen. c. ex literis, et c. inter dilectos, & fac. l. cum precibus. C. de probatio. vbi in dubio ſtandum eſt inſtrumento: & per Lanftanc. in c. quoniam contra in gloſſ. teſtium nume. 26. de probatio. & inſtrumentum dicitur probatio probata, & non probanda, vt inquit Bald. in l. quotiens in fi. C. de iudi. & manifeſtum dicitur eſſe illud, quod ex inſtrumẽto habetur Bar. in l. 1. in pri. 2. col. de no. op. nũ. & oritur præſumptio, ꝙ ſit uerum, & ꝙ ſit ſolemne. Bald. in. l. mater 2. col. C. de rei vendica. latè Alciat. preſump. 13. ſub reg. 3. & per Pariſi. conſili. 27. numero 21. volum. 1. cum alijs pluribus: vnde non eſt opus, quòd teſtes in eo deſcripti producantur, nec tabellio deponat dictum ſuum, imò etiam mortuis teſtib. & tabellione, adhuc fac. fidem plenariam glo. in l. ii. ff. quemad. teſta. aper. habetur per Innocen. in c. 1. & per doct. in c. ii. de fide inſtrum. veruntamen ſi in dubium verteretur, vtrum tabellio ſcripſerit; tunc debet requiri tabellio, vt deponat, vtrum ſcripſerit, ſeu rogatus fuerit: & ſtabitur dicto eius l. ſi quis decurio, de falſis. Et quanquàm dicat de plenaria fide, nihilominus probatio in contrariũ admitteretur d. l. cum precibus C. de probatio. c. tertio loco, et c. licet cauſam, de probatio. c. inter dilectos de fide inſtru. cum ſimil. licet alij multi fuerint, qui ſimpliciter dixerint, ꝙ vbicunque ſtatutum dicat de plenaria probatione, vel fide habenda, non admittatur probatio in contrarium; ſecus ſi dixerit de plena fide, vt inter alios maioris autoritatis eſt. glo. in clem. 1. in verbo, fuiſſe narramus, de probatio. quam ſequitur Anto. & Imol. dicentes eſſe not. & Alexan. conſi. 47. lib. 6. quorum tamen opinio confunditur ex multis deductis per And. Tiraq. lib. retract. lignag. §. 4. gloſ. 1. nu. 14. cum plurib. ſeq.

e ¶Manu notarij. Magna eſt autoritas tabellionis, quia æquiualet dicto duorum teſtium, vt habetur in d. c. quoniam contra in verbo, duos viros, vbi gloſ. dicit, ꝙ aliquando æquiualet tribus, vt. xvi. q. 3. Placuit. & §. is autem poteſt, dicam latius in ſtatuto de modo, & forma creandi tabelliones. Eſt enim tabellio perſona publica, vt habetur in l. orphanotrophos C. de epiſ. & cler.

¶Com-

eius, cui rogationes commissæ[a] reperirentur, uel scriptæ uel subscriptæ[b], prout in statuto ciuitatis Bononiæ posito sub rubrica, de Tabellionibus, qui possunt conficere instrumenta, cõtinetur, & fit mentio[c]. ¶ Teneatur etiam prædicta acta deposito pronuntiationis, seu sententiæ salario, exhibere & dare iudici[d], coram quo causa uentilatur: & etiã cuicunque consultori[e] ad petitionem[f] partis, retento[g] originali[h] penes se[i]; quod originale nemini tradere, uel exhibere debeat, sub pœna uiginti quinque librarum bononenorum uice qualibet, qua aliquod originale traderet, uel exhiberet, aut alteri commodaret: nisi forent instrumenta[k], uel acta[l], seu alia, quæ de iure producenti restituenda essent lite finita: quæ alteri parti cõmodari possint de uoluntate[m] producentis, & aliter non. Quæ pœna commissa sit, & exigi debeat cum effectu eo ipso[n], quod dictum tale originale reperitur penes alteram partium litigantium, uel eius aduocatum procuratorem, uel causæ prosequutorem, seu sollicitatorem, uel penes consultorem, nisi quatenus esset coram, uel penes iudicem, siue consultorem pro uerificatione, uel iustificatione copiæ inde sumptæ, uel extractæ. ¶ Et quilibet possit[o]

¶ Commissæ. De qua materia habetur latè infra statuto proximo.

a ¶ Subscriptæ. Necesse est, ꝙ notarius, qui commisit protocola sua, se subscribat instrumẽto ma-
b nu illius, cui commissa sunt, scripto, & exemplato; in qua subscriptione fiat mentio de impedimento, vt per Ias. post alios in l. quædam §. nihil interest. ff. de eden. Lanfranc. in verbo instrumẽtorum num. xi. d. c. quoniam contra.

¶ Mẽtio. In §. præterea.

¶ Iudici. Tex. est formalis in l. ii. C. de edẽ. nam
c
d dicit text. is apud quem res agitur, acta publica tam ciuilia, quàm criminalia exhiberi inspicienda ad inuestigandã ueritatis fidẽ iubebit. Et intelligitur scdm glos. ibi, vel actori, vel reo secundũ diuersas positiones. Et de exhibendis actis partibus est casus in c. quoniã contra circa medium, de proba. & latissimè Philipp. Dec. in c. 3. nu. 53. de prob. vbi ponit reg. & fall. hic tamen nihil dicit, de parte nihilominus supplendum est, prout de iure cauetur, & est de mente statuentiũ in variis locis.

¶ Consultori. Eodẽ modo, si transmittendus est
e processus, & acta ad superiorẽ; vt se informet; nam non cogitur magister actorũ mittere acta originalia, sed copiam cum fide, & originalia penes se retinere, ita Salyce. in l. fi. in fi. C. de relatio. subdens, ꝙ ita obseruat cõmunis practica.

¶ Ad petitionem. Adde etiam, ꝙ copia actorum danda est expensis petentis exhiberi acta iudici,
f vt dicit Card. in clem. causam quæ. q. 22. de elec.

¶ Retento. Quantum est ad iudicem, & consultorem, hodie videtur, ꝙ possint dari acta origina-
g lia, vt in statuto de processibus, & scripturis. §. ideo volumus &c.

¶ Originali. Casus est etiam de iure communi in sæpe citato c. quoniam contra circa medium,
h vbi etiam assignatur ratio scilicet, vt si super processu suborta fuerit controuersia, possit ex inspectione scripturæ veritas manifestari. Vnde dicit Alex. in l. ii. C. de edendo post Host. quem citat, ꝙ inter cætera iurat notarius de retinendis originalibus scripturis apud se; ideò infert, ꝙ originalia actorum non debent apud cameram actorum remanere, quicquid teneret Paul. castr. nisi forsè hoc fiat ex prouisione municipali, prout in partibus Italiæ reperitur, et etiam in hac ciuitate nostra, vt in statuto de off. D. Potestatis Bon. §. teneatur.

i ¶ Penes se. Hic sopita est altercatio, de qua in c. quoniam contra falsam, de probation. quia quidam volebant, acta originalia debere stare apud iudicem volente iudice; sed Abb. & cæteri tenẽt, quòd notarius est prçferẽdus; quia sua magis interest, vt per ipsum. Vide de hoc Lucã à penna in l. fi. in vltim. versic. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. & Ioã. And. in addit. ad Specu. in rub. de instrum. edit. versic. ad 6. responde.

k ¶ Instrumenta. Nõ sunt de actis, sed tantum ipsa productio, vt declarat Dec. in d. l. ii. C. de eden. 1. col. meritò sunt partibus restituẽda. finita cã.

l ¶ Vel acta. Nescio exemplificare, nisi in actis autenticis alterius iudicii iam finiti, vel pendentis; ratio est, quia prçsupponimus originalia & instrumentorum, & actorum extare penes notarius suos.

m ¶ Voluntate. Hoc ideo, quia potest etiam aliunde habere instructionem dictorum instrumentorum, vel actorum; petendo suis sumptibus dari sibi copiam; quia de his non datur copia, vt infra. De processib. & scripturis &c. §. & ad hoc.

n ¶ Eo ipso. Hæc est præsumptio iuris, & de iure; contra quam non admittitur probatio in contrarium, arg. auth. sed iam necesse C. de donat. ante nup. ita aliqui dicunt, dubitandum tamen est.

o ¶ Quilibet. Quid statutum in huiusmodi uerbis significet. i. an dicatur introductum publicum iudiciũ, vide omnino Bar. in l. 1. in q. fi. ff. de publ. iudi.

accuſare,& denuntiare,& habeat tertiā partem dictæ pœnæ, & totum reſiduū applicetur Cameræ Ciuitatis Bononiæ. ❡ Et cum illa in publicam formā redigere debuerit, teneatur in principio ponere,& ſcribere.; In Christi[a], ſeu Dei[b] nomine amen,uel æquipollentia[c] uerba. Ita tamen quod ex talium uerborum omiſsione ſcriptura aliqua publica[d] facta, uel facienda non uitietur[e]. Sub pœna cuilibet contrafacienti, ſeu ea facere omittenti quinque librarum bononenorum, uice qualibet Cameræ Bononiæ applicanda: & ad prædicta omnia cogi poſsit, & debeat quilibet talis Notarius per Correctorem prædictum, & dictum Dominum Vicarium, ac etiam iudicem Aquilæ,& per quemlibet alium officialem Ciuitatis Bononiæ, & per quemlibet,ſeu alterū[f] prædictorum, qui fuerit aditus ad petitionem prædictorum petentium[g], uel aliquorum pro eis comparentium ſimpliciter, & de plano,& ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & quibuſcunque iuris, & facti remediis oportunis. ❡ Et ut lites ſine ſuſpicione, & abſq; dubio fraudis procedant, Prouidemus, quòd in aliqua cauſa Ciuili excedente[h] ſummā librarum uigintiquinque bononenorum, aut quæ ſit rei, facti, uel æſtimationis excedentis ſummam prædictam, coram quocunque,& quibuſcunque agitetur, ferri non poſsit aliqua diffinitiua ſententia, niſi prius producto, &

iudi.qui dicit,ꝙ non ſemper, ſequitur, quilibet poteſt accuſare:ergo eſt delictum publicum, intelligendo ſtricto modo; prout in illo titu.largo autem modo dicetur publicum.

a ¶In Christi. Quia nihil boni poteſt ſuperædificare, vbi Chriſtus non eſt fundamētum c. cùm Paulus 1. q.pri. & alibi Pau.dicit, omnia quæcunque facitis,in nomine noſtri Ieſu Chriſti facite c. nō obſeruetis 26. q.7.et c. non dicatis 26. q.5.& vide Spec.in titu. de inſtru.edit.§.poſtquā verſ.ſi.qui docet formare exemplum actorū iudicialium,videlicet dicēdo. Hæc ſunt acta quædam habita inter partes infraſcriptas coram iudice,tali anno, tempore talis Papæ, quorū tenor talis eſt. Poſitis autem iſtis verbis ſubiungat. Ego.T. autoritate tali notarius prædictis omnibus interfui, & vt ſupra legitur autoritate,& mandato dicti iudicis hoc fideliter ſcripſi,&in publicam formam redegi, & rogatus ſigno meo ſignaui'. Et ſic vides, ꝙ de iure communi nō uidetur exigi inuocatio diuini nominis in exemplo actorū, ſed hoc fuit introductum à ſtatuto.

b ¶Seu Dei. Inquit enim alibi Iuſtin.omnia enim bene & competenter geruntur, ſi principiū decēs, & amabile Deo fiat, vt in authen. quo. opor. epiſc.§. nos igitur. & in auth.vt prępo.nom.Imper.§.ſi qua verò, ibi,& inchoetur mox autore deo.licet glo.exponat.i. in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,quæ nō eſt neceſſaria, ut Alexā. dicit in rub. de no. ope. nuntiat.col.v. verſi. non obſt.§. ſi qua verò &c. facit l. deo autore cum ſimil.C.de epiſc. & cler.

c ¶Aequipollentia. Vt in nomine ſanctæ,& indiuiduæ trinitatis.ſeu, in nomine patris, & filii,& ſpiritus ſancti amen.vel, vt dicit Iuſtinia.Magnū Deum,& ſaluatorem noſtrum inuocantes, vt authen.de armis in prin.

d ¶Publica. Etiam inſtrumenta.

e ¶Non vitietur. Sublata eſt difficultas doctorum in d.rub.de no.ope.nuntia.communis tamen eſt in veritate, ꝙ non vitietur quia dicitur hanc eſſe leuem ſolemnitatem, ſicut etiam eſt dictum à Bart.in ſimi.in l.ſi.§. ſin autem dubius C.de iure delibe.

f ¶Seu alterum. Fuit neceſſaria hęc declaratio, ne uiderentur omnes iudices cōiunctim dati ad l.duo ex tribus. ff. de re iudi.l.ſi in tres, de arbi. c.vno delegatorum. de off.deleg.

g ¶ Petentium. Scilicet quorūlibet de populo, & ſic, vel erit accuſatio, uel popularis actio;quia agitur de honore dei, & de publico intereſſe ad id, quod in ſimi. dicit Bar. in d.l.s.col.2.ff. de publ.iudi. vbi ponendo regulā,dicit, ꝙ in omni iudicio, quod non reſpicit offenſam certę perſonæ, quilibet de populo poteſt accuſare;exemplum, ſi dicat ſtatutum, ꝙ blaſphemans Chriſtū puniatur tali pœna per l.qđ ſenatus.ff. de iniur.

h ¶Excedente. Abinde infra reputātur cauſæ breuiores per ſtatutum noſtrum, abſq; eo, ꝙ attendatur qualitas rerū, uel vilitas perſonarū, ſeu arbitriū iudicis, prout dicebant doct.in auth. niſi breuiores .C. de ſent. ex breui. recit. In iure aliquando modica ſumma reputatur vſq; ad librā auri; aliquando vſq; ad x.lib.auri, vt not. glo.in auth.de inſtrum.caut.& fide, ī verbo attritiones. Nota igitur in cauſis minoribus non exigi proceſſum, nec libellum, nec ſententiam in ſcriptis; ſed oretenus poſſe tractari coram iudice,in ſimi. in authenti.vt iudi. ſine quoquo ſuffr.§.neceſſitatem,& ibi gloſ. notat alios caſus,quam videbis,& Specu.titu. de ſenten

tia,&

tia, & his, quæ ipsam sequuntur. §. iuxta propositionis versi. non valet etiam.

a ¶Registro. Seu potius regesto, ut Budæo placet in annotationib. ad pandectas in l. abesse. ff. ex quib. cau. maio. quasi rerum gestarum libro. Et dicit Innoc. in c. i. de procur. ꝙ scripturæ, in quibus gesta referuntur, appellãtur registra apud sedem apostolicam. c. cũm ex literis, versi. perspeximus, de in integr. rest. Hic autem registrũ dicitur illud autẽticum, quod sumitur ex originali scriptura actorum, quasi re. i. denuo reportatum. Alibi registrum sumitur locus, in quo scripturę reponuntur, quod idem est, ꝙ archiuus, glo. in rub. de prox. sacr. scri. lib. xii. & in l. iii. C. de agen. in reb. eo. libro. quæ dicit, ꝙ tria sunt scrinia, seu cameræ epistolarum principum. libellorum conuentionalium, item dispositionum, seu instrumentorum, & ea dicit esse Boloniæ.

b ¶Nulla fit. Adeo vt partes non possint consensu suo huic formæ cõtrauenire l. nemo potest. ff. de leg. i. l. ius publicum. ff. de pactis & faciunt, quæ ponit disputando, Spec. in tit. de sententia, & his, quæ ipsam sequũtur. §. iuxta, versi. quid de partium num. 15. vbi quęrit, nunquid possint partes consentire, ꝙ substantialia iudici omittãtur, vt libellus, litis contestatio, & simi. Alex. in l. si conuenerit col. ii. ff. de re iudi.

c ¶Originali. Barto. in l. Sempronius de leg. ii. dixi supra in prin. in glo. abbreuiaturas.

d ¶Remissione. Aliqui ex

ostenso autentico registro[a] processus, & actorum dictæ causæ per alterã partium principalium, uel litigantium scripto, uel subscripto manu Notarii actorum causæ prædictæ: de qua productione, uel ostẽsione apparere debeat apud acta notarii prædicti. Et si aliter lata fuerit nulla fit[b] ipso iure. Et ubicunq; registrum ab originali in aliquo discordaret, tunc originali[c] stetur, & non registro, inquantum originale prædictum in parte, in qua discordaret, appareat esse absq; interlineatura, remissione[d], uel cancellatione: aliàs registro, & non originali in parte prædicta stetur: Saluo sẽper statuto de erroribus Notariorum disponente. Et prædicta locũ habere uolumus in causis, & quæstionibus, tam principalibus, quàm appellationum pendentibus, quarum instantiæ nondum inchoatæ sunt, & in futuris. ¶Et idem quantum ad prædictam copiam, & exhibitionem faciẽdam intelligatur, & fiat de instrumentis[e], testamentis, & ultimis uoluntatibus, & actis, seu attestationibus ab alio Notario faciendis, seu scripturis; cui[g] rogationes alteri sint commissæ in formam publicam redigere, ut ipse Notarius, cui commissæ sunt, uel committerentur, dictam copiam, uel exhibitionẽ modo simili facere teneatur, & compellatur. ¶Item Dicimus[f], quòd heres cuiuscunq; Notarii, uel alius quicunq;, penes quem reperirentur aliquę rogationes[g], seu[h] acta talis notarii mortui, uel absentis, uel aliter impediti, etiam si cõmissæ non fuerint eidem rogationes prædictæ, seu acta, teneatur, & compellatur, ut supra, copiam facere rogationum prædictarum, & actorum cum cautela[i], ne dictæ rogationes, uel acta perdi ualeãt, uel corrumpi. ¶Adiiciẽtes[k], quòd aliqua acta causarum ciuilium,

ponunt. i. omissione.

e ¶Instrumentis. s. De cõtractibus, vel de testamẽtis, vel vltimis voluntatibus, & hoc modo supplẽdus est iste tex. quia, vt supra dixi, hæ omnes dispositiones redigi possunt in instrumentis.

f ¶Item dicimus. De intellig. huius. §. vide infra statuto prox.

g ¶Rogationes. s. Instrumentorum cuiusq; contractus, vel vltimæ uoluntatis.

h ¶Seu. Pro, uel, prout in fi. §. exprimitur.

i ¶Cautela. Forte vult exigendum esse cautionem ab hærede per correctorem de conseruandis actis originalibus, licet malè hic exprimatur, sed clarius in statuto seq.

k ¶Adiicientes. Multum præcise loquitur hoc statutum, quia de iure cõmuni aliud uidetur esse, nã ex his, quæ ponit Philipp. Dec. maximè uersus fi. in c. quoniam contra col. fi. de probat. dicẽdum esset oppositum, nisi sint acta, quæ ad sui essentiam requirant scripturam, ut libellus, & sententia, quia in cæteris scriptura nõ requiritur, nisi ad probationẽ. Ideo succedit regula. Quę possunt scriptura probari, etiam testibus. l. pactum quod bona fide. C. de pactis. l. in exercẽdis. C. de fide instr. imò in his, quæ requirunt scripturam, si sint deperdita probato casu, & probato tenore, late habetur per Bal. in l. gesta uersi. quæro nunquid acta iudicii C. de re iudi. & forte statuentes moti fuerunt illo dicto, quod Alex. monet consi. 74. uiso testamento col. 4. lib. i. dum dicit, ꝙ ubi sumus in loco insigni, ubi potest haberi copia notariorum, tunc

uel criminalium, procurationes[a], seu mandata, sententiæ[b], siue lauda, seu arbitramenta, aut compromissa, non possint per testes probari: & probatio facta per testes nō ualeat ipso iure, & ubicunq; actorum sententiarum, laudorū, seu arbitramentotum, testamentorū non secretorum, & aliorum quorumcunq; instrumentorū copia petatur super his, quamuis etiam inter alios facta fuerint, sufficiat[c] petenti iurare sua interesse, uel eius, pro quo petit. ¶Præterea, quia in dictis libris actorum causarum Ciuilium, seu mixtarum Ciuitatis Bonon. etiā debito modo intitulatis per Notarios, qui eos scripserint, utplurimum scribuntur relationes citationū, & cridarum, sequestrorum, mandatorum, tenutarum, & pignorationum, & aliorum per Iudices mandatorum, & commissiones[d] earum: nunquam, uel rarissime per ipsos Notarios describi consueuerunt: & mortuo tali Notario, uel eo absente, aut scribere præpedito, talibus relationibus non apparentibus mandatis, de iure nulla fides adhibetur: & hoc ad multorum præiudicium tendere posset: Ideo Decernimus, quod dictis talibus relationibus in dictis libris sic intitulatis, & scriptis plena fides[e] decætero adhibeatur, ac si commissiones, & mandata in debita, & solēni forma apparerent: & hoc locum habeat, etiam quando opponeretur de commissione, uel defectu commissionis, citationis, mandati, uel alterius actus in relatione de ducti. ¶Ac etiam uolumus, quod quotienscunq; apparerent acta, uel scripturæ alicuius sententiæ scriptæ, & seu rogaræ manu alicuius notarii ciuitatis Bononiæ, in qua scriptura fieret mentio de libello, qui in causa fuerit productus, esto quod iste libellus non appareat in ipsa scriptura registratus: attamen si ipse libellus cum eius productione scripta manu dicti notarii appareat in filza, uel alibi, possit per notarium, cui tales scripturæ commissæ forēt, ipsa sententia, seu scriptura cum libello[f] tali extendi, & publicari, perinde ac si ipse libellus, seu petitio in ea, de uerbo ad uerbum foret descriptus. ¶Quæ omnia & singula supra disposita firma remaneant, & obseruari debeant, dum tamen nō ad ersentui[g]; seu sint

tunc acta non possunt probari testibus. Item acta facta coram arbitratoribus possunt probari per testes Bar. in l. societatem. §. arbitrorum nu. 27. pro socio.

a ¶Procurationes. Hæ non sunt de actis, licet in actis factę sint, quia non omne, quod in actis scribitur, propriè est de actis, sunt. n. propriè de actis, quæ pertinent ad expeditionem causæ, nec aliter fieri possunt, nisi coram iudice, ut ad sentētiam perueniatur, ut habetur per Dec. in c. quoniam contra nu. 19. uersi. retenta tamen communi opi. de probat. largo tamen modo hæc omnia sunt de actis, & uidetur approb ata hæc opi. ultramontanorum, de qua in l. non solum. §. q alieno. ff. de procu. cōtra quā Bar. tenuit, & gl. ac Abb. in c. i. de procu.

b ¶Sententiæ. An sententia sit de actis, uide per Abb. in d. c. quoniam cōtra, & ibi Dec. xi. not. cōmunis opi. est, quod sic.

c ¶Sufficiat. Quantū est ad acta, de iure planum est, quod edenda sunt cuilibet, cuius interest, etiam si non sint partes, ut habetur per Bart. & Alex. in l. i. §. editiones. ff. de eden. per Dec. in c. i. nu. 53. de probat. uersi. circa secundam q. ubi poni plures limitationes, ad quas te remitto. Quantum est respectu instrumentorum, de iure communi uidetur, quod nō sit dāda copia, nisi sint confecta mandato partis petentis, uel eius, a quo pars habet causam, & contineatur utilitas eius in eis, Ang. post glo. in l. prætor. ff. de edēdo Dec. in c. i. nu. 47. uersi. secundo principaliter extra de probat.

d ¶Commissiones. Quæ de iure sunt necessariæ. l. fi. C. de exhib. reis cum ibi not. dixi supra in statuto, de modo citationum.

e ¶Plena fides. In istis casibus.

f ¶Cum libello. Nam iudex debet facere mentionem de libello saltem summatim, ita Spec. in tit. de sententia. §. qualiter, uersi. cæterum, & in tit. de relationib. §. i. uersi. auditis.

g ¶Non aduersentur. Fuit necessaria hæc pars, quandoquidem statutum posterius cēsetur corrigere anterius sibi contradicens, & si eodem tempore confirmata sint, ut per Cyn. & alios in l. ii. C. de

testa

ftare.&Ange.in l. inciuile ff.de legi.Alex.confi. cxli.nu.iiii.lib.ii.dixi aliàs in gl. vltima rubricæ ftatutorum.

§.fed etiam.ff.de edendo.per l.fi quis ex argentariis in princ.ff.eod vbi cafus videtur. Et exponas, vel commorantis: vel pro, ideft, vt alibi etiam fit. C.de fund.patrim.l.fi qui a priorib. dominis lib. xi.&c.vnico.§.verum de ftatu regula.in vi. quod patet, quia ftatim fubiungit mortui, vel commorantis; & fic duos cafus tãtum facit in effectu. Morari autem eft, vel habitare, vel domicilium contrahere, vel longo tempore arbitrio Iudicis ftare. fac.in arg.Infti.de vfu,et habitat. §. primo. et l.tt. tius.ff.de fer.export.l.hæres abfens.§.proinde,verfic. at fi quo cõfiftit nõ iure domicilii &c. ff. de iudi.iuncta etiam l. Mæuia.§.vxori. ff. de annuis legatis,vbi propriè loquitur in eo, qui morari debebat cum vxore, feu ab ea non recedere, & dicit Iurifconf. Refpondi, non poffe abfolutè refpondere, cũ multa oriri pofsint, quæ pro bono funt æftimãda; ideoque huiufmodi varietatem viri boni arbitrio dirimendã effe. Et

a Rogationibus. Hoc verbum videtur comprehendere etiam acta, In quibus etiam rogitus incidit,ut probatur in ftatuto præcedenti in §.& eodem modo. in gl. rogatus. et de his actis fit mẽtio infrà in nigro i §. nulli quidem, in §. adiicientes, & in §. ordinamus,licet plerunq; in nigro accipiãtur rogatiões pro rogationibus inftrumentorum ad differentiã actorũ, ut in d.§.nulli quidem; & de his principaliter loquitur ftatutum; quia fcripturæ actorum originales debent fi nito officio, uel caufa reponi in camera,feu archiuo publico, fecũdum formam ftatuti de off.poteftatis §.teneatur. & de iure etiam cõmuni probari põt,ut latius ibi fcripfi.

cõtraria ftatuto modo infra pofito, fub Rubrica de Regiftro inftrumentorum, quibus cafibus, & quolibet eorum, quo fic in contrarium uideretur, & effet difpófitum, dictum ftatutũ Regiftri per omnia habeat locũ,&debeat obferuari.

DE ROGATIONIBUS[a] NOTAriorum mortuorum, & abfentium inftruendis,[b] & reficiendis[c].

Ne decætero accidat fcripturas[d], & rogationes, & protocolla Notariorũ mortuorũ[e], uel abfentium, & aliorum[f], quos mori, uel abfentes[g] effe, uel extra Ciuitatem, & diftrictum Bononiæ morari contigerit, lacerari[h], occultari, uel

b ¶ Inftruendis. Ideft ordinandis,Bologn. confi. xxx. col. pen. facit mentionem de hoc ftatuto, vide fi vacat, quia non multum refert.

c ¶ Reficiendis. Ideft extendendis. Nam propriè reficere eft in eadem forma rurfus facere.l.iii.§.re ficere. ff. de iti.actuq; priua.l.i.§. fi quis ædificium.de no.op.nuntia.De materia autem uerę refectionis tractat Spec.tit.de fid.inftru.§ poftquã.

d ¶ Scripturas. Hæc,& fequentia nomina pro eod. poni videntur, & fic alibi appellantur imbreuiaturæ,appellantur Schedæ,uel Notæ.Cy.in l.contractus,in §.fi.& Sal.ibi,in q.vi.C.de fid.inftr.vel dic.quafcunq; fcripturas ẽt in formã autenticã redactas,puta exẽplaria fumpta de protocolis apud fe pro fua cautela retenta,vt inquit Spec.in tit.de inftru.edit.§.poftquam verf.fi igitur.dicens multum effe vtiles notariis, q hoc faciant fi accideret inftrumentum partibus datum deperditum reficiendum effe.

e ¶ Mortuorum. Scilicet tempore huius ftatuti,vt differat a feq.verbis.

¶ Aliorum.f.Notariorum.

f ¶ Abfentes. Hæc litera non fat benè fonat; vnde dic,vel abfentes effe,vel commorari extra ciuitatem,et diftrictum.vbi enim abfens effet à Ciuitate duntaxat, in comitatu autem maneret, non habet locum ftatutum: quia nihil prohibet,quin pofsit notarius etiã deferre fuas rogationes in villam, vel fuos fecceffus, vt dicit Ang. in l. Prætor

attende tu, quia etiam ampliari debet ftatutum ad alium cafum. f.vbi effet notarius in ciuitate Bo non.tamen magno,& longo impedimento tenere tur,quominus vacare poffet cuftodiæ, et exemplationi rogationum, vt fic pro mortuo haberetur iuxta no.in l.gallus.§. Et quid fi tantum.ff.delib. & pofthu. & hoc ferè modò extenditur.c.cum P. tabello extra de fide inftrum.ut per Abba.ibi. co. prima verficu.item fi longo impedimento.

Nunquid autem prohibitus conficere inftrumenta pofsit proprias rogationes & imbreuiaturas non leuatas extendere ? & dic q fic fecundum gl. in cap.accufatus §. ad confcribendas in verfic.ad præmiffa de hære. in vi. & Speculat. in titulo de ftatu monach.§.i.verfic. xxvij. & Batto.in l.i.§.fi parnes.ff.de tabulis exhib.& Bald. in l.ij.in fi. ca. de feni.& interlocut. omn.iud.& in l.neque C. de oper.lib.& Ang.in l.prætor §.Is etiam ff.de eden. Caldari.in titul.de magiftr.conf.ij.& Saly.in l. fi quis de curio in prima col.C.de falfis, & quę dixi in propriis fcripturis forte fecundum Fel.in c. cũ P.tabellio effet idẽ dicendũ in leuante alienas.

h ¶ Lacerari. Quod quidem faciendum non eft, ẽt fi inftrumentũ teftamenti, vel contractus nullius foret momẽti,ad Bar.in l.ii.§.fi plura.ff.quẽad. tefta. aper.ẽt accedente partium confenfu, fac text.in authen. de tabellio. §. illud quoque. Alexand.in conf.lxxiiii.uifo teftamento nu.ii.lib.i.

ſecundum morem,[a] & conſuetudinem ipſius notarii principalis, Saluo quod ſi hæres[b] notarii mortui reperiatur notarius, & de Collegio notariorum Ciuitatis Bononiæ, illa retinere poſsit auttenticanda, reficienda, extendenda, conſeruanda, & publicanda ſine aliqua commiſsione,[c] & autoritate præſentis ſtatuti: dum tamen dictus hæres artem notariæ exerceat publicè: niſi ipſe hæres notarii ſuſpectus eſſet circa earum cuſtodiam, uel minus expertus in arte prædicta: de qua ſuſpitione[d] ſtetur declarationi dictorum Correctoris & conſulum, & maioris partis eorum. ¶Rogationes[e] autem, protocola, & ſcripturæ aliorum Notariorum quos abſentare, deficere,[f] uel mori contigerit extra Ciuitatem, uel diſtrictum prædictos: quilibet, penes quem remanebunt, uel reperiantur, ſiue hæres non Notarius, uel

Io. And. in præall. c. cum P. tabellio. quinq; requiſiuit; ſed Abb. ibi dicit, quod octo ſunt neceſſaria. Lanſiumè Afflict. in cõſt. regn. incip. Baiulos omnes nu. 58. lib. j. vbi numerat. xij. requiſita. Subdit Io. de Imola, quod communiter in practica non ſeruantur omnia prædicta; ſed tantum, quod hæres vadat ad Iudicem, & faciat ſibi dare licentiam redigẽdi inſtrumentum in publicã formam ex dictis rogationibus; & Iudex ſibi concedit: conſtito, quod ſibi ſint legatę, vel per hęredes cõceſſæ. qua licentia habita poſtea ad petitionem illorum, quorum intereſt, redigit inſtrumẽtum in publicam formam.

a ¶Secũdum morem. Præſupponunt ſtatuẽtes morem, & conſuetudinem notarii defuncti fuiſſe notam, cuiq; vel ſaltẽ huic tali extẽdẽti, nimirum, ſi poterit extendere abſq; Iudicis alicuius interuentu: & in hoc videntur cõcordare meo iudicio magis communiter ſcrib. tã in d. c. cum P. tabellio de fide inſtru. quàm in. l. gallus. §. idem credendum, ff. de liber. & poſthu. & in. l. argẽtarius i princ. ff. de eden. dum dicunt, quod notarius poterit facere extenſiones ſolitas, & in ſimilibus vſitatas ex ipſo protocolo defuncti: quia de ipſis tacitè videtur fuiſſe rogatus abbreuians. & ſentit Bar. in. l. ij. ad fi. prin. ff. ſol. matr. vndè ſi notarius defunctus vno modo ſolebat interpretari abbreuiaturas ſuas; & alio modo interpretatur conſuetudo; præponitur interpretatio notarij ſecundum Bal. in. l. fi. in vlt. col. C. de eden. & Ant. de butr. in rep. c. fi. de conſuet. Et ſi notarius ipſe non habeat firmum ſtylum, attenditur ſtylus conſuetus per ipſum in materia, de qua agitur, ex aliis inſtrumẽtis leuatis ab eo ſecundũ Bal. inſt. de emp. & vend. §. j. ad fi. per. l. reos. §. cùm in tabulis ff. de duob. reis. Et ſi variabit in eadem materia, attenditur vltimus ſtylus ſuus, ſecundum Bal. & Ang. in. d. §. item credẽdum, per. l. ſi mater & ibi vide Bal. C. ne de ſtatu defunctio. Et ſi d. vltimo ſtylo nõ apparet, recurritur ad ſtylum communem ſecũdum Bart. in. d. l. ij. in fi. prin. ff. ſol. matr. Hęc eſt theorica formalis poſita per Fely. in. d. c. cùm P. tabellio nu. 9. ex qua multum redduntur gloſſata iſta verba ſtatuti noſtri, vnde ſumi debet cõcluſio contraria, vbi non appareret ex iſtis coniecturis claris, quomodo notarius extendere deberet, nam tunc recurrendum eſſet ad Iudicem, ſeu correctorem, & conſules. Adde prædictus Alex. in cõſ. clxiij. viſis narratis col. vlt. lib. vij. & Rui. cõſ. cxliiij. nu. vj. lib. iiij. & multa, & propè infinita per Neuiza. conſ. xxviij. & quæ habeo in libro manu ſcripto ſignato litera B. cõclu. cxxiiij. Conſulo tamen conficientibus imbreuiaturas; vt dato otio, & quã primùm poterint, extendant ſuas imbreuiaturas: prout faciunt cauti, & diligentes notarij habentes librum ad hoc deſtinatũ, vt aſſerit etiam Imola in. d. c. cum. P. tabellio col. ij quia ceſſant tũc multę diſputationes, cùm ſtandũ ſit dicto ſuo, dummodo non ſcribat aliquid non veriſimile, vel contra iuris diſpoſitionem, probat Soci. conſ. 94. præſtantiſsimi, & iuſtiſsimi nu. iiij. vbi ſubdit ex mente Spe. quod ipſe notarius, ſicut poteſt quãdo videt ſe errаſſe, facere aliud protocolum, potius quàm apoſtillare primum, ita poteſt conficiendo autẽticum, addere verba, & minuere prout nouit mentem partium, quia ſic nõ dicetur protocolum correxiſſe, vt latius apud ipſum. Quod dictum eſt apud me notandum, vide, quæ ad longum ponit Bal. in conſ. 9. col. antepen. lib. 4.

b ¶Hæres. Subaudi, vel legatarius notarius, vt infra in. §. rogationes pro iſta æquiparatione eſt dictũ Bar. in. l. ſi quis ex argen. §. cogẽtur in fi. ff. de edẽ.

c ¶Commiſsione. Quia vt dicit Bar. in. d. l. ſi quis, eo. §. videtur ſibi à lege commiſſum, vt inde ſumat & conficiat publica inſtrumẽta, & ſi ſunt plures, omnes debent ſe ſubſcribere; cuius opinionem ſtatuentes approbant, licet communis opi. ſit cõtra Bar. quod etiam requiratur commiſsio Iudicis notario ſucceſſori, quia complere inſtrumenta eſt officium; officium autem non tranſit in ſucceſſorem l. cuius bonis. ff. de cur. furio.

d ¶Suſpicione. Miror, cur nõ repetierint, vel inexperientia, cùm ſit prorſus ead. ratio remittendi ad iudicium correctoris, vt in ſimi. j. §. corrector ibi, pro vt ſibi videbitur &c.

e ¶Rogationes. Hic. §. nihil noui apportat.

f ¶Deficere. Vt quia nõ ſint amplius ſufficiẽtes ad exercitium notariæ, vel priuati ſint officio, vel aliqua alia de cauſa vita tamen eis remanente, aliâs etiam pro morte capitur, vt in auth. de hęr & fal. §. hinc nobis.

extraneus fuerit, & tutor, curator, uel administrator talis hæredis infra decem dies, postquam defecerit, seu se absentauerit[a], &[b] postquam eas habuerit[c], ipsas rogationes præsentare, & producere teneatur dictis domino Correctori, & consulibus, ut supra, sub pœna librarum centum bononenorum applicandarum pro dimidia Communi Boloniæ, & pro alia dimidia dictæ Sotietati, Et quas rogationes, & protocola hæres, & legatarius[d], seu alius, qui eas haberet penes se, teneatur, & debeat ad mandatum domini Correctoris, & consulum, & maioris partis eorum tradere, & consignare integraliter illi, cui præfati dominus corrector, & cōsules commissionem de illis duxerint faciendam. ¶Qui Corrector, & consules, ut supra, infrascripta cautione præstita, ut supra reficienda illa committere teneantur autenticanda, & conseruanda modo, & ordine supradictis. ¶Quilibet uerò Notarius habēs cōmissionem[e], & licentiā reficiendi aliquas scripturas, uel rogationes alicuius notarii infra decem dies, postquam fuerit proclamatū[f], & quicūq; alius notarius, qui decætero similem cōmisionem habebit, infra decē dies, postquā sibi cōmissæ erūt, teneatur sub pœna cētū librarū bonon. cuicūq;[g] ex prædictis omittenti accedere corā Correctore, & cōsulibus Societatis notariorum ciuitatis Bononiæ, uel aliquibus ex eis, et illis stipulantibus nomine societatis prædictæ, & cuiuscūq;, cuius interesset, promissionem, & cautionē facere etiā per idoneum[h] fideiussorem, de rogationibus, & scripturis sibi cōmissis custodiēdis, & seruandis, & de ipsis autēticādis, & reficiendis secundum cōsuetudinē notarii principalis. ¶Corrector autem, & consules societatis prædictæ,

a ¶Absentauerit. Subaudi, & defecerit.

b ¶Et. Pro vel, vt. l. si titio fundus. ff. de vsufru. lega.

c ¶Habuerit. Subaudi, præcedente crida, & proclamatione, uel requisitione, de qua supra in princ.

d ¶Legatarius. Constat enim etiam de iure communi protocola legari posse, imò & donari inter viuos, quod notabilius est, ut Bar. dicit in. l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. Et hoc loco intelligendum puto de legatario non notario, prout & præcedens verbum hæres intelligitur de hærede non notario, aliàs contradiceret his, quæ dicta sunt in principio textus.

e ¶Commissionem. Ponderarem hoc verbum, vt significaret commissionem hominis, non legis, & consequenter dicerem hæredē notarium, vel etiam legatarium protocolorum non comprehendi sub hoc. §. videlicet vt teneatur dare satisdationem prędictā, quia video, ꝙ statuentes dixerunt supra in versi. saluo ꝙ si hæres, ꝙ hęres notarius sine aliqua commissione, & autoritate præsentis statuti possit retinere scripturas defuncti, & non caret ratione, quia huiusmodi personæ, cum sentiāt fructum ex dictis protocolis, verisimile est, ꝙ erunt diligentes in custodia, & in exemplatione, non sic præsumendum est in aliis notariis, quibus committerentur scripturæ per correctorem, & consules, licet etiam quoad eos, nisi extaret expressa ꝓuisio huius stat. argui posset, non teneri ad satisdationem aliquam ad similitudinem tutorum, qui dantur ex inquisitione Instit. de satisd. tuto. & curato. §. i. Nam tenentur inquirere prius isti officiales de legalitate, & sufficientia notarii, cum intendunt committere scripturas, vt infra. §. proximo. Apparet igitur nos hic versari in exorbitantibus a iure communi, & sic strictè procedendum esse, & non comprehendi hęredem, uel legatarium notarios. Et hic videas Specu. titu. de instrum. edit. §. ostenso versic. illud quoque prætereundum, ubi solummodo de iuramento notarii mentionem facit in forma commissionis.

f ¶Proclamatum. Subaudi, & postquam sibi commissæ erunt, ut infra subiungitur, & sic euitatur perplexitas.

g ¶Cuicunque. Scilicet irroganda.

h ¶Etiam per idoneum. Qui vellet subtilizare, posset hic interpretari, ꝙ teneatur ad cauendū & sic per stipulationem omnia bona supponere hypotecæ, & vlterius dare fideiussorē, quia aliud est cauere, aliud fideiussorem præstare, ut legitur, & not. ī. l. sancimus. C. de verb. sig. & per hoc clarius seruiūt uerba infra versi. & nihilominus ibi ad prædictam cautionē; & fideiussionē fiendā, & præstandā. Ego tamen agnosco realē mentē statuentiū, quibus satis fuisse videtur cauere idoneè cū fideiussore tm̄, licet in hodiernis instrumentis, hæc differētia vana reddatur, qa semper quis se obligat ꝓ se, obligat etiam bona sua, Ac etiam pręstat fideiussorem, & hæc ut magis cautū fiat creditoribus, imò & iuramentū prestabit.

¶Extensio.

ut supra, qui pro tempore fuerint, teneantur à quocunq;, & quibuscunq; notariis commissionem habẽtibus de talibus; aut ab aliis, quos in futurum contigerit similem commissionem habere, iustam recipere cautionem, & fideiussionẽ prædictam. Quam commissionem dictarum scripturarum dominus Corrector, & consules, uel maior pars eorum, cũ Correctore facere teneantur, & debeant alicui notario legali, & sufficienti, de quo, & prout sibi uidebitur, cũ cõsensu tamen hæredis, uel legatarii dictarũ rogationum notarii defuncti, Et de quibus commissionibus, & præsentationibus sic faciendis notarii, qui pro tempore erunt societatis notariorum, rogati esse debeant, & tales commissiones scribere debeant extensas [a] cum satisdationibus præstitis in libro actorũ Correctoris dictæ societatis. Et nihilominus quicunque notarius omittens cogi possit [b] omni tempore ad prædictam cautionem, & fideiussionem faciendam, & præstandam coram eis summarie, & de facto omnibus remediis opportunis. Et ipsas cautiones, & fideiussiones in uno libro, seu uolumine custodiendo, & remanendo penes dictam societatem scribi facere teneantur [c] per notarium ipsius societatis, aut Correctorem [d], uel correctores, qui pro tempore erunt.

¶ Nulli quidem alicuius conditionis, uel sexus liceat cum licentia, uel sine, rogationes, scripturas, acta, uel protocola alicuius notarii mortui, uel uiuentis, nisi duntaxat instrumenta autentica portare, uel deferri facere extra Comitatum [e], uel Districtum [f] Bonon. aut in ipsa Ciuitate, uel Districtu eius, seu extra lacerare, occultare, laniare, abradere, cancellare [g], uel deturpare, uel alicui usui deputare, uel deputatas retinere aliquo modo prætextu, uel causa, sub pœna unicuiq; contrafacienti trecentarum librarum Bonon. & nihilominus teneatur ad interesse cuiuscunque læsi dicta de causa; cuius pœnæ medietas applicetur Cameræ Ciuitatis Bononiæ, & reliqua medietas denunciatori. Quæ pœna per Dominum Potestatem Bononiæ summarie, & de facto exigi debeat a quocunque etiam semiplena fide habita de prædictis. ¶ Item Prouidemus in quolibet casu, quo dubitaretur [h] aliquam scripturam esse, uel fuisse rogationem, uel de rogationibus, seu protocolis alicuius Notarii mortui, uel qui de cætero moreretur, quod tunc tales scripturæ præsentari debeant coram Vicario Magnifici Domini Potestatis, qui pro tempore fuerit, per illum, penes quem fuerint, uel alium quemcunque, & quod ipse Vicarius ex officio suo facta comparatione dictæ scripturæ cum aliis scripturis dicti Notarii, si quæ haberi poterint, uel alia fide habita,

a ¶ Extensas. Formam autem commissionis extẽdit Spec. in tit. de instru. edit. §. ostenso. uersi. illud quoque prætereundum non est, quæ tamẽ in quibusdam supplenda est, attento q ibi contentatur solo iuramento eius, cui committuntur rogationes.

b ¶ Possit. s. Per correctorem, & consules.

c ¶ Teneantur. s. Corrector, & consules.

d ¶ Correctorẽ. Qui possit scribere in defectum notarii societatis.

e ¶ Comitatum. Bene ergo licet in comitatu arg. l. si quis ex argentariis in princ. ff. de eden.

f ¶ Districtum. Hoc est propter pericula uiarũ ad not. in c. cum dilecta de confir. vtili, uel inut.

g ¶ Cancellare. Nisi statutum addidisset hoc verbum, puto, quod de iure possit cancellari protocolum; si inde extractũ sit autẽticũ, seu parti restitutum; quia etiã per instrumentũ cancellatum nõ desinit probari, quin debitum præcesserit. ff. de furtis. l. qui tabulas, et. l. fullo. §. fi. habetur per Bal. post Nico. Matthar. in rub. C. de fide instr. col. viii. versi. iuxta hoc quæro, et p Lanfran. in c. qm contra in verbo testiũ nu. 13. de prob. nisi dixeris hic loqui de protocolis, de q. bus adhuc non fuerat extractũ autẽticũ aliquod, quod magis placet.

h ¶ Dubitaretur. Vt quia non haberet subscriptionẽ, et signũ notarii; alias si hæc adessent, non video ego, vñ oriri possit dubitatio, quã materiã ãt continuat in. §. seq. Et ideo hic notãdũ puto, quod ex protocolo non habẽte subscriptionem, vel signum possit sumi

autenticũ; aliàs ad quid præſentatio coram uicario, & examinatio illius ſtante illa uulgata reg. ꝙ fiendum non eſt, quod factum non releuat. l. aliquando. ff. de velleya. l. ad probationem. C. de probatio. quod tanto clarius procedit, ubi illæ notæ, quæ ſubſcrip. uel ſig. non habent, reperiuntur inter protocolla plura habentia ſigna, & ſubſcriptiones, ut infra. §. ordinamus. Et huius opi. fuerunt plures doct. ut per Cy. & Saly. in. l. contractus. C. de fide inſtrum. & atteſtatur Neuiza. conſi. xxiiii. cõmunem eſſe; ſed Ange. cõſil. ccxx. incip. ad hoc ut ſcriptura. uult, ꝙ ſi protocolum non habet ſignum, uel ſubſcriptionem, uel indictionem; non poſsit ſumi autenticum. Vide conſil. Pariſ. xxvii. notula aſſerti teſtamenti lib. ij. et Aym. conſi. ccxvj. col. ij. vol. ii. Dicit autem Neuiza. ꝙ ſaltem protocolum ſemiplene probaret, eſto ꝙ non adſit ſubſcriptio, uel ſignum, ut dicit frater Hoſtien. in c. i. de fide inſtru. et Purpur. in. l. admonẽdi, nu. cxxxvii. de iureiur. et Gemi. cõſ. lvii. in cauſa. Et ideo iudex poterit ſupplere ex aliis probationibus ad ueritatem perfectam, ut latius per ipſum. Et iſto reſpectu fortè ſuſtineri poſſet pręſens prouiſio.

a ¶ Et idem. Referebam ego ad proxima dicta, ut ſic extenderetur deciſio loquens in notario mortuo ad abſentem per annum; ſed turbant me nunc illa uerba, in omnibus ſupradictis, &c. ex quibus aliqui ſumunt, ꝙ intendit ſtatutum generaliter declarare, quanti temporis debeat eſſe

quæ ipſi Vicario ſufficere uidebitur, quòd ipſa ſcriptura fuerit, & ſit de protocolis, & rogationibus dicti talis notarii: ipſe dominus Vicarius citatis his, quorum ex ipſius ſcripturæ inſpectione poſſet intereſſe, uel eis præſentibus pronuntiet, & declaret, etiam ſi ſibi uidebitur nullo inſtante, uel petente, talem ſcripturã eſſe, & fuiſſe de protocolis, & rogationibus notarii, de quo ageretur: & huic pronuntiationi ſtari debeat, niſi contrarium probaretur. ¶ Et idem [a] intelligatur, ſeruetur, & fiat de rogationibus, & ſcripturis cuiuſcunque notarii Bononię abſentis, & qui abſens ſteterit a Ciuitate, & Diſtrictu Bononiæ, ſaltem per unum annum in omnibus ſupradictis, quantum ipſis adaptari poſsit. ¶ Et quia in Camera actorum aliqui libri, & quaterni reperiuntur ſine titulis, & nominibus eorum, qui ipſos ſcripſerunt, ideo prouidemus, quòd notarii, & officiales, qui nunc ſunt, uel pro tempore erunt officio dictæ Cameræ, teneantur præciſe ipſos libros, & quaternos carentes titulis, & ſubſcriptionibus prædictis, ac etiam compellantur ad petitionem cuiuſcunq; producere coram Vicario domini poteſtatis Bononiæ, qui pro tẽpore erit: Et iis ſic productis teneatur ipſe Vicarius ſummariè inquiſitionem facere, & informationem recipere per fide dignas probationes, per quem, & quos ſcripti fuerunt, & quo tempore, & in quo officio, & per ſuam pronuntiationem debeat prædicta declarare, & huic tali pronuntiationi ſtetur, niſi contrarium probaretur. ¶ Et tali libro, & ſumpto per Notarium Cameræ plena fides adhibeatur, ac ſi in eo titulus, & ſubſcriptio notarii, qui talem librum, ſeu quaternum ſcripſerit, appoſita ſeu appoſitus fuiſſet: quæ pronuntiatio, & ſcriptura ipſius pronũtiationis ſcribi debeat in libro, ſeu quaterno prædicto: & ibi ponatur titulus de Mandato Vicarii, manu talis Notarii rogati de pronuntiatione prædicta, cum nomine Notarii rogati de tali libro pronisore, uel Regiſtro, & cum temporibus & aliis, quæ conueniunt, & uidebuntur adaptari. ¶ Hoc autẽ ſtatutum Corrector, & Conſules Societatis notariorum conſcribi facere teneantur in uolumine ſtatutorũ dictæ ſocietatis, & ſingulis ſex menſibus in conſilio, uel corpore dictæ ſocietatis perlegere, ſeu legi facere. Et nihilominus procurare, quòd dominus Poteſtas Bononiæ in Palatio dictæ Ciuitatis tempore iuridico, & per Ciuitatem Bononiæ cõtẽta in hoc ſtatuto faciat proclamari, ſaltẽ ſemel ſuo tẽpore, ut horũ notitia pleniſsima habeatur. ¶ Adiicientes, quòd nullus Cartolarius, Speciarius, Lardarolus, Merzarius, uel aliquis alius cuiuſcunque conditionis exiſtat, audeat, uel præſumat emere, uel alio titulo acquirere, uel radere, uel radi facere,

re, uel abolere, uel aboleri facere, uel lacerare, uel lacerari facere aliquas rogationes, uel protocola aliqua, uel acta, uel scripturas publicas, sub pœna tali contrafacienti quinquaginta librarum bononenorum. Et quilibet possit accusare, & denuntiare, & habeat medietatem condemnationis. Et per dominum potestatem Bononiæ de prædictis possit inquiri. ¶ Ordinamus insuper, quod quotiensCunq; decætero contingat inter rogationes, seu protocola alicuius Notarii defuncti, uel absentis, ut supra, reperiri, & esse aliquam notā, seu scripturā, seu aliquas notas, seu scripturas alicuius instrumenti, uel aliquorum instrumentorum, sententiæ, testamenti, ultimæ uoluntatis, seu alicuius alterius actus, seu contractus eius manu[a] scriptam, seu scriptas, & habētē, seu habentes annum[b], mensem[c], diē, locū[d],

absentia, de qua sæpe meminit statutum. Nescio ego deliberare, & magis tenerem hanc partem, tanquam prudentiorem, ne sit necesse recurrere ad arbitrium iudicantis, quia, vt inquit philosophus, Oportet rectè positas. ll. omnia determinare, & pauca reliquere iudicantis arbitrio. Bāl. in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. recit.

a ¶Eius manu. Prout est necessarium de iure cōmuni etiam in protocolis. §. nos autem, & ibi glo. declarat in authen. de tabellio.

¶Annum. Scilicet domini nostri Iesu Christi, puta, 1561. qui in præsentiarum currit, vt habetur in glo. in auth. vt præponatur no. Imp. §. si quando, vbi dicit glo. q inoleuit hæc solēnitas ex quadam consuetudine Italiæ, vnde si non apponatur non ualet. Quo uerò ad annos Imperii, uel papæ est potius de iure scripto per tex. in d. auth. sed statutum hoc non exigit in protocolis. Item dum gl. subiicit de annis incarnationis, loquitur secundum morem aliquorum locorum, in quibus incipit annus ab incarnatione, ut in c. in nomine domini 23. distin. Bononiæ aūt cōputamus annos a natiuitate domini in instrumentis publicis, secus in priuatis, quia incipit die prima Ianuarii, Et hic annus appellatur artificialis ad differentiā naturalis, qui a quocunque die incipit, dum, constet ex diebus 365. & horis sex, qui ēt a Bar. in l. libellorum ff. de accu. vocatur annus legalis; tradit Cassan. tit. des iustices &c. rub. i. §. 8. num. 4. Bart. in l. si quis §. si initium col. iiij. de eden.

b ¶Mensem. Hoc etiam habetur in glo. in l. generali, de tab. lib. x. fac. l. i. §. editiones. ff. de eden. & l. ii. §. diem. ff. quemad. test. aper. & l. optimam. in uer. die. C. de contrahen. vel committ. stip. & intellige de die, de quo notarius rogatur, non de eo, quo conficit instrumentum, secundum Spec. isto tit. §. i. vlt. col. versi. debet etiam instrumentum Bar. in l. si quis ex argentariis. §. si initiū versi. 4. dixi. ff. de eden. Et notatur dies, quo contractus concluditur, & si per plures dies tractatus durasset secundum Bal. in l. contractus 4. col. versi. quæro, de die. C. de fide instru. & sola conclusio est contractus. Nota, q mensis ponitur in locis pallegatis, ut deueniamus ad cognitionē diei tū si esset dies notabilis, non requireretur mensis secundū Bar. in d. l. si quis ex argentariis. §. si initium versi. quæritur quid de mense. puta, si diceretur, actum Bonon. in vigilia natiuitatis domini, etiam q non diceretur. die vigesimaquarta decembris.

c ¶Diem. s. Naturalē. 24. horarū, qui incipit etiam in instrumentis a media nocte l. more Romano. ff. de feriis. Et quando apponitur dies, non requiritur nomen diei, sed sufficit numerus dierū mensis, ut dicit Felyn. in c. i. col. 4. extra de fide instru. Et secundum uarias consuetudines locorum vario modo qualificatur dies, vt Bar. dicit in. d. §. si initium, quia in aliquibus locis dicitur, puta, prima die intrante mense martij, qui crastina die incipit. Et simili modo dicunt de secunda die, de tertia, & quarta vsque ad dimidium mensis. postea dicitur die. 16. exeunte mense martii. idem attestatur Spec. eod. tit. §. breuiter col. 5. versi. post indictionem. Hic autem numerantur dies mensis simpliciter a principio vsque ad ultimū. Possunt etiam numerari dies per kal. non. & id. more antiquo Romanorum.

d ¶Locum. Nota ex hoc statuto probari, locum necessario requiri ad perfectionem instrumenti, & huic correspondet communis opinio doctorum nostrorum, vt probbatur per Spec. in tit. de instru. edit. §. breuiter nu. 9. & in. §. instrumentum num. 5. vbi dicit, q alii dicebant, q potius erat de consuetudine, cùm id nullo iure sit cautum, sed in ueritate locus contractus celebrati inspicitur quoad formam conficiendi contractum, & instrumentū. l. si fundus. ff. de euictio. Bar. in l. cūctos populos. C. de summa tri. & fide cat. Alexā. consi. 150. nu. 4. lib. 7. consi. 100. num. 15. lib. 3. & locus iudicii semper attenditur, vt in dd. locis habetur, & per eund. Alex. consi. 164. nu. 3. lib. 6. Et pondera, quia dicit locum simpliciter, adeo q videretur sufficere appositionem loci etiam generalissimi, puta, si diceretur, actum in Italia, vel actum in prouincia Lombardiæ, seu etiam si diceretur, actum in diœcesi, quod quidem non est credendum, esset. n. locus nimis indeterminatus: vnde videtur, q debeat posse potius verificari in loco non ita generalissimo, sed generali, vt quia

si

si diceretur, actū Bonon. in quarterio sancti Proculi; quanquam enim talis generalis inscriptio loci non sufficeret, tamen non uitiaretur instrumentum, sed fieret suspectum, undè uiribus careret, nisi producens adiuuet illum per testes. Quicquid sit de iure, consuetudo, & stylus notariorū in hac ciuitate est, q nominentur saltem tria loca, & plerunq; quatuor, ad maiorem certitudinē habendam, puta, Actum Bonon. in patochia sancti Barbanani, in domo D. Annibalis Monterentii I.V.D. Equitis, Comitisq; &c. in camera inferiori eiusdem. Qua consuetudine non obseruata instrumentum vitiosum esset ad text. in authen. vt præpo. no. Imp. §. fi. de qua materia vide legistas in l. optimam C. de contrah. & committ. stip. & in l. comparationes. C. de fide instr. & Canon. in c. abbate sanè, §. fi. de sent. & re iudi. & in data vi. libri. & Io. And. etiam in addit. ad Spec. in d. §. instrumentum, versi. quid si locus. & Ang. in cōsi. 220. ad hoc vt scriptura.

et testes[a], si et prout[b], et secūdum quod de iure requiratur, et etiam continētē seu continentes saltim effectum, seu substantiam, seu breue summarium talis sententiæ, testamenti, ultimæ uoluntatis, uel alterius actus, seu contractus, et illam, seu illas non esse subscriptas[c] per dictum talem Notarium, cuius manu scripta, et inter eius rogationes reperta fuerint, ut supra, uel etiam illam, seu illas non fuisse, nec esse completam, seu cōpletas, quo ad clausulas, et alia communiter in talibus instrumētis apponi consuetas, et consueta, uel esse subscriptam, sed non completam, seu subscriptas, sed non cōpletas, quod Notarius, qui iuxta et secundum prædicta haberet rogationes dicti Notarii mortui, uel absentis publicare illā, et illas extendere posit, & debeat, iuxta et secundū quód sibi uidebitur fuisse de stilo talis[d]

a ¶ Testes. Post locum Testes apponuntur, & hoc quandoq; per genitiuū casum hoc modo. Acta sunt hæc in presentia Innocentii filii D. Annib. Monterentii, & Iulii ipsius Innocentii filii testium ad hæc vocatorum, & rogatorum, quandoq; per nominatiuum, vt interfuerunt Innocentius, & Iulius &c. quandoque per ablatiuum, vt præsentibus Innocentio & Iulio &c. Et licet tabelliones apponant testes fuisse rogatos, & uocatos, tamen regulariter de iure nō est necessarium, nisi in certis casibus a iure expressis, quos prosequitur Spe. in tit. de teste. §. i. nu. 91. & gl. in auth. rogati. C. de testi. cōsuetudo aūt obseruanda est. Et nota, q intelligo testes inscriptos juxta cap. ii. de fide instru. vt etiam per Abb. in d. c. i, in x. requisito, licet glo. in l. generali C. de tabul. requirere uideatur subscriptionē.

b ¶ Si, et prout &c. Sed vltra supra enumerata, per statutum expostulatur in protocolis signum secundum aliquos, vt Accur. & Bart. in d. §. si initium. Item indictio, quæ est necessaria, vt habetur in authen. vt præp. no. Imper., quæ supponenda est post annos domini, vt dicit Spec. tit. de instru. edit. §. breuiter col. ii. versi. post annos, vbi ponit, quare, & vnde dicta est indictio, & quomodo inueniatur. Et quid si anni domini non concordāt cum indictione? vide Io. And. in data vi. lib. quas solemnitates si omiserit notarius, pœnam talsi non euitabit, ut est tex. in l. iubemus. C. de testa. vbi est glo. singularis, dicens q est præsumptio iuris, & de iure, contra quam nō admittitur probatio iuxta not. in c. is qui, vbi gl. peregrina de spōsal. l. cū allegat. C. de vsur. latissimè in tract. de errorib. notariorum c. 5.

c ¶ Subscriptas. Licet in authentico omnino requiratur subscriptio in diuidua eiusdem rogati de instrumento si viuit, vt est casus in authen. de inst. cau. & fide. §. si vero instrumenta, &. §. si vero neq; adnumerator, ubi glo. in uerbo suppleuit, quæ exponit. i. subscripsit, & glo. in l. generali. C. de tabul. lib. x. Et formā subscriptionis ponit Spe. d. tit. §. i. ver. post testea, & de isto statuto meminit Alex. cōsi. 14. nu. 15. lib. vi. et Ang. in cōs. 220. ad hoc vt scriptura. Et quid vbi in protocolo reperiuntur cancellationes interlineaturæ, additiones, vel etiam diuersitas literarum? vide Alex. consi. 104. stantibus rebus lib. 7. vbi docet notarium, q debeat apponere dictas cancellationes, & interlineaturas in extenso eo modo, quo in protocolo reperiuntur. Præterea etiam facere mentionem de diuersitate literarum, ut per eundem latissime post Bar. in l. ii. ff. quemad. testam. aper. Idem Alex. consi. clxxiiii. nu. iii. lib. vii. Et quamuis aliàs scilicet consi. xiiii. nu. xvi. lib. vi. aliter dixerit, nihilominus non est sibi cōtrarius; quia diuersi sunt casus, ut ipse attestatur in fi. d. consi. xiiii. Vide Marsi. sin. cccclxvi. quoniā multi, ubi allegat Io. and. in add. ad Spec. tenuisse, q in cancellatione debuit notarius originalis adhibere duos testes: aliàs nō crederetur illi protocolo. Et refert Pau. Castr. in l. si unus, in fi. C. de testam. q ita obtentum fuit Bonon. Item intellige, nisi protocolum sit defectiuum in materia sui, ut quia dicebat. Titius uendidit fundum talem. Sēpro. pro. c. his pactis, uidelicet, &c. Nam tunc nō potest sumi autenticum ex eo protocolo, quia cōstat, q notarius non habuit illud pro absoluto Bart. in l. is qui testamentum, versi. & per ista. ff. de testamentis.

d ¶ Stylo talis. Primo, & ante omnia recurrēdum

notarii mortui, uel abſetis in ſimilibus cõmuniter conſueto, ſi de eo per alias eius rogationes ſibi cõſtare poſſit, alias ſecundum communem ſtylũ[a] Notariorum Bonon. ſuper quo ſtetur extenſioni faciendæ per talẽ Notariũ, qui eas publicare haberet, ut ſupra, & extenſio per eum facta præſumatur ſecundum debitũ ſtylũ facta, niſi cõtrariũ probaretur. Et apponere poſſit, & debeat etiã pecuniariã pœnã æquiualẽtẽ æſtimatiõi, uel quãtitati rei, uel facti in tali nota principaliter deducti, ſi talis actus, uel cõtractus fuerit, in quo ex cõmuni ſtylo pœna ſit apponi cõſueta, uel dupli, ſi fuerit cõtractus dotis, uel uẽditionis, et ex ea et eis inſtrumẽtũ, et inſtrumẽta ſumere, publicare, et autẽticare, et in publicã formã tradere, nõ obſtãte quod ſub ſcripta, uel cõpleta non eſſet, ut ſupra. ¶Et prædicta omnia, & ſingula ſupra in præſenti ſtatuto diſpoſita locum habeãt, & uolumus obſeruari et in præteritis, ſi et quatenus ad ea poſſint cõuenienter adaptari. ¶Adiicẽtes inſuper, quod ſi contingat aliquem Notorium quandocũq; decedere ſuperſtitibus filiis, uel aliis deſcẽdẽtibus, ſeu aliis hæredibus pluribus ex teſtamento, uel ab inteſtato, inter quos ſit aliquis eorũ Notarius exercens artem, ut ſupra, quod omnes rogationes, notæ, ſeu ſcripturæ rogationum dicti Notarii defuncti ſpectent ipſo iure, & pertineãt ad dictũ Notariũ hæredẽ, quo ad ipſarũ cõſeruationẽ, extẽſionẽ, & publicationem, ut ſupra dictum eſt. Si uero eſſent duo, uel plures ex dictis hæredibus notarii, tunc dictæ ſcripturæ & rogationes quo ad prædicta ſpectent ad ſeniorem[b], niſi aliter concordarent ad inuicem ſuper prædictis, uel niſi per defunctum in caſibus antedictis ex teſtamento, uel codicillis aliter appareret fuiſſe prouiſum: quo caſu uoluntas taſtatoris debeat obſeruari[c]. ¶Si autem ex dicto tali notario defuncto extarent hæredes, qui non eſſent ipſi, nec eorum aliquis in Societate notariorum

eſt ad conſuetudinem diſponentis. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. i. declara tamen, vt ſtylus ſit in verbis, non autem in ſenſu, quia non valeret inſtrumentum, ſi eſſet præter intentionem partiũ iuxta dictum Bar. in l. i. ff. de iure codi. Latiſſimè in trac. de error. not. c. 4. Et ponderant hic aliqui, q hæc oĩa uera ſunt, vbi reperiũtur inter alias notulas protocola habẽtia clauſulas p extẽſum, attẽto principio. §. Sed quo ad iſtud caput clauſularum ſolitarum, proculdubio indiſtinte poteſt notarius alius apponere, ut ſupra dixi.

¶Communem ſtylum. Id ergo, quod ſolitũ eſt fieri, habetur pro appoſito, vnde Bal. Ang. in l. benè a Zenone. C. de quadr. præſcrip. dixerũt per illum tex. in illis verbis, pactis conuẽtionalibus, q procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum poteſt in contractu venditionis apponere omnia pacta etiam pœnalia, & ſic adiicere pœnam. vide circa hoc multa per Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nummos nu. 13. ff. ſi cert. petatur, & Moder. in c. cum M. Ferrar. de conſtitu. & vide Bal. in l. i. ad fi. ff. ſolu. matri. vbi q poteſt apponere expreſſam hipothecam in inſtrumentis dotalibus, loca ſunt nota.

b ¶Seniorem. Quia ſemper eſt veneranda ſenectus. ff. de iure immunitatis. l. ſemper de qua materia plura ſcribit Tiraq. in tract. de iure primogeniorum in præfatione nu. 79. cũ pluribus ſeq. & eſt in terminis tex. in l. ſi. ff. de fide inſtru. vbi latius loquitur, & multum pertinet ad declarationem iſtius. §. inquit enim, Si de tabulis deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oporteat, ſemper ſeniorem iuniori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminę, & ingenuum libertino præferemus. facit. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. ii. Sed non omittas uidere tex. ĩ l. ſi quę ſunt cautiones ff. fam. herc. vbi Iurecõſ. alias qualitates conſiderat, & ibi glo. dicit, q illa lex determinatur per d. l. fi. Vide Bal. in c. ſi duo fratres, de fratribus de no. benef. inueſti. vbi dicit, q claues caſtri debẽt remanere penes primogenitum, voluit Archidiac. in c. ſancto. 50. diſtinct. & in c. tanta poſt principium 86. diſt. Bal. & Areti. in. l. procurator. C. de edendo. Et adde Bar. Cepol. in tract. de Imper. mili. deligendo. §. pro imperatore nu. 33. vbi dicit, q illud procedit in dubio cæteris paribus, quia præſumitur; q ſeniores ſint magis idonei sed ſi contrarium appareret, non phiberetur iunior antiquiori præferri.

c ¶Obſeruari. Quę tanquam regina prædominatur. l. in cõditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. ideò appellatur a Barto. in l. i. col. iii. ff. de cond. indeb. forma ſubſtantialis teſtamenti, plura pro ornamẽto per Iaſ. conſi. 66. prima col. volu. iii.

notariorum, ut supra & quòd ob id scripturæ & rogationes talis notarii defuncti alteri committerentur, uel cōmissæ essent; & postea contingeret aliquem ex dictis hæredibus notarium effici, & uelle penes se habere tales rogationes, & scripturas; quòd tunc & eo casu Notarius extraneus, cui cōmissæ fuissent & essent, uel committerentur, & penes eū esse reperirentur, teneatur, & debeat dictas rogationes, & scripturas restituere, & effectualiter dicto hæredi notario cōsignare: & ad hoc de facto remediis opportunis, & sub pœnis imponēdis, & effectualiter exigendis, ut supra, & applicandis pro dimidia parte Cōi Bonon. & pro alia dimidia notario, qui illas habere uellet, ut supra: cogi possit, & debeat per dominū Correctorem & Cōsules, uel per maiorē partem ipsorū. & in casibus antedictis & quolibet eorum in quo, seu quibus scripturæ, seu rogationes Notariorum consignandæ, uel restituendæ essent, ut supra, possit, & debeat, si petatur per aliquem, qui dicat & iuret sua interesse, de illis fieri descriptio[a] seu inuentarium: & maxime de illis rogationibus, seu scripturis restituendis, seu consignandis, ex quibus ille, qui restituere haberet easdem, ex eis sumpsisset, uel publicasset instrumentum, uel instrumenta: ne fraus aliqua contra dictum Notarium, qui illas restitueret, & qui ex eis publicasset instrumentum, uel instrumenta, fieri, uel committi possit.

DE IVDICIIS[b] DIVISORIIS[c], ET quomodo in eis procedatur, & aliis diuersis capitulis.

a ¶Descriptio. Ad hoc.n.ut res non diminuantur & probari possint, semper fieri debet descriptio, quoties subest iusta causa l.i.§.eligitur, &.§.idem ait, & ibi eis per Bart.ff.de uēt.in poss. mitt. Idem in l.defensionis facultas.C. de iure fisci lib.x. idē in l. Imperatores.§. iidē rescripserunt.ff.de appe. & Abb.in c.ii.de seque. poss.& fruct.col.fi. Cor. consi.cclxvii.in hac consultatione,nu.vi. lib.iiii.

b IVdiciis. Iudicium est tota illa discussio causæ, quæ durat a citatione usq; ad sentētiam, ut declarat Alexan. in.l. postquam liti.C.de pact. & diffin. uide in c.forus. de uerbo.signific. Et hoc modo potest hic accipi, uel pro ipsis actionibus, ut Inst.de off.iudi.§.si familiæ.&.ff. communi diuid.l.sed & eius.§.famil. Quæ quidem uidentur potius oriri ex uariis figuris causarum, q̃ q̄ sit datiua, ut diserit Io.Fab.in.§. quædam Inst. de act. hoc modo cōcordando opi. glossatorum, & doct.nu. xxii.ubi bene deducit.

c ¶Diuisoriis. Claret, cur diuisoria dicātur illa duo familię hercisc. & communi diuidundo; quia bona cōmunia illis suis iudiciis diuiduntur, quæ expō nō cadere: uidetur in iudicio finiū regund. Illud.n.nō pōt dari inter habentes bona communia; ut est casus in l.iii.§. qui communem. ff. fin. reg. Termini.n. declarāt fines, & sententia ipsa super finibus regulariter declarat, quos fines habere debeat: ita Bal.in terminis in l. iii.C.fin. reg. licet nonnunquam propter clariorem diuisionē constituendam ponat fines in agro alterius condemnatione facta in ęstimatione, & danda ab altero habente uicinū prędium l.ii.ff.illo tit.Instit. de offic.iud.§. si finium.

Solutio dici potest, q̄ hoc dicitur largo modo diuisorium, eo q̄ diuisionem iam forte factam aperte confirmet, & demonstret per terminorum appositionem, ut dicit Azo in summa illius tit. uel dicatur diuisorium propter adiudicationem prædictam; de qua in d.§. si finium, prout sentit glo. in l.sed si res in princ. in uerbo adiudicata. ff. de publiciana. Quapropter puto Ias.male dixisse Instit.de actio.§. quædam, nu. lxxiiii. dum quęrit, quę ueniāt in acti. finiū; & respōdet certum esse, q̄ uenit diuisio fundorū, & q̄ termini, & confinia ponantur. Et caue, quia Spec.in tit.de iudiciis.§. sequitur uidere, uocat hæc tria iudicia communia; quæ denominatio stare posset quoad fi.reg. largo pariter modo, & quoad alia intelligi habito respectu ad causam, propter quam nascūtur; quia propter res communes non autem habito respectu ad quid introducta sint; prout magis hoc attendi debet, & nomina sunt imponenda secundum digniorem partem gl.in l.i. in princ.ff. de uerb.oblig.c.quod in dubiis de consecrat.eccl. uel altaris not.in l.imperium.ff.de iurisd.om.iu. finis autem est nobilior suo principio, arg.c. qualis in prin.xxv. distin.l. rem nouam in fin. C. de iud. Euerard.in centuria in loco a uirtute finis. Possunt rectius uocari iudicia duplicia, quoniam quilibet litigantium duplex ius habere uidetur, d & agentis, & eius, cū quo agitur; nam quilibet agit, & conuenitur; ut termini antiquitus positi seruētur, uel de nouo ab eo, qui habet potestatem ponantur l.i. in fi.ff. fin. regund. ideo quilibet iurat de calumnia, ut actor, & ut reus.i. pręstat iuramentum in forma, conuenienti

nienti actori,& conuenienti reo, ſcilicet ꝙ calumnioſè non aget,nec calumnioſè excipiat,licet etiã ſint certa interdicta, quæ etiam iſto reſpectu poſſunt denominari duplicia.§.penul.inſt.de iterdi. videlicet vtrobi,& vti poſsi.Et hoc iudicio quando quilibet prætendit ſe poſsidere vſq; ad certos terminos, rectè procedit ꝙ quilibet debet probare de poſſeſsione, & iure ſuo. Et in hoc differt ab alijs iudicijs, quia in alijs ſingularib,& ſimplicibus iudicijs nõ tenetur reus aliqd ꝓbare, niſi velit. Si vero alter tantum poſſidet,ſed alter dicit,ꝙ per vſurpationem & tunc ſi prouocatus ad iudicium etiam inſtat, vt termini antiquitus poſiti obſeruentur, adhuc vterq; probabit de proprietate,quia in ꝓprietate vterq; eſt actor,& reus.Et ſic poteſt intelligi tex.in.c.ex literis,de proba.ſecũdum Abb.ibi nu.10. Sed quandoque prouocatus nihil petit; ſed ſolũmodo negat per actorem narrata;tunc non credit Abb. in d.c.ꝙ neceſſario teneatur aliquid probare. ſed actore non probante reus debet abſolui , & ſic erit idem,quód in ſimplicibus iudicijs reſpectu oneris probandi. Quicquid ſit in omnibus iſtis capitibus,ille erit cenſendus actor , qui prouocauerit primo ad iudicium,& ſi non apparere poſſet, forte dirimetur.l.ſed cum ambo.ff.de iudi. & ideo, primo iurat,& primo iurauit, & examinantur ſui teſtes glo.in.d.c.ex literis,quam ſolemnem vocat Iaſ.vbi ſupra.Vocantur etiã iuditia mixta,vt inſt. de act. § . quædam , quæ appellatio æquiuoca eſt,cum & alia ſint iudicia mixta,licet alijs reſpectibus, vt declarat Io.fab.in.d.§.quædam verſ.iuxta quod ſciendum &c.& Iaſ.col.3 .& eo etiam reſpectu,quo iſta vno modo dici poſſunt mixta,ſcilicet quia quilibet eſt actor,& reus,eodem modo ſunt illa interdicta mixta vti poſsidetis, & vtrobi, licet alio modo,quo dici poſsint mixta,quia,ſcilicet dantur ad pſonales,& reales ꝑſtationes iux.gl. in.l.i.ff.fi.regũ.& declarationẽ ſcri.in.d.§.quędã, ſatis excludũtur illa ĩterdicta ab iſta ſignificatiõe.

a ¶Lis. Scilicet ciuilis,ciuiliq; modo intẽtata, hoc dico,quia ſecundum Io.fabri,& cæteros ſcrib. in d.§.quædam Inſt.de act. pro finibus competunt quatuor remedia.Primo,actio fini.reg.đ qua hic. Secundo condictio ex lege ſi conſtiterit.C.fi. reg. in caſu illius.l.ſ.quando poſt litem conte. in hac actione fin.reg.ante tamen ſententiam quis inuadit,& vſurpat rem propria autoritate,quia punitur pœna illius legis. Tertio , compent accuſatio criminalis,& pœnalis in perſonam cõtra eos; qui remouent,& euellunt terminos iam poſitos iuxta .l.1.&.ii.& quaſi per totũ tit.ff.de termi.mo. Quarto eſt pœna.l.agrariæ, quæ eſt. 50. aureorum , ſi ex ea agatur iuxta.l.agraria. ff.de termi. mo . Et in hodie per illam pœnã.l.agrarię,quę eſt.50.aur.



Rdinamus,quód ſi lis,[a] quæſtio,uel cauſa,[b] occaſione finium antiquorum , uel de nouo apponendorum in aliquo certo loco[c] alicuius rei,oriretur inter aliquas perſonas,[d] uel uniuerſitates;[e] qualis qualis[f] petitio porrigatur corã

fit ſublata pœna corporalis extraordinaria;videatis ibi glo.& Io.fab.i.d.§.videans etiam tex.in.l.1. & ibi glo.1. &.2.C.de accu. & ibi doct. maximè Saly.Et verbum lis eſt nomen generale,nam quãdoq; ponitur pro inſtantia cauſæ , & ita accipitur in.l.properandum in principio,& in.l.cum lite mortua . ff. iudic. ſol. Aliquando ponitur pro ipſa cauſa deducta in iudicio, vt habetur in.l. nulla.C.de procurat. & in.l.litis nomẽ de verborũ ſigni.ita Alex.in.l. poſtquam liti.C.de pact. & idem Alex.in conſ.22 col.prima in fi.in primo vol.vbi per hoc infert,ꝙ is,qui renunciat liti,cenſetur renunciare inſtãtiæ, & cauſę.Adde glo.in verbo,litis,& ibi Dom.in.c. 1.§.licet de procu.in.vi.& Neapolita.deciſ.20.in fi. ſed propriè incipit conteſtatione,vt probatur in.c.ſuper quęſtionũ poſt prin. & ibi glo. in ver. litis exordium de off.deleg.&in.l.apertiſsimi.C. de iudi.

b ¶Cauſa.Propriè cauſa dicitur ipſum jus deductum in iudicio , hinc dicimus cauſam ciuilem, vel criminalem,ſecundum ꝙ deducitur actio, vel accuſatio,vt declarat Alex.in.l.poſtquam liti alleg.&in.d.conſ.Et incipit cauſa etiam ante lit. cõteſt.& ſic ante , & poſt dicitur cauſa ſecundum Alex.in.l.cauſas.C.de tranſac.& Ang.in.§. omnẽ col.2.in auth.de litig.& habemus in.c. forus. de verb.ſignif.dicitur autem cauſa , vt Card. dicit in clem.1.8.q.de off. vicarij.à chaos,quod fuit principium omnium in mundo exiſtentium, ita cauſa poteſt dici principi.& materia iudicij. Et quæ differẽtia ſit inter cauſam,& controuerſiam,ſiue etiam(vt addam)& quęſtionem,dic,ꝙ cauſa non eſt,niſi in iudicio,vt habetur in.d.l.cauſas. Controuerſia , & quęſtio tam extra iudicium , quàm in iudicio Bal.in.l.1.C.de teſti. & in.d.l.cauſas uide etiam nouiter Rob.maran.in vlt.char.v.parte ſui operis.Et quidam vt etiã glo.in.l.iii.C.fin. reg.dicunt,quęſtio eſt poſt litem conteſtatã,quęrimonia ante litem conteſtatã, vide Alberi.in dictio,in verbo,quęrimonia.

c ¶Certo loco.Dummodo ſit de prędio ruſtico.l. ii.ff.illo titulo.

d ¶Perſonas.Dummodo nullam rei communionẽ habeant ſaltem in vno ex agris nam ſi aliquis haberet fundum cõmunem cum ſempronio & fundum proprium illi contiguum nec ratione fundi proprij poſſet agere contra ſocium turbantem cõfinia iſta actione,caſus eſt cum ratione in.l.4.§.ſi communem.ff.fin.regund.

e ¶Vel vniuerſitates. Quæ etiam contenderent de iuriſdictione territoriorum prout aſſerit hoc remedium competere.Io.fab.inſt.de act.§. quędam nu.xxxiii.

f ¶Qualis qualis.Hoc eſt ſemper obſeruandum in

quolibet

Vicario domini Potestatis, uel eius Iudice officio Aquilæ deputato, uel corā officialibus Ciuitatis Bononiæ alicui disco ad ciuiles causas deputatis, seu præsidentibus. Qua petitione porrecta citata parte, contra quam petitio porrigetur secundum formā nostri statuti, De modo citationum faciēdarū, parte rei comparente, detur per officialem, qui additus fuerit ipsi reo, uel alii pro eo legitime comparenti prius personarū legitimatione præcedēte (si de personis contentio fuerit) dilatio arbitrio iudicantis ad respondendum dictæ petitioni. Quo termino elapso omnibus exceptionibus reiectis,[a] teneatur pars rei respōdere omnino dictæ petitioni, parte actoris hoc petente; quarū exceptionum disputatio salua[b] sit tempore disputationum faciendarum super diffinitiua causæ principalis. ¶ Qua responsione[c] facta dictæ petitioni, uel nō, elapso dicto termino dato ad respondendum petitioni procedatur in causa, ac si foret[d] dictæ petitioni legitime cōtradictū,[e] & procedatur parte actoris, uel rei petēte ad dilationes ordinandas, arbitrio eius, corā quo causa agetur, & ad probationes,[f] & inspectionem finium faciendā,

quolibet iudicio attenta generali dispositione nostrorum statutorum ut habetur supra de Voc. in iure & ueni. in qua quidē petitiōe debet quis narrare turbationem sibi in finibus seu terminis fieri a tali, & concludere confinia declarari. & terminos poni ita q discerni possint, ut latius per Flo. de. S. Petro in l. 1. ff. fin. regund. prout refert Ang. in d. §. quædam nu. xiiij. vide speculatorē in titulo et §. supra allegato col. i. ubi ponit varias formas libellorum secundum contingentiam factorum.

a ¶ Reiectis. Intelligo de exceptionibus quæ obijci possunt antequā descēdatur ad responsionem petitorum in libello, velut cōtra citationē ipsam de quibus multipliciter per Specu. titu. de citatione §. Contra citationem vel contra Iudicem tanquam suspectū ut in statuto de iudicib. & no. recus. uel ut incompetentē vel contra actoris vel procuratoris personā. Et hoc est propter negligentiam in non respondendo in termino assignato actore tamē instante & volente, q reus omnimodo respōdeat immediate & directe libello. s. vel affirmando vel negādo narrata vt narrantur consequenter q litis contestatio inducatur.

b ¶ Salua. Hæc reseruatio operatur, q si in processu iudicii apparebit istas exceptiones esse veras, quicquid ante factū est, non valebit, & omnia acta habebuntur pro nō factus. Ita Bar. in l. ille a quo §. si de testamento ff. ad treb. qui locus sufficit pro omnibus.

c ¶ Qua responsione. Idest tali qua inducatur litis contestatio vt supra dixi.

d ¶ Ac si fore. Hoc maxime refertur ad vltimū casum quando. s. nō fuit in termino responsum, nec actor curauit instare, potest etiā pariter referri ad primum quando diceremus non fuisse legitime (prout oportuit) respōsum contradicēdo petitioni; in omni enim casu habetur lis pro Contestata argumento l. quotiens ff. qui satisda cogan. Et istud significant verba sequentia legitime contra-

dictum ut habetur, & ibi dixi in statuto de inepta actione in §. statuentes in gl. contradictionem.

e ¶ Contradictum. In hoc ergo iudicio exigitur litis contestatio, vel quasi; vide tamen glos. in l. iij. in glo. fi. C. fin. reg. & ibi Bar. & Bald. & glo. in ca. quoniam frequenter in prin. in glo. i. extra. vt lite non conte. Nam Bar. pu-tat, q quādo quæstio est solum de finibus, & non de proprietate; possit ad diffi. sententia perueniri etiam lite nō conte. quia nō cadit immissio ex primo vel secundo decreto iux. no. in auth. si omnes C. si vt se ab hered. absti. tamen glo. simpliciter tenuit requiri cuius opin. dicit Bal. ibi tutiorē quia regulæ est inhærendū q lis cōtestatio regulariter faciēda ē in iudicijs l. properādum C. de Iudi. ideo hic per nostros statuētes glo opin. est approbata.

f ¶ Probationes. Hæc litera attento ordine loquendi innuit, q prius probationes, quam inspectio finiū peragēdæ sunt; quia cum primo loco nominatę sint probationes, uidētur præcedere debere argum. l. quotiens ff. de vsufructu; Sed non est ita necessario intelligenda attēta theorica Iac. Butrig. referente Bal. in l. si quis super C. fi. regund. dicētis, q primo Iudex mittit agrimēsorē, vt uideat quātum quisque possideat; & hoc concernit possessorium. quo uiso facit terminos poni per agrimensores iterum assumēdos: quibus peractis pronuntiare debet attenta certiori practica, q decætero debeant possidere secundum terminos per agrimēsores impositos, qui incipiunt in tali loco, & finiuntur in tali. Quæ practica bona est, licet Ang. in §. quædam Inst. de actio. col. pen. uersic. quæro quę erit forma, non fideliter retulerit, nec intellexerit eam. Propterea recedere uidetur, ac etiam Abb. in c. ex literis nu. ix. extra de proba. nulla facta mentione Iac. Butri. alio modo loquitur requirēdo agrimensores una tantum uice post cognitionem de poss. & proprietate. Et ista practica procedit, ubi fuisset contentio, & de proprietate, & de possessione illius terræ super

ſi opus fuerit per eum,[a] coram quo, cauſa agetur; uel per bonos, & legales magiſtros,[b] qui in prædictis quæſtionibus ſint petiti, ab eo qui de prædictis cognouerit eligendos, datis confidentibus a partibus, ſi partes de uno, uel pluribus nō cōcordarent, expenſis[c] utriuſque partis; et ad omnia alia facienda, quæ pertinerent ad cauſæ expeditionē.

¶Quæ expeditio fieri debeat etiā partibus præſentibus, uel abſentibus; ita ꝙ omnimode infra tempus inſtantiæ ordinatæ ſupra in ſtatuto poſito, ſub rubrica de Vocatis in iure, & uenientibus, uel per alia ſtatuta de inſtantiis cauſarum ciuilium diſponentia per diffinitiuam ſententiam cauſa terminetur: quæ locum habeat utraquē parte, ſaltem ab initio per ſe, uel alium comparente.

¶Si aūt pars citata ſemel inuēta, & bis nō inuenta ad domū ſuæ ſolitæ ultimæ habitationis ad reſpōdendū, & cōtradicēdum petitioni actoris, & etiam facta alia citatione de dicto reo, ſaltem ad domum prædictam, ad contradicendum, ne detur Curator liti: & per aliū nuntium, per ſe uel aliū legitime non cōpareat, parte actoris petente detur curator[d] liti abſq; alia citatione, uel pronūtiatione, uidelicet unus ex Notariis ad inuentaria conficienda electus, & deputatus in conſilio quatuor milium; demum elapſis octo diebus a die dictæ citationis de reo factæ, qui reū defendat etiam non facto Inuentario, quod facere non teneatur; Cui Curatori detur dilatio arbitrio iudicantis adreſpondendū petitioni; quo elapſo ſiue fuerit cōtra dictū petitioni, ſiue non, parte actoris petente ad ulteriora cauſæ procedatur cum ipſo Curatore, ſaluis omnibus exceptionibus, quæ ueniant diſputandæ, ut ſupra., Et cauſa omnimode infra dictum tempus terminetur, ut ſu-

æ, ſuper qua de finibus imponendis agitur, nam iudicium finium habet mixtam cauſam poſſ. & proprie. ideſt ſuapte natura ſecundum magis ueriorē opi. de qua Cy. meminit in d.l. ſi quis & in ea tractari poteſt de proprietate, & poſſeſ. nō autem eſt opus nouum iudicium incohare rei uēdicationis, uel uti poſsidetis &c. ut bene probat d.l. ſi quis, licet non deſint aliqui, qui ſubtiliter conātur intelligere aliō modo, & tenere, ꝙ nouo iudicio appropriato agere prius habeat, ut fac. Io. Fabri. d.§. quędā nu. xxiii. uerſi. ſed ego quęro. Sed poteſt ſtare. q. finium ſimpliciter abſq; proprietatis, uel poſſeſſionis controuerſia; uelut ſi quęlibet partium fateatur alteram poſsidere tot iugera terræ; ſed dicat illa non bene menſurata, & intra fines alterius maiorē modum agri contineri, qđ alter negat, uel quando confitetur alter alteri, ꝙ uſque ad talem locum ſuum eſt; ſed uoluit agere, ut melius, & euidentius ponātur termini cauſa obſcuritatis leuandę, & ad perpetuam memoriā. l. ii. & iii. ff. fi. reg. unde quod dicitur in d.l. ſi quis proprietati cohęret, ſubaudiendum eſt, ſ. quandoque, ita Cy. & alii ibi declarant. Et qualiter probēntur cōſines, uide Car. in clemen. i. in iii. opp. de proba. dicit tamen, ꝙ in probandis cōſinibus non requiruntur arctæ probationes; ſed ſufficient ſemiplenę. poſtea declarat, quæ ſunt ſemiplenę probatiōes, quod dictum non placet Fely. in c. cum cauſam col. vlt. de proba. ſed ꝙ imo debet probatio arcta fieri, prout in aliis, fatetur tamen, ꝙ ad probandum confines antiquiſsimos ſufficit probare per inſtrumēta enuntiatiua, ēt inter laicos. Et ultra prędicta idem tenent Ang. & Imo. in l. ſciendum de uerb. obli. cum aliis pluribus, de quibus per eundem Felyn. & uide Lau. calca. conſil. xc. & uide etiam Soc. conſi. cclxvi. nu. ii Dec. in d. cap. cum cauſam de proba.

a ¶ Per eum. Hoc eſt, ꝙ dicit tex. in l. ſi irruptione. §. fi. ibi, & ſi ita rei exigat oculis etiam ſuis ſubiectis locis. ff. fini. regun.

b ¶ Magiſtros. Qui menſores dicuntur in d. l. ſi irruptione, uel agrimenſores, ut in l. iii. C. eo. ti. qui debent iurare de bene, & legaliter menſurando, aliàs non ualeret eorum menſuratio arg. l. comparationes. §. omnes. C. de fide inſtru. Bar. ī l. Theopomp. uerſ. ſed ſi aſſumeretur a Iudice ff. de dote pręleg. Et dictum iuramentum debet pręſtare partibus citatis, qui poſſent opponere cōtra perſonam agrimenſoris. Et debet eis conſtitui terminus, ut tali die, & hora uadant ad dictum locum l. aut aliter. in prin. ff. quod ui aut clam. ubi Bar. ſed eorum relationi non opus eſt, ꝙ pars citetur, uel ſit præſens; quia referūt Iudici. fac. quod dicitur de teſte; quia iuramento ipſius pars debet citari; ſed non teſtificationem. l. ſi quando ubi gl. C. de teſtib. Ang. in d. §. quędam num. xii. Inſt. de actio.

c ¶ Expēſis. Ad hoc gl. in terminis ī d. l. ſi irruptione ff. fin. reg. in gloſſ. fi.

d ¶ Curator. Cur tam cito ad dationem curatoris, & non prius deuenitur

S ad

pra: Et ualeant agitata cum Curatore, ac ſi facta forent cũ principali prius citato, & legitime comparente. ¶ Iis tamen caſibus, quibus cum Curatore proceditur, poſsit reus per ſe, uel alium cõparere, & principaliter intereſſe iudicio ante litem conteſtatam cum Curatore, & cum ipſo principali dicta cauſa tractari debeat, & terminari, expenſis contumaciæ legitimis refectis. Poſt litem uerò cõteſtatam cum Curatore poſsit adeſſe cauſæ, & docere de iure ſuo: ita tamen quòd cauſæ diffinitio ultra dictum tempus inſtantiæ ordinatæ protelari non ualeat ullo modo. ¶ Et ſi aliquis Sindicus, uel Maſſarius alicuius Terræ: uel aliqua alia ſingularis perſona dixerit coram aliquo ex prædictis Iudicibus, uel officialibus in aliquo loco guardiæ Comitatus, uel diſtrictus Bononiæ ſe habere poſſeſsionem: cuius fines ſe aſſerat ignorare: teneatur alter ex prædictis, qui fuerit additus ad petitionem cuiuslibet petentis inquirere[a] de ipſarum poſſeſsionum finibus per ſeniores, uel alios illius terræ, in qua dictæ poſſeſsiones ſitæ reperiuntur, & per alios circunſtances terræ prædictæ uel peritos, & notitiam habentes per longum tempus de prædictis: & ſecũdum quod per dictam inquiſitionem reperierit, uel eidem aliis legitimis probationibus conſtiterit partibus requiſitis procedẽdo, & terminando, ut ſupra, dictos fines poni facere teneatur quibuſcunq; remediis oportunis, auxilio ẽt Domini Poteſtatis adhibito: qui requiſitus illud præſtare teneatur. ¶ Et[b] quia Cõmunio ſæpe cõſueuit excitare diſcordias, nemo

ad immiſsionem in tenutam iuxta, quæ habētur infra in ſtatuto de voc. in iure & non veni. §. ſi uerò non venerit &c. puto dicendum, ꝙ ubi eſt ſola quæſtio finium: tunc non poteſt conſuli per miſſionem ex primo, nel ſecundo decreto, ut Bar. atteſtatur in l. ſi quis C. fi. regu. meritò immediate deuenitur ad dationem curatoris pro diſcuſsione meritorum cauſæ, ſicut ſimili de cauſa fertur ſententia lite non conteſtata ad not. in authent. ſi omnes C. ſi ut ſe ab, hæred. abſti. & not. in l. ſi finita §. Iulia. ff. de dam. inf. vbi Alex. nu. xcviii. per tres; colum. diſputat Vnde ex mente eiuſdem Bar. infero, ꝙ ſi hic incideret quæſtio dominii, uel poſſeſsionis, quo caſu poteſt conſuli per immiſsionem; ſeruandus eſſet ordo ſtatuti præall. cogita tamen.

a ¶ Inquirere. Seu inquiratur ex proprio motu iudicis, ſiue ad poſtulationem alicuius, nihilominus verũ erit inquiſitionem pendere ex mero iudicis officio, ut dicit glo. magna circa medium in ca. qualiter & quando il ſecũdo de accuſa. Et not. hic vnum caſum a ſtatuto inuentum, in quo fit inquiſitio ad vtilitatem priuatam. Sunt etiam nõ nulli alii, quos ponit Angel. in l. ſi vacantia C. de bonis vac. lib. x. quos refert, ſiue Ang. ſiue Aug. Arimi. in tract. de maleſi. in gl. i. col. iii. ubi dicunt eſſe contra reg. iuris, de qua in l. iiii. §. hoc autem judicium. & ibi Bar. ff. de dam. inf. vbi officium Iudicis non impartitur, niſi petenti. Et dicit Spec. tit. de inquiſit. §. ii. verſic. ſuper autem, quòd iudicia ciuilia exercentur actionibus ciuilibus; ſed profecto hic requiritur petitio, & ſic ſumus ſub regula d. §. vide Bart. ibi. Solum eſt hic inductum, ut competat actio, & competat officium Iudicis, vt facilius euitetur rixæ inter uicinos arg. l. æquiſſimum in prin. ff. de vſufruct.

c ¶ Et quia. Hic loqui intendit mixtim de iuditio cõmuni diuidundo & iuditio famil. erciſcun. nã regulariter ſunt equiparata ut eſt text. in l. ſi quis putans §. officio ff. communi diui. ubi gl. & inſt. de oblig. quę ex quaſi contrac. §. item ſi inter aliquos inſi. ubi tamen gloſſa ponit aliquas fallent. & tradit Iaſo. in dic. §. quædam numero lii. inſtitut. de actio. ibi uide et ſubde etiam quòd inter cohęredes non ſolũ famil. herciſc. ſed etiã cõmu. diui. agi. poteſt l. inter cohęredes in princ. ff. famil. herciſ.

d ¶ Communio. Vnum nota incõmodum communionis, quod etiam conſideratum fuit a legiſlatoribus; ut in l. cum pater §. dulciſsimis in fi. de leg. ii. & in l. ſancimus. §. ne autem C. de donatio. & fac. illud lucani. de quo meminit Spec. tit. de iudiciis. §. ſequitur. verſicu. ſcias. dicẽtis, Nulla fides regni ſociis, oĩſq; poteſtas Impatiens conſortis erit aliud incommodum habes in l. ii. in prin. C. quã do & quibus quarta pars deb. lib. x. ſ. ꝙ exinde prouenit negligentia in cuſtodiendo eo, quod communiter poſsidetur, quià nihil habere ſe quiſq; exiſtimat, qui nõ totum habeat, & ſuam quoq; partẽ corrumpi patitur, dũ inuidet alienæ. Vnde iura fauent peremptioni communionis, potius quàm ut augeatur difficultas illius, ut dicitur in l. qui nequê. §. fina. ff. de reb. eorum. interdum tamen prodeſſe poteſt cõmunio, attenta rei, & perſonarũ qualitate l. in hoc judicium §. ſi conueniat in fin. ff. communi diuidundo.

inuitus [a] in communione debeat permanere: prouidemus, quod si inter aliquos diuisio alicuius hæreditatis, [b] uel successionis, aut nominũ debitorum, [c] uel alicuius rei mobilis, seu immobilis, quæ communis fore asseratur, uel cõmuniter foret possessa, coram altero ex prædictis fieri postuletur: [d] et super hoc petitio [e] porrigatur parte prouocata legitime citata, ut supra, & comparente legitime, & possessionem, [f] & cõmunionem non negante, teneatur, qui ex prædictis fuerit additus ad diuisionem procedere modo, & ordine infrascriptis, uidelicet; Quia si pars prouocãs uoluerit [g] partes æquales facere, & fecerit, & electionẽ dederit prouocato: teneatur omnino pars prouocata unã partẽ eligere infra octo dies a die mãdati sibi facti

a ¶Inuitus. Verba tex.in.l.fi.C.com. diuid.hinc est, ꝙ si conueniat, ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pictum nullas vires habet, dicit tex.in.l.in hoc iudicium.d.§.si conueniat.ff. com. diuid. & vide glo.in.d.l.fi.ponentem nõnullas fall.ad reg.

b ¶Hæreditatis. Id est rerum hæreditariarum, q[uia] hęreditas propriè est nomen iuris.ff.de verb. signif.l.hærediras, & sic indiuidua, cûm sit incorporalis inst.de reb.corp. & incorp.§.fi. ita Io. fabri exponit in.d.§.quędã nu.ij.inst.de act.post gl.in.l.4.ff. com. diuid.

c ¶Debitorum. Hæc vox superflua est, quia nominum appellatio significat debita. Alcia.in.l.nominis, de verb.signif. In hac significatione accepit Iurisconf.in.l.si quis vxori.ff.de furtis, & Imperator in.l.nomen.C. quæ res pign.oblig.pos. vel dic, ꝙ sunt duo verba separata, & exponas debitorum, scilicet ab ipsis, sed caue, quia in iudicio com.diuid. non videntur venire nisi res corporales; quarum dominium habemus.l.per hoc indicium.ff. com.diui.sed responde, vt ibi in glo.& i.l.arbor.§. iudex com.di.sed magis placet tex.clarus in proposito in.l.si actum.ff pro socio.& ibi habes, quando cõpetat actio pro socio.

d ¶Postuletur. Vel actione fam. hercisc.si loquimur inter hæredes, tã vniuersales iuxta.l.j.ff.fam. hercisc.q̃ i certa re institutos iux.l.ex facto la grãde.ff.de hęred.institu.vel inter successores de iure prętorio, inter quos successores datur saltem vtilis.l.sed & eius, vbi glo.ff.famil.hercisc.vel actione commu.diuid.si loquimur inter socios, vel inter quos res aliquo modo sit communis, etiam extra societatem veram, & propriam; puta inter legatarios, vel donatarios.l.ij.ff.com.diuid. inst. & de oblig. quę ex quasi contr.§. item si inter aliquos.

e ¶Petitio. Formam libelli in iudicio famil.herc. tradit Ang.inst.de actio.§.quędã nu.7. & postea nu.9.ponit formam libelli in actio.com.diuid.& Bar.in.l.ad officium.C.eod.tit.

f ¶Possessionem, & cõmunionem. Hęc verba adaptantur tam ad habentes rem communem societatis titulo, quâm sine societate; & etiam si intentetur iudicium fam.hercis.& consequenter notãdum est, ꝙ iudicium fam.her.non procedit, vbi citatus negaret agentem esse cohęredẽ, & possessorem. Quod quidem etiam est de iure communi iux.l.j.ff.fam.herc.vbi Bar, Raph.& Floria. sed si tantum negaret hęredem, benè competit, vt per eos. Debet tamen possessor probare se hęredem, vt ibidem habetur. Et fundamentalem rationem ponit Bal.in.l.nõ epistolis col.2.C. de proba. & ibi ponit, ꝙ si neuter cohęredũ possideat, an nihilominus cõpetat hoc iudiciũ fam.here. & sic, an in hoc iudicio veniãt res à neutro possessę? & determinat, ꝙ sic.allegat.l. sed & si vsucapio in princ.ff.fam.hęrc. & ibi est glo.not.in verbo, subducit, quę istud optimè elicit ex illo tex.& habetur pro mirabili. Sed si non fuisset oppositum, procedit iudicium.l.ij. cum glo. & ibi Bar. & doct.C.com. diui. latius Io.fabri inst. de actio.§. quędam. Vbi etiã Ang. nu.3.disputat, an si appareret nullum ius competere agenti, esto ꝙ oppositum nõ fuisset per partem, iudicium esset validum, nec ne? & tenet, ꝙ sit nullum contra Fabri opi.arg.decis.Bar.in.l.ij in prin.vers.pro declaratione induco.ff.de dote pręleg.per quam Ang.limitat.l.cùm putarem.ff.fam.herc. ubi habetur ꝙ exceptio tibi non competit ius agendi non potest opponi post sententiam, nec reddit iudicium retro nullum; & solutum authoritate sententię non repetitur vt indebitum. Aduertendum tamen, quia licet vbi negatur cohęres, non competat actio fam.her.nihilominus alię actiones cõpetunt, uelut petitio hęreditatis; petendo ꝙ declaretur hęres, quo obtento poterit postea condescẽdere ad istam actionem fam.hercis.glo.ita declarat in.d.l.j.ff.fam.her.& in hoc dicit Ang.se vidisse multos errare. Eadem dicenda sunt, si agatur com.diuid.inter habentes res communes Io. fab. Ang.& Ias.in.d.§.quędam.Bar.in.l.in prouincia li.§.j.ff.de no.op.nunt. & pariter vbi negatur habere communionem, nec possideat, non excludetur, quin possit agere rei vendicatione Bar.in.l.j. ff.familię hercis.

g ¶Voluerit. Vides hic dari prouocanti facultatem faciendi partes, si velit, imô cogi deberet facere, prout cogitur prouocatus eligere, vt infra subijcit. Et propterea dicit Ioannes fabri in sępè citato.§.quędam, & Ias.ibi refert nu.58.ꝙ in pluribus locis obseruatur, ꝙ prouocãs de-

 beat

de electione facienda. Et si infra dictũ terminum non elegerit per se, uel aliũ; ad ipsum prouocãtem electio deuoluatur, [a] & eius electioni stetur. Si tamen pars prouocata infra dictum terminũ dixerit partes factas non esse æquales: tunc, uel postea infra tertium diem ille, qui fuerit aditus, eligat duos bonos uiros expertos in talibus: de quibus partes concordauerint, uel si cõcordes non fuerint, datis confidentibus a partibus, si partes dare uoluerint, alias etiã non datis confidentibus: ¶ Qui eligendi debeant partes factas examinare. Et si æquales uideantur eisdem, & hoc asseruerint electi, stetur eorum declarationi: & prouocatus omnino eligere teneatur infra tres dies a die mãdati de nouo sibi de ipsa electione faciẽdi. Si uero eisdem partes uideantur inæquales: ipsas adæquare teneantur, & eorum adæquationi stetur, & pars prouocata eligere teneatur, ut supra: et ipsa non eligẽte infra tres dies electio ad prouocantem deuoluatur, ut supra: & pars: per eum electa ad ipsum deueniat; alia uero remaneat prouocato; ¶ Quæ partes ut electæ fuerint per eũ, qui fuerit aditus, prout cuilibet ex electione prædicta obuenerint, pro diuiso adiudicari debeant. ¶ Si uerò pars prouocans partes non fecerit: tũc procedatur ad dandum dilationem, ad respondẽdũ petitioni, & ad alia, ut supra, et is, coram quo causa agetur ex suo officio, [b] ut crediderit cõuenire, partes æquales faciat, uel fieri faciat per eligẽdos, ut supra, & in ipsas partes sors mittatur, & cuilibet prout sors [c] obtulerit, alteram ex dictis partibus pro diuiso adiudicare teneatur. ¶ Si tamen uoluerit prouocatus facere, & fecerit partes æquales de rebus, super quibus fuerit contẽtio, & electionem dederit prouocanti,

beat facere partes; quia hæc partitio est magis sibi grauosa; ideo sibi debet deferri, velut actori. Sed responde, ꝙ quoad partitionẽ uisum est statuentibus, ꝙ sit in facultate; quia si ipse nollet, prouocatus poterit facere illam; nec de hoc curarunt statuentes, attento ꝙ salua remanet prouisio iuris communis volentis hanc diuisionẽ residere in officio iudicis l. ad officium C. com. diuid. l. in hoc iudicio famil. hercisc. de quo infra §. si verò pars. et pondera hic, quia nullam differentiam facit inter qualitatem personarum; nã est longa altercatio inter docto. an maior frater teneatur facere partes, & minor eligere, de qua abunde Ias. in d. §. quædã nu. lxii. versic. quæro de q. tota die &c. post Angel. col. antepenul. versic. quæro de q. contingente apud mechanicos, et dicit Iaso. ꝙ maior pars legistarum tenet, ꝙ sit potius de consuetudine, q̃ de iure scripto. Canonistæ verò ꝙ sit iuridicum per ca. i. de parochijs, ꝙ maior faciat partes, et minor eligat; & ꝙ maior in proposito censendus sit is, qui maiori tempore gubernauit bona; licet natu minor sit, vt dicunt Host. Ant. & Anchar. in d. c. i. de parochijs. & ipse se resoluit, ꝙ etiam idem debeat de iure ciuili teneri attento d. ca. i. quod vti clarum declarabit ius ciuile dubium. Et adde subtilissimã disputationem cuiusdam Hieronymi Spruch in formam cõsilii post cons. Zabb. ordine. xiii. incip. casus super quo consulendum. Et vide etiã consi. Aemilii ferreti primum.

a ¶ Deuoluatur Simile in elect. prælatorum cap. ne pro defectu de elect. Et quot modis quis priuetur eligendi potestate vide per Petrum Anchar. in c. gratum, vers. quæritur Io. And. de post. prçla. Et omnino videatur in materia iuris ciuilis Bald. in l. manifestiss. in fi. princ. versic. quæro quid si dominus C. de furtis. ubi quid si certum est nolle elligere, an expectabitur lapsus temporis, cũ possit mutare voluntatem, ut per ipsum; & electio beneficium, seu priuilegium reputatur l. prima C. de his qui se defe. li. x.

b ¶ Suo officio. Cõcordat l. ad officium. C. com. diuid. et l. in hoc iudicio et l. officio fam. herciscun.

c ¶ Sors. Ad hoc in idim duo tex. in l. ii. §. i. C. quãdo & quib. iiii. pars lib. x. & in dic. loco multa de sorte ipsa per doct. maximè Lucam de penna, & per Bal. in l. ii. C. com. de legat. vbi inter alia dicit, ꝙ à iudicio sortis non appellatur; quia fortuna nõ habet superiorem, quod dictum intellige, nisi fortis in fœlicitate intollerabile damnum emergat Bal. in l. maioribus C. cõmunia ver. iudic. & Fran. in rub. de app. col. iiii. in fi. vbi dicit dari officium iudicis, ex læsione enormissima. De iudicio fortis plura habes cumulata à Moder. in consue. Paris. ch. cxvi. col. pen. cum seq. et adde text. eum gl. in l. sed cum ambo. ff. de iudi.

teneatur prouocans omnimode infra quinque dies á die datæ electionis unam partem eligere, & ſi elegerit perſe, uel alium infra dictum terminnm, eius electioni ſtetur, & pro diuiſo ipſa pars eidem adiudicetur, & altera alteri parti ad iudicetur. Si uero non elegerit infra dictum terminum per ſe, uel alium, electio deuoluatur ad ipſum prouocatum, & eius electioni ſtetur. ¶ Sed ſi pars prouocans dixerit partes inæquales fore, eligantur, ut ſupra duo boni uiri, qui debeant examinare partes prædictas: Et ſi æquales uidebuntur, & hoc retulerint, ſtetur eorum relationi, & prouocans omnino eligere teneatur infra tres dies á die mandati ſibi de nouo faciendi: Si uero eiſdem eligendis partes uideantur inæquales, ipſas adæquare teneantur, & ipſorum adæquationi ſtetur, & pars prouocãs eligere teneatur infra tres dies qua non eligente infra tres dies prædictos, electio ad ipſum prouocatum deuoluatur, & fiat, ut ſupra. ¶ Et ſi res diuidi poſtulatur, quæ commodè, uel ſine magna expenſa, & ſine magno damno, uel incõmodo[a] rei diuidendæ non recipiat diuiſionem, uel recipiat, & tamen ex tali diuiſione efficiatur inutilis partibus prædictis, uel alteri earum ſic & taliter diuiſa, tunc & iis caſibus uni rem adiudicet & alteri ſuæ partis iuſtam exſtimationem[b] dari facere teneatur arbitrio boni uiri[c]: electione data prouocato[d] uel uelit rem, uel extimationem, ſi prouocans talem diuiſionẽ rei & æſtimationis fecerit, aliás forte dirimatur[e], ut ſupra. ¶ Et ſi in dubium reuocetur, de prædictis; ſtetur declarationi eligendorũ per Iudicẽ aditum ſuper prædictis, de quibus partes fuerint in cõcordia, uel de numero confidentium dato á partibus, ſi partes dare uoluerint, & ipſis recuſantibus, uel non dantibus infra termi num eis aſſignatum per iudicem ſuo motu eligendorum, etiam non datis ſuſpectis, uel confidentibus. ¶ Si autem pars prouocata citata legitime, ut ſupra, non comparuerit petente parte prouocante, teneatur, qui additus fuerit elapſis octo diebus, ut ſupra, dare dictum curatorem liti, qui abſentem defendat: cum quo curatore etiam inuentarium non faciente ut ſupra, procedatur in cauſa principali, ut ſupra dictum eſt in præmiſſis caſibus fore procedendum: & ualeant agitatá cum eo, ac ſi eſſent cum principali legitime comparente acta, & fiat, & terminetur, ut ſupra. ¶ Vbi autem prouocatus comparens per ſe, uel alium legitimè negauerit prouocantem res, quæ communes dicuntur poſſidere, ſaltem pro parte in petitione contenta, & de eis cum ipſo prouocante communionem habere, uel ſaltem ſe poſſidere,

S. iii tunc

[a] ¶ Incõmodo. Vide Bald. in l. ſancimus, vlt. col. C. de donat. ꝙ res non dicitur poſſe commodè diuidi, quando non poteſt ſine deterioratione diuidi tex. autem in l. i. C. commu. diui. dicit, ꝙ res non dicitur poſſe commode diuidi, quando ſine iniuria alterius diuidi nõ poteſt, vt aduertit Iaſ. in d. §. quædam nu. 6. hic autem etiam conſiderat incommodum, quod uidetur æquipollere ei, quod de iniuria. dixi.

[b] ¶ Aeſtimationem. Vt in ſtit. de off. iudi. §. eadem. & l. non amplius. §. ſi. cũ l. ſeq. de leg. i.

[c] ¶ Boni viri. Ideſt etiã iudicis l. ſed ſi vnius. §. prætor. ff. de iniur. glo. ibi, & tex. in l. continuus. §. cũ ita. ff. de verbor. obliga. glo. in c. potuit in verbo, celeri, in fi. extra locati.

[d] ¶ Prouocato. Quæ multum poteſt utilis eſſe propter affectionem ad rem, ueluti ꝙ fuerit maiorum ſuorum iuxta not. in. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. cum uulg. Et dico, etiam ſi haberet minorem partem in ea re, quàm habeat prouocans, qua prouiſione ceſſante dicendum fortaſſis fuiſſet dandã electionem ipſi, qui habet maiorem partem, ſi credimus Iaſoni in d. §. quædam num. 59. eliicienti hoc ex mente Bal. in d. l. ſancimus per illum tex. uerſi. ne autem ibi ampliorem ſummam. C. de donationibus, facit etiam l. finali. C. qui bonis cedere poſſunt verſi. & ſi quidem vnus creditor.

[e] ¶ Dirimatur. Quid ſi neuter habeat, unde ſoluere poſſit æſtimationem? Credo, quòd ſubintret hoc caſu proiſio l. ad officiũ in ſi. C. cõmu.

diuidũdo, videlicet, q de beat res subhastari, etiã extraneo emptore admisso, d quo latius apud Ias. in d. §. quędam nu. 59. & P. de Vbal. in trac. d duobus fra. in xi. p. pri. xii. q.

a ¶Non cõparentib. Aliàs si duo tãtum facerent diuisionem, & tertius non fuisset citatus, non præiudicaret diuisio, nec valeret sententia arbitri; Ita Pau. de Cast. in cõsi. 182. in 2. parte inci. circa primum quæsitum, et nota est reg. l. de vno quoquè ff. de re iudica.

b ¶Obligationibus. Ad hoc, & sequentia, bonus tex. in l. iii. ff. cõmu. diui. & l. 4. §. si dicatur. ff. fi. reg. fac. reg. l. interdũ. ff. de furt.

c ¶Prescriptionẽ. Ad hoc l. i. C. de annali excep. §. nemo itaq; vbi gl. & doc.

d ¶Simul vel coniunctim. Alex. cõsi. 32. clarissimè D. vicari. lib. vii. põderat verba huius statuti, & multa dicit circa id, maximè de ratione, concludẽs, q in hærendũ est verbis ipsius statuti, quia dubia est ratio illius, vt per ipsum. Et sic habes casus, in quibus quis cogitur præcise vendere rem suam, vide alios per Bar. in l. i. C. de lati. lib. toll. Socin. in lib. fall. in verbo, vẽdere, Bar. in l. i. §. circa carnis: ff. de off. præfecti vrbis, & Caccialup. in trac. de emp. & ven. 3. q. prin. versi. quęro, & vers. vlt. ad q. & vide etiã Alex. in l. si in emptione. §. i. ff. de contrah. emp. vide Fabia. ĩ tract. de emp. q. 20. 3. q. principalis. latissime Tiraq. lib. retrac. lign. ĩ præfatione nu. 14. & 15.

e ¶Iuxta. Nunquid via publica in medio posita impediat, quominus dicatur vicinus, seu prædiũ habere iuxta 7. illas tornaturas? quam q. in fimi.

tunc procedatur, & terminetur, & in omnibus, & per omnia fiat, ut supra dictũ est: lite de finibus mota parte utraque comparente inquãtum possit prædictis adaptari. ¶Si uero fuerint plures ad diuisionem prouocati, & aliquis uel aliqui compareant, & aliquis, uel aliqui non; eo casu procedatur cum comparente, seu cum comparentibus, ut supra; et pro non comparentibus[a] detur curator liti, cum quo procedatur, & causa terminetur, ut supra ubi habetur mentio quando curator detur. ¶In quolibet autem casuum prædictorum, siue de finibus, siue de diuisione agatur Iudex qui de prædictis cognouerit, possit, & debeat de omnibus obligationibus[b], & omnibus aliis à prædictis dependẽtibus, uel occasionatis, (si hoc petatur,) cognoscere inrer prouocantem, & prouocatũ, & inter eos etiam, uel alterum eorum, & quemcunque tertiũ comparentem eodem durante iudicio, & in eodem iudicio, & modo, & tempore, & forma prædictis terminare. ¶Nec possint possessores rei communis pro indiuiso sibi adinuicem alicuius temporis præscriptionem[c] opponere in prædictis. Vbi autem alter in solidum possideret, uel quilibet partẽ suam pro diuiso iuris communis, & statutorum præscriptio uendicet sibi locum. ¶Si uero contigerit aliquem, seu aliquos quotcũq; fuerint, habere uel possidere septem Tornaturas terræ, uel minus, simul, uel cõiũctim[d] pro indiuiso, seu pro diuiso inter se, iuxta[e], possessiões alicuius, seu aliquorũ, simul cõiter, uel cõiũctim, pro indiuiso possidẽtis, uel possidẽtiũ, uel habẽtis, uel habentiũ de terreno iuxta dictas septem tornaturas, uel minus, à trib9 lateribus[f] ad min9 tertãtũ, uel ultra inter omnia[g] dicta tria latera, et si esset aliquis alius cõuicin9 de

formauit glo. inst. de rer. diuis. §. riparum, allegando l. martius. ff. de acquire. domi. per quẽ vult dicta gl. q. illi sint dñi riparũ, qui penes ripas pdica possidẽt, licet via sit in medio, adde, q nec via media nocet, quominus cõstitui non possit seruitus. l. seruitutes la 4. §. publico, vbi etiã gl. ff. de seruitu. tit. generali. Sed in contrariũ, videtur esse casus in l. ii. §. fi. cum l. seq. ff. fi. reg. vbi confiniũ nõ dicitur via publica interueniente. Et reperio, q p hunc tex. ita determinat Cæpola in trac. de serui. rust. pdi. in capite, vbi tractat de uia publica. q. 20.

f ¶Lateribus. s. Rectis ductis lineis ad quadratum perfectum, iuxta quod latera dicuntur ad similitudinem hominis, qui habet quatuor latera sursum, deorsum, dextrã, & sinistrã, ad cuius similitudinẽ & prędia plana, & flumina figurari debent, ut optime probat Bar. in trac. suo de insula. §. q. si ex uno &c. uersi. exemplum in flumine &c. Spe. in tit. de empt. & uendi. §. i. uersi. item nota nu. 12 qui uocat plagas, dicens similiter quatuor esse ab orientali, occidẽtali, meridionali & septentrionali. Aliàs sequerẽtur mille absurditates, quia si ager ille. 7. tornaturarum esset in figura 5. uel 6. uel 8. facierum, quarum tres essent tantum circundatæ a terreno uicini, q posset cogi dominus illarum 7. tornaturarum uendere, quod non est dicendum, cum in ueritate pars maior dicti fundi non sit circũdata a tribus partibus secundum q est de intẽtione statuentium.

g ¶Inter oĩa. Idest cõprehẽsis omnibus lateribus.

¶Cursum

terreno posſidens in uno ex dictis tribus lateribus, quám ſint dictæ ſeptem tornaturæ, uel minus, ſuper quibus ſeptem tornaturis, uel infra non ſint ædificia domus, uel domorũ, habilis, ſeu habiliũ ad habitãdũ, oblata petitione per eũ, uel per eos, qui habet uel qui habẽt à tribus lateribus, & ad minus ter tãtũ, uel ultra, ut ſuprà, uel eius, uel eorum nomine: Iudex, qui fuerit aditus facta fide legitima de prædictis, parte primo citata legitimè, & legitimatis perſonis, ut ſupra, compellere teneatur illum, uel illos, qui habet, uel habent, ſeu posſident ſeptem tornaturas tantum, uel minus, ut ſupra, uendere iuſto precio ei, uel eis, qui habuerint à tribus lateribus, ut ſuprà; & inſtrumentum uẽditionis facere ſecundum modum, & curſum [a] notariorum Ciuitatis Bononiæ, & precium recipere parte citata comparente. ¶Quod precium iuſtum declarari debeat arbitrio duorum bonorum uirorum à partibus eligẽdorũ, & dictis duobus non concordantibus, arbitrio dictorum duorũ, & unius tertij boni uiri à partibus eligendi, ubi eſſent concordes de tertio: & ubi nõ poſſent concordare, arbitrio Iudicis, [b] uel officialis eligẽdo. ¶Qui eligendi debeant eſſe habitatores ciuitatis, uel comitatus Bononiæ, qui habitent, uel habeant poſſeſsiones penes [c] rem æſtimandam

a ¶Curſum. Regulare eſt, ꝙ venditor tenetur facere inſtrumentum venditionis emptori Bar. in. l. ex ea parte. ff. de verb. obl. Bal. in. l. ſi prædiũ col. 3. verſ. deinde videamus. C. de ædil. edicto, q ſubdunt ꝙ etiã tenetur facere ſecundũ conſuetudinẽ Ciuitatis, latè Alex. cõſ. 205. Reuerẽde domine, paulò ante finem lib. 2. latiſsimè per vnam paginam apud Tiraq. ĩ tract. retract. lignager. §. 29. glo. 5. Sed certè magnũ verbũ eſt, ſi intellexerimus, ꝙ venditor coactus eo modo, iiſq; ſtipulationibus, iuramẽto, pœnis vinciri deberet; prout ille, qui volũtariè vendit, maximè reſpectu duplæ ſtipulationis, ad quam de iure non teneretur etiam venditor voluntarius. l. emptori. l. illud. ff. de euict. Itẽ ꝙ teneatur ſuſcipere defenſionẽ ampliſsimã, cùm de iure non videatur obligatus; niſi ad aſsiſtendum iuxta. l. 1. C. de peric. & commodo rei venditæ. l. ſi parẽtes. C. de euict. l. ſi rem. §. fin. ff. illo eo. tit. Et multo magis, ſi intelligimus cautũ in formula pacti conſtituti, & libelli in vendi. ꝙ nec etiam exigatur aliqua denunniatio pro parte emptoris; quando mota eſt lis ſuper euictione. Item ꝙ teneatur iuxta. d. formulam promittere, ſeu tradere vacuam poſſeſſ. ad quam de iure cõmuni ſecundum magis verã opin. & communem nõ teneretur venditor, vt eſt caſus in. l. ſi cùm fundũ. §. ferè. ff. contrah. emp. glo. ordi. in. l. ſi fundũ. ff. de fundo dot. latè tradit Fabia. de mõte tract. de empt. & vend. 6. q. pri. nu. 66. Vnde ego ſalua meliori deliberatione, ne â pari tractentur faciẽs actum ex voluntate, & faciens ex neceſsitate contra. l. ſi fide iuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. vbi bonus tex. & ibi not. l. cũ poſtulaſſem, §. fi. ff. de dam. infecto dicerem attẽtari poſſe, ꝙ hic tex. intelligendus eſſet quoad clauſulas ſolitas pertinentes ad notarios, non autem ad partes contrahẽtes iuxta doctrinam Bar. in. l. ſi librarius. ff. de reg. iur. Et ſtatutum, ne contineat abſurdum, reſtringi debet. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. l. vt gradatim. §. 1. de mun. & hon. & ideô ſtatuta debent interpretari taliter, vt non poſsint à ſapiẽte reprehẽdi. l. Saluio Ariſto. de leg. præſt. Vltra ꝙ eſt contra regul. cõmu. vt dictũ fuit ĩ pric. §. ſi vero contingerit, & fac. dictum Ang. not. in. l. ſi finita. §. eleganter in fi. vbi etiam Alex. ff. de damno infecto, videlicet ꝙ iam non tenetur debitor pari, vt apponatur guarentigia; quoniam ex hoc efficeretur durior conditio ipſius debitoris, cûm ſic non ſit obligatus à iure cõmu. tradit Ripa in. l. 2. nu. 49. ff. ſolu. matri. vbi infert, pari. ratione nõ tenebitur debitor iurare promiſſa obſeruare &c. quia propter iuramentum efficitur deterior conditio debitoris ſeu venditoris: quia tunc poſſet conueniri coram Iudice eccleſiaſtico. c. fi. de foro comp. in. vi. Et quia iuramentum operatur, vt habeat exequutionem paratam Bar. in. l. 2. ad fin. ff. de iure iur. & facit generaliter dictũ Bal. in. c. ſignificauit col. 2. de teſtib. ꝙ quis demum cogitur conficere inſtrumẽtum; cûm non eſt oneroſum facienti. i. vt ipſe declarat, non grauat plus, q̃ eſſet ex natura obligationis: ſed iſtæ autoritates poſſunt euitari ſtante conſuetudine notariorũ per dicta in prin. glo. ſed tamen adhuc nõ conſtat, ꝙ vigeat; quando eſt venditio coacta, & non liberæ voluntatis arbitrio, cogita benê, ſi dabitur caſus.

b ¶Arbitrio Iud. Qui Iudex eligat peritos in arte Bar. in. l. creditores, col. fina. C. de pigno. vbi docet practicam.

c ¶Penes. Quia melius noſcere pretium poſſunt poſſeſsionum vicinarum, vt probatur in. l. ſi ita. § fina. ff. de fund. inſtru. & ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur. l. filium & extra de præſump. c. quoſdam

infra unum miliare ad plus. ¶Et si cõuentus cõparens tacere, negauerit oblato [a] iusto [b] precio ab eo, uel ab eis, qui emere uoluerit: & eo deposito penes idoneã personam eligẽdam per eum, coram quo fuerit oblata petitio; Iudex teneatur adiudicare minorem partem ei, uel eis, qui habet, uel habent maiorem, & eum, uel eos in possessionem inducere, & inductum, uel inductos manutenere, remediis oportunis: in qua perpetuo non ualeat, uel ualeant molestari, uel inquietari per minorem partem habẽtem, uel ab ipso causam habentem, post primam citationem [c] de eo factam, & omnis alienatio [d] per eum facta de prædictis post dictam citationem (quantum ad præiudicium maiorem partẽ habentis) sit nulla, & irrita ipso iure, nec possessionem ex ea consequi possit in præiudicium habentis maiorem partem, ut supra. ¶Et intelligatur, qui missus fuerit in possessionem (quãtum ad eum, contra quem [e] immissus fuerit in possessionem, uel hebentem causam ab eo, ut supra) uerus dominus, & possessor, & fructus lucretur. ¶Quod pretium stare debeat depositum, ut supra, donec qui partem minorem haberet, instrumentum solemne uenditionis fecerit maiorem partem habenti modo prædicto, uel per ipsum minorem partem habentem non steterit: quo facto eidem, qui fecerit, pretium detur. ¶Super quibus ipso conuento comparente procedatur, & causa terminetur modo, forma, & tempore prædictis. ¶Ipso autem minorem partem habente citato non comparente detur dictus Curator liti, & causæ dicti minorem partem habentis: Qui Curator ad uenditionem prædictam faciendam omnimodè compellatur, & ad ipsius rei defensionem ipse Curator, uel eius successores minimè teneantur, sed ille cuius liti Curator datus fuerit, & eius successores, & bona ad ipsius rei defensionem teneantur, & sint obligati, ac si ipse habens minorem partem uenditionem prædictam fecisset, Cum quo Curatore procedatur, & causa terminetur, ut supra, in omnib. aliis agendis cum Curatore. ¶Pretium autem prædictum deponatur penes idoneam personam, quam ipse elegerit, coram quo prædicta agentur, penes eam remansurum, donec acta cũ Curatore solemniter per instrnmentum approbauerit, uel de nouo uendiderit principalis. Qua approbatione, uel uenditione intercedente, pretium eidem integre persoluatur. Et de secunda uenditione neutra partium gabellam soluere teneatur si de prima soluta fuerit. ¶Ab iis proximè dictis excipimus

dam, & seq. & de purg. cano.c. cùm dilectus el picciolo.

a ¶Oblato. Cui autem faciẽda sit oblatio, vide latissime Tiraq. lib. retract. lignager. §. 9. glo. 3. nu. 5 videlicet ei, cui solui debet, allegando. l. ij. & ibi Saly. C. de vsur. & in. l. si reus paratus. ff. de procura. vbi Bal. dicit, q si non reperiatur creditor, fiat oblatio apud Iudicem, & tutius secundũ ipsum est, vt fiat proclama.

b ¶Iusto. Vide quid sit iustum pretium, & quid si alius paratus sit dare maius pretium, nũquid primum desinat dici iustũ? p Tiraq. d. tract. retract. lign. §. 1. glo. 18. in prin: post doct. in. l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verb. obl. Et sic per hoc verbũ iustum tolluntur altercationes inter doct. aliquibus dicẽtibus debere dari tantam, quantum ab alijs inueniri potest, vt voluit Io. and. in add. ad Spec. tit. de act. empti. §. nunc dicẽdum el. 2. vers. sed pone statutum. Addo Fabia. ĩ tract. de emp. & vẽd. in. q. 20. ĩ fi. 3. q. p.

c ¶Citationem. De iure communi secus videtur; quia est iudiciũ psonalis actionis ad Saly. ĩ. l. ij. C. de litig. vers. secũdo casu

d ¶Alienatio. Quid sub hoc nomine cõtineatur, declarat tex. in. l. fi. C. de reb. ali. nõ ali. & in auth. de non ali. aut permu. §. alienationis. Et qui alienare prohibetur, prohibitus censetur etiam facere actum, per quem alienatio sequi posset; qa nihil interest, an alienes an facias, ex quo sequatur alienatio. l. codicillis §. matre. vbi Bar. ff. de lega. 2. glo. in. l. si ita quis §. ea lege, & ibi Bal. qui dicit eam notatu digná.

Raphael com. & Fran. aret. qui eam dicunt not. & ibi etiã Ias. ff. de verb. obliga. Latissimè Tiraq. in. d. tract. retract. lign. § 1. glo. 14. nu. 14.

e ¶Contra quem. Fortè fuit necessariũ arg. l. Sabinus. ff. de in diẽ addic.

molendina,[a] & terrena ad molendina pertinentia, turres, & caſamenta ubicunque poſita, ſuper quibus caſamentis ſint, uel fuerint ædificia aliquo tempora infra decem annos proximè præcedentes tempus petitionis oblatæ. ℂ Quæ omnia in quolibet caſuum prædictorum fieri, & eſpediri poſsint per eum, qui de prædictis cognouerit quandocunque, etiam tempore feriato, nisi in honorem Dei, uel propter exercitum, uel caualcatam, uel quia Palatium iuridicum Ciuitatis Bononiæ ſtaret clauſum, quo tempore pro feriato reputetur in prædictis. ℂ Idem per omnia etiam ſeruetur, & fiat, ſi reperiatur aliquem habere punctam, gaydam, ingabbaturam, uel cocham duarum tornaturarum, uel minus, inter,[b] ſeu intra terram, uel uineam alicuius, qui ter tantum habeat, quàm fuerit dicta cocha, gayda, puncta, uel ingabbatura: ut ille, qui cocham, uel aliquod prædictorum habuerit, uolenti emere iuſto pretio, ut ſupra taxando uendere compellatur: et in procedendo, & terminando parte comparente, uel non, prædicta debeant obſeruari. ℂ Præterea Dicimus idem econtra in caſibus prædictis fieri, & obſeruari debere in procedendo, & terminando, & cæteris aliis, ſi minorem partem habens uendere uoluerit habenti maiorem partem, ut iuſto pretio taxando, ut ſupra, maiorem partem habens omnino emere compellatur. Quod pretium in quolibet prædictorum caſuum boni uiri arbitrio ſtatuatur. ℂ Et ſi uenditio ab aliqua partium non poſtuletur; ſed dicta prædia modo debito dirigi petatur de ipſa cocha, uel ingabbatura, puncta, uel gayda, Is coram quo petitio porrigetur, ipſam dirigi faciat, permutando habita ratione melioramenti utriuſq;. ℂ Et ſi coacto uenditore, uel permutatore in aliquo caſuum prædictorum, cum quo puncta, gayda, cocha, uel ingabbatura uendi, uel dirigi peteretur, remanſerint[d] tres tornaturæ in uinea, uel ſex in aliis poſſeſsionibus; uel minus, & uoluerit uendere ei, qui cogi petierit eum uendere, uel permutare, is, qui cogi petierit, emere iuſto pretio compellatur. Quod ſi facere negauerit, non cogatur aliter ad uenditionem, uel permutationem faciendam præſentialiter, uel in futurum. ℂ Dicimus etiam, quòd ſi reperiatur unum, uel plures habere duas tornaturas terræ uineatæ, uel quatuor terræ, uel abinde ſupra, & non habuerit uiã, quæ pro uia ſemper ſtet habilis ad uſum uiæ, qui fuerit aditus pro prædictis, teneatur uiam[e] conſtrui facere per locũ cõmodiorẽ utriq;, & ei per cuius fundum uia conſtruetur, iuſtum pretiũ

a ¶ Molendina. Dato ꝙ non ſint ad habitandum parata.

b ¶ Vel fuerint. Subaudi, licet non ſint de præſenti ſuper dictis caſamentis. Caſamenta autem vocat (ut reor) multitudinem ædificiorum vicinorum, vt cernimus in pluribus locis noſtri Comitatus, & ratio videtur eſſe, quia propterea ſperandum eſt, ꝙ reficiãtur habitationes deſtructæ, vel collapſæ per dominos illius terræ vij. tornaturarum, id ſuadente magna commoditate vicinorum, & ſic lex magis fauet reædificare volenti, quàm de nouo facienti l.i.§.ſi quis ædificium ff.de no.op.nunt.cum ſimilib.i.

c ¶ Inter. Intelligendus ergo eſt text. ꝙ hoc caſu ſufficiant confinia a duobus lateribus, & hoc modo differt a ſuperiori caſu; vnde iſta nomina, q̃q̃ barbara & obſoleta vnũ, & idem ſignificare videntur, quandoquidem nõ põt imaginari niſi vnus modus, per quem terra mea ſit inter fundum vicini, & nõ confinet a tribus lateribus. Figura autem eſt triangularis, vel perfecta, vel depreſſa, vel oblõga; ex vna parte cui figuræ alius tertius ſit vicinus; ex alijs vero duabus partibus intra terram illius, qui vult emere, protẽdatur. Sed quid ſi talis gayda ex parte latiori cõtinuat cum meo fundo plurium tornaturarum, qui ad me pertinenerit ſub vna menſuratione, an procedat hæc diſpoſitio, vt cogar vendere illam particulam, ſeu gaydam? Crederem, ꝙ ſic; quia verum eſt, ꝙ eſt intra viſcera fundi alterius, aliàs non poſſet correſpondere verſ. & ſi coacto, poſitus in ſubſequenti §.

d ¶ Remanſerint. Id eſt, remanſuræ eſſent venditori, uel permutatori.

e ¶ Viam. Hæc eſt noua

arbitrio boni uiri, ut supra taxãdo dari faciat iudex, qui fuerit aditus. Et si plures uicini sint, qui uiã nõ habeãt, cõpelli possint, & debeant ad petitionem cuiuslibet uicinorum de ipsorum terreno communem uiam ipsorum facere, ubi melius, & commodius fieri poterit. Ad quam uiam quilibet uicinorum conferre teneatur pro rata terreni, pro cuius aditu uia necessaria uideretur terreno, tam uiæ, quàm alio, pro quo conferri debet extimatio arbitrio boni uiri. Quæ proximis casibus dicta sunt locum habeant, nisi defectu uiam petentis fuerit factum, quominus uia solita habeatur. ¶Statuentes, quòd si decætero contingat aliquẽ, uel aliquos quotcunq; fuerint, habere, uel possidere in Ciuitate Bononiæ, uel burgis, simul, uel diuisim aliquam domum ruinosam, & quæ non sit habilis ad habitandum per bonos artifices, uel alios notabiles ciues, seu habitatores Bononiæ, uel in qua aliquis non habitet, uel retro non habitauerit per unum annum proximè præcedentem, aut in qua habitent personæ inhonestæ, uel quæ non sit frequenter habitata,[a] uel deputata ad usum canipæ, uel alicuius artis uel ministerii pertinẽtis ad aliquam de societatibus Artium Ciuitatis Bononiæ permissis, & approbatis per statuta Ciuitatis Bononiæ, seu ad usum canipæ uini, uel quæ nõ sit necessaria pro usu proprio ipsius domini, uel ipsius domus uel suæ familiæ, seu in qua dominus dictæ talis domus, uel eius familia non habitet: super quibus si in aliquo casuũ prædictorum uertatur in dubium, stetur declarationi Iudicis, qui super aliquo de prædictis, uel infrascriptis aditus fuerit: teneatur illam uẽdere, dare, & tradere uicino domus prædictæ possidenti, & inhabitanti domum contiguam, seu positam iuxta ipsam talem domum uolenti eam emere, & pro suo, uel suæ familiæ usu deputare, & inhabitare, pro pretio declarando per duos, uel tres arbitros eligendos, secundum formam, & modum suprascriptum pro libris decem plus pro quolibet centenario, & ad rationẽ centenarii quantitatis pretii, seu æstimationis prædictæ. Et omnia[b] in præsenti statuto disposita hic: & in omnibus proxime dictis disposita, & repetita intelligantur: dum tamen ipse talis ipsam domum caducam emere uolens sufficienter satisdet tẽpore porrectionis libelli de reparãdo sufficienter eam infra unum annum. Et si infra dictum annum dictam domum sufficienter non reparauerit, cõpellatur ad eam restituendã primo domino, & pretiũ per eum solutũ recipere. ¶Statuentes, quòd prædicta omnia in quolibet casuum prædictorum in hoc statuto comprehensorum, locum habeant in maioribus, & minoribus cuiuscunq; ætatis prouocantibus,[c] seu prouocatis: dum tamen adsit tutor,[d] uel cura

tor,

prouisio: quia de iure cõmuni non tenetur quis viam in suo constituere .l. viam. §. fin. ff. de serui tu. rusti. præd. vbi Bald. & Floria. & Cepolla in tract. de serui. itine. c. 38 inserẽtes q fratres in diuisione sint cauti, in seruent in domo diuisa aditum ad partem superiorem per inferiorẽ aliis non veniret aditus.

a ¶Habitata. Ex hoc demonstratur q dominus vel non indiget, vel non curat, ideo vicinus indigens præferendus est, hoc etiam casu fauor publicus preferendus est; quia ex non habitione domus fiunt deteriores, & consequenter vrbs deformari potest. Ita Luc. de penna in. l. 2. C. de cõditis in pub. horr. vbi ꝓpriè dicit facilis est ædificiorum ruina incolarũ subtracta custodia & vide Roma. sing. 777. incip. pauper habens altũ palatium destructum.

b ¶Et omnia. Per hoc colligo ego, q dominus talium domorum versa vice potest cogere vicinũ ad emendum arg. d. §. præterea dicimus.

c ¶Prouocantibus. Clarum est, q quando expedit minori, potest ꝓuocare ad diuisionem; vt quia socius sit rixosus, vt per Bar. in. l. iubemus la. 2. C. de sacro. eccles. & in. l. si pupillorũ in princ. ff. de reb. corũ Alex. cons. 7. vol. 5. nu. 7 Bal. in. l. prima in princ. ff. de reb. eorum; Hoc autem statuto indistincte permitti videtur.

d ¶Tutor. Subaudi, & decretũ iudicis, ad Bar. in l. inter pupillos de auto. tut. Si autem maior prouocat, non est opus decreto in minore prouocato. l. ĩter omnes. C. de prædiis minorum, quia

tor, ubi adesse debeat, & in eis, & quolibet eorũ possit, & debeat procedi summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii omni tempore, ut supra. Ita tamen quod dictæ causæ terminentur infra tempora superius limitata.

¶Si uero aliquis haberet possessionẽ ex utraque parte alicuius uiæ publicæ[a], uel uicinalis, & uia non esset recta, possit ipse talis habens possessionem ex utraque parte, dictam uiã dirigere per suum terrenum in ea latitudine, in qua erat prædicta uia, dirigendo eam suis expensis, & sine incommodo[b] uicinorum, & aliorum habentium ire, & redire per dictam uiam, dummodo non extendantur prædicta ad stratas[c] magistras, nisi in quantum procederet de uoluntate dominorum Antianorum[d].

DE PRAESCRIPTIONIBVS[e].

STATVIMVS, quod si quis[f]

tunc alienatio dicitur fieri ex necessitate.

a ¶Publicæ. Quæ sint viæ publicę, vel vicinales, vide Iureconf. in. l. 1. §. viarũ ne quid in loco pub.

b ¶Incommodo. Nam damnum dicitur pati, qui commodum amittit, inquit satis ad propositum Iureconf. in. l. 2. §. merito ff. ne qd in loco pub.

c ¶Stratas. Secundum ꝙ sentit Iureconf. in. l. s. de via publica, & ibi Bar. clare, via publica est via strata lapidibus, vel viuis, vel coctis. Et ideo dicitur strata ad differẽtiam vię, non stratę, hic tamen largé assumitur pro via militari, seu consulari, seu regali, prout & ipse Bar: attestatur ita intelligi apud Peru. Latè p Cępolã in tract. de serui. rustl. prædi. cap. de via nu. 18.

d ¶Antianorum. Hæc dicitur de regalijs principis, vt in tit. quæ sint regalia. Vndê dñi Antiani hic dicũtur hẽre regalia.

e PRæscriptionibus. Præscriptio largissimê qñq; dicitur, qñq; largê, & qñq; strictę. Secundum primum modum continetur omnis exceptio, vt in tit. ff. de excep. seu præscrip. & l. gagnitis, & C. illo met tit. l. præscriptionẽ, & l. si. Quo verò ad secundũ modum, continetur omnis acquisitio per longi temporis continuationem proueniens, & sic tam rerum mobilium, q̃ immobilium, necnon iuriũ, & actionum, vt deducit practicus Papi. in forma respons. rei in glo. præscriptionis nu. 2. Quò autem ad tertium modum, capitur præscriptio pro acquisitione rerum immobilium, & iurium, & actionum ad differentiam vsucapionis; quę propriê verificatur in rebus mobilibus, vt insti. de vsucapion. in prin. Sumpta autem largè diffinitio data per Io. and. in reg. possessor, de reg. iur. in. vj. quã approbat Panor. & Fely. in rub. de pręscrip. communiter approbata, vt asserunt Mod. in tract. de præscrip. q. 1. in fi. benè procedit dicens. Præscripno est quoddam ius ex tempore congruens, autoritate legum vim capiens, pœuam negligentibus inferens, & finem litibus imponens, sed vbi capimus in stricto significatu, potest ꝓcedere diffinitlo glo. in xvj. q. 3. in summa, vers. præscriptio dicentis, ꝙ est exceptio ex tempore substantiam capiens, quæ exceptioni personali, vel in rem opponitur; licet vsucapionis nomẽ apud iura florũ largo modo significet etiam præscriptionem rerum immobilium; & ita intelligitur definitio Iureconf. in. l. 3. ff. de vsucap. prout ĩtellexit Azo in summa de vsucap. pro emp. 1. col. Propriè tamen loquendo, statutũ loquẽs de præscriptione ĩ materia correctoria nõ trahitur ad vsucapionẽ, licet sub lata significatione uocabuli, appellatione præscriptionis ueniat usucapio. Ita dixit Areti. in. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poss. et colligitur ex uerbis Bar. ibi circa intellectum authen. malæ fidei, & refert simpliciter Ias. col. 3. de quo dicto dubitat Balb. in tract. eo. 3. prin. q. saluando tamen, ut per ipsũ. Et quicquid sit, hic tractatus noster loquitur tãtummodo (meo quidem iuditio) de præscriptione actionũ in casibus tamen scripris in nigro. Et nunquid sit hæc propriê præscriptio attento iuramento solutionis, tãgetur infra in glo. si iurauerit. Et nunquid sit odiosa, uel fauorabilis, planũ est dicere, ꝙ cûm surrogata sit loco præscriptionis tricennalis, sit odiosa. Et propterea ei renuntiari non potest, ut Bar. dicit in terminis in. l. nemo potest colu. penul. ff. de leg. primo & in. l. prima. ff. de usucap. licet alia ratione non possit renuntiari; quia fauore publico saltem secundario introducta est quælibet præscriptio. d. l. 1. de usucap. ubi doct.

f ¶Si quis. Placet, ꝙ statuentes sic direxerint uerba ad creditorem potius q̃ ad debitorem ex his, quæ ponit Pau. castr. in. l. sequitur. §. si uiam. ff. de usucap. uolens, ꝙ isto modo statutũ sustineatur, & ualeat, esto. ꝙ debitor esset in mala fide. Et ideo Tho. Ferrarius inter alias cautelas, quas ponit circa huiusmodi statutum, istam enumerat, ut uideri potest num. 38. uers. tertio cautela est, & Alex. cons. 218. nu. 15. lib. 6. & cons. 170. uisis statutis lib. 7. nu. 4. Communis tamen uidetur esse opi. cũ Bar. in. l. omnes populi, in. 3. q. prin. uers. ecce alia. ff. de iusti. & iure, de qua latè apud Balb. in. 2. parte. 3. par. prin. §. decimo quarto principaliter. Pet. Aduenas reg. vj. actio personalis, latius

in libro

creditor[a] alicuius personæ, uel uniuersitatis,[b] uiginti quinque annis ex contractu[c] mutui cambii,[d] depositi,[e] uel pecuniæ datæ ad laborandum, uel ex promissione[f] facta ex[g] causa cambii, seu emptionis, uel uenditionis[h] alicuius monetæ, uel alicuius quantitatis, uel ponderis auri, uel argenti, uel aliorum metallorum, uel ex causa alicuius artis, uel mercantiæ, uel rei mobilis,[i] uel

in libro meo manu scripto signato litera C. conclus.ccxvii. Et nota, q istud statutum obseruabitur, etiam si Florentinus mutuauerit c.in Cu.Ro. cum hoc, q reddat in Ciui.Bonon. quia mora cōtracta est in Ciui.Bonon. ita Bald. in l.cunctos populos i.q.versic.ecce alia C.de sum.tri.& fi.cath. Me remitto tamē ad ea, quæ scribunt repetentes posteriores. Et adde Corne. cons.ccv. In præsenti consultatione nume. vlt. lib.iii.

a ¶Creditor. Et sic psonalis actionis, non autē realis, vt dicā infra in §. debitorem. Et bene pondera, q istud statutum non loquitur de hærede creditoris; quia tantum voluit punire negligentiā ipsius creditoris: quia ipse est, uel esse debet certus de suo credito iuxta l. quod te ff.si cert. peta. l.fi.ff.pro suo, quæ ratio cessat in hærede creditoris, cum uerisimiliter potuit ignorare factum defuncti l.qui in alterius ff.de reg.iur. nec est extendendum statutum hoc, cū sit exorbitans, & odiosum, ita consuluit Alex.in terminis cōs. cxxxviii. Incipit Lanzalotus col. ii. lib.ii. Sed dicat quid quid uellit iam habemus casum clarum infra §. saluo in quolibet q imo hęres, comprehēditur si modo non interuenerit ignorantia probabilis quasi innuat etiam q oporteat docere de ignorātia eo modo quo posset, et mihi. magis placuisset q contra hæredem hæc præscriptio non curreret attenta ęquitate.

b ¶Maior. Si etiā simpliciter loquutū fuisset, vtique etiam minor comprehenderetur; licet ei cō peteret postmodum in integrū restitutio, ut per Innoc. in c.constitutus de integ. restit. quem refert Bal. in l.si mater C. ne de statu defuncto. Bal. in addit.ad Spec.tit.de restitu.in integrum, uers. præscriptio, tu autem recurres ad Bart. in l. etiam col.ult.ff.de mino. ubi distinguit inter damnum, & lucrum; sed ego dico, q Bart. non bene loquitur in casu nostro: quia præscriptio statuti est subrogata loco præscrip. xxx. annorū, vt omnes asserunt, quę tamen currit ipso iure, & de illa nō loquitur l.fi.in quib.ca.in integr.resti. nō est necess. ergo & ista. & hæc est melior ratio, q̄ illa Innoc. dicentis, q d.l.fi. non potuit diuinare de statutis postea cōdendis, & Alex.cons.lxxiii. in causa appellationis nu.iiii. uer. secundo respondeo, pōderat ualde hoc uerbū in casu suo, ut principalis, uel eius hæres debeant esse maiores xxv. annis.

c ¶Contractu. Pondera bene, quia non comprehenderet creditorem ex quasi contractu, & multominus ex alia causa, ita in terminis Alexan. in consi.viii. in fi.lib.iii.incip. uisis subtilissimis.

d ¶Cambii. Est autem cambium mercatorium, de quo hoc statutum intelligit, quando numus pro numo datur, & nummularia dici potest, quæ circa quęstum pecuniarium versatur propter ipsam pecuniam.

e ¶Depositi. Ancha. in consi. celviii. supradictum statutum. circa statutum inducens quinquennalē præscriptionem, decidit nullius esse momenti, quia nō pōt procedere; nisi cū mala fide; sed parcat mihi, quia imo pōt dari bona fides, & eo modo ostendi, prout docet practica statuti nostri, ut infra latius dicam in gl. si iurauerit.

f ¶Promissione. Idest fideiussione.

g ¶Ex. Hæc dictio causam immediatā significat, & non remotam l.i.§.ex incendio ff.de incend. rui. & nauf. Ita in terminis ponderat Ludo.Bolog. cōsi.xli.col.ii.

h ¶Vendōnis alicuius monetæ. Ista verba sic vnite legantur, non autem transportentur eo modo, quo docuit Bolog.d.con.xli.co.iii. habens pro quasi absurdo, q vēdatur aliqua moneta, cum tamen Bar. hoc expresse dicat in l.Paulus, uersus fi. de sol. dum allegat l.certi condictio §.fi.ff.si cert. peta. & asserunt etiam quidam facientes tractatū de cambiis nu.xi. & continua istam glo. cum his, quæ dicam in glo. proxi.

i ¶Mobilis. Attēde istud uerbum, ex quo, & aliis supra, & infrascriptis teneas audacter, q statutum istud procedit solummodo in creditore rerum mobilium, & præcipue pecuniarū, & nullo modo in creditore rerum immobilium; quicquid crediderit Bologni. noster consi.xli. præall. argumentando, q si deponens priuatur dominio rei suę depositæ lapsu decennii interueniēte, multo magis debet excludi emptor, qui emit rem immobilem; nam de maiori præiudicio tractat deponens, quàm emens, cuius argumentatio est ex diuersis, quia in deposito agitur de rebus mobilibus, quarū possessio uilis, & abiecta est in comparatione immobilium ad glo. in l. si rem mobilem ff. de acquirend. possessio. & probatur Institut. de vsucap. in princ. dum Imperator constituit minus temporis ad usucapiendū res mobiles, quàm immobiles. Et semper tu debes uerba statutorū loquentia de præscriptione ponderare, in quo casu loquantur: quia etsi præscriptio fauorabiliter disponat; tamen non extenditur ad similia. & ubi cessat lex, cessat præscriptio itroducta ab ipsa, uerba sunt Bald. nota. in l. quod est constitutum C. ne de sta. defuncto. & alibi dicit not. Bar. post gl. in l.i.§. si quis hoc interdicto ff. de iti. acti. q pri. Quantum possessum tantū præscriptum, inferens ad pulchras decisiones.

¶Ex loca-

ptob. ff. de tri. actuque pri. Et q non currat cōtra filiūfamil. est decisio Bal. in auth. nisi tricennale. C. de bo. maternis; Sed distingue, vt per Nicol. de Neapoli inter lecturas Bar. in. l. quid ergo. §. vsuras. ff. de contra. iudicio tutellę.

ex locatione[a] bouum, seu aliorum animalium locatorum ad laborandum, seu in socidam, uel ex cōpromisso,[b] laudo, seu arbitramento, aut sententia, uel præcepto, scripta priuata, uel ex libris mercatorum, & aliorum[c] quorumcunque, aut contentis in eis ratione quātitatis[d] rei,[e] uel facti,[f] seu pœnæ, uel ex iure cesso in aliquo casuum prædictorum, uel cui diceretur aliquid deberi pro aliqua solutione, quam fecisset Cameræ Bononiæ animo recuperandi, seu in locum Cameræ Bonon. succedendi, steterit per decennium[g] a die,[h] qua effectualiter sibi competierit ius agendi quod non petierit,[i] seu postulauerit debitū, faciendo ad minus citari[k] debitorem

a ¶ Ex locatione. Idest sit creditor mercedis ex locatione boûum &c.

b ¶ Compromisso. Subaudi sequuto laudo; & hic cum ministerio loquuti sunt statuētes, quia quādoq; ex ipso compromisso oritur actio propter stipulationē pœnæ, quādoq; ex ipso laudo arbitri omologato à partibus iuxta not. in. l. 1. iuncta. l. fi. C. de arbi.

c ¶ Aliorum. Scilicet non mercatorum, vidi aliâs quosdam velle sub his verbis comprehendi omnes creditores ex quacūque causa, & pro quacūque re, quod admittere nō possum p supradicta;

d ¶ Ratione quantitatis. Id est, quia sit debitor in quantitate.

e ¶ Rei. Scilicet mobilis, vt supra, & expone; vt quia sit debitor rei mobilis.

f ¶ Facti. Vt quia promiserit factum, puta, foueā facere, vel fabricare, vel Romam ire.

g ¶ Decennium. Hoc tempus ideo electum fuit; quia longum tempus reputatur, vt insti. de vsuca. in prin. & C. de longi tempo. præscrip. per totum; quasi q non sit verisimile creditorem tandiu distulisse petitionem crediti sui, & sic oritur pręsumptio iuris cōtra ipsum, quæ corroboratur per superuenientiam iuramenti ex parte debitoris. Verê tamen est ius positiuum; quia in aliquibus locis est maius tempus, vt in casu Corn. cons. 328. vol. 1. vbi erat ann. 20. alibi. 16. annorū in casu Ias. Insti. de actio. in prin. nu. 90. in aliquibus minus, vt in casu Ancha. cons. 258. vide Fely. in. c. vigilanti col. fi. vers. q autem decēnium, de præscrip. Et nota, q hic faciēda est differentia inter absentes & pręsentes ut. j. §. saluo, vide Cor. cons. 55. visis nu. 9. lib. 3. qui pungit hanc distinctionem, tamen si statutum hoc non expressisset putarem secus, dicam ibi.

h ¶ A die. Hoc est regulare, quia non valēti agere, non currit pręscriptio. l. vnica in fi. C. de anna. excep. quę reg. quomodo procedat, vide Paris. pręceptorem in. c. auditis nu. 32. de pręscrip. Nunquid autem ista verba remoueant opi. illam singularem, & stupendam Petri de Perusio fratris Baldi dicentis, q nunquā pręscriptio incipit currere aduersus illum, qui ignorabat sibi ius competere, de qua meminit Cor. cons. 228. videtur, col. fi. lib. 1. de qua latè disputat Fely. in c. vigilanti col. 2. & seq. de pręscrip. quod ego putarem, dicerem tamen dari restitutionem iuxta doct. Bar. in l. 1. §. si quis autem, quę magis communis est ap-

i ¶ Petierit. Tēporat statim istud verbum per sequentia, ne quis putaret requiri litis contestationem, vt aliqui aliquādo alibi dixere, vt Saly. in. l. fi. C. de præscriptio. xxx annorum, sequitur Fely. in. c. illud col. 2. extra de pręscrip. Sed tamen etiā sine verbis seqq. idem fuisset, vt deducit Claud. Sequens. in. l. naturaliter col. penul. ff. de vsucap. et patebit etiam ex dicendis in seq. glo.

k ¶ Citari. Citatio sufficit ad interrumpendum huiusmodi pręscriptionem etiam de iure communi l. cum notissimi. §. immò & illud. C. de pręscrip. 30. ann. & l. sicut eod. tit. Verū est, q dubitatur ibi, an libellus debeat vnā cū citatorio trāsmitti, sed verior, & magis cōmunis est; q sola citatio sufficit, vt patet apud Fran. Balbum in. 3. parte. vj. par. prin. §. quęro igitur in. v. ampliatione post Ias. in. l. fi. col. 2. de eo per quem fact. erit. Et hęc est interruptio ciuilis inter alios modos, quos ponit glo. & scrib. in. l. fi. cur pręall. circa medium; quia à iure ciuili inuenta est. Ita declarat Panor. in. ca. illud col. 2. versic. venio ad secundum, de pręscrip. & valet in pręscrip. 30. ann. quæ ex negligentia non petentis inducta fuit iuxta. l. fina. in fi. C. de anna. excep. ita Bar. & alij doct. in. l. fin. ff. de eo p quē fac. Balb. in. d. §. quęro igitur in. 2. amplia. dicentes hoc ideo; quia per citationem cessat negligentia, quę est causa pręscrip. Et idem videtur dicendum hic; quia huiusmodi pręscriptio est subrogata loco illius. 30. ann. vt expresse dixit Bart. in. l. 2. §. si rem. ff. de vsucap. pro emp. cum pluribus alijs quos per Ias. in. d. l. fi. at verum hęc nostri statuti pręscriptio secūdum opi. Panor. in. c. illud ad fi. secundę col. de pręscrip. videtur esse potius ęquiparanda illi. x. vel. xx. annorum, tanquam nō merê odiosa, sed mixta, cùm bona fides requiratur iurata; Ideo nisi hic esset expressum, forte sola citatio non sufficeret. Videbis omnino Ias. in. d. l. fi. nu. 5. vbi ampliat hanc speciem interruptionis per citationem. vij. modis; rursusq; limitat alijs septem modis necessarijs, sed multo plures ampliationes, & limitationes habebis apud. d. Fran. Balb. in pręall. loco nu. 9. Et nota bene; quia statutum

notariorum, ut supra & quòd ob id scripturæ. & rogationes talis notarii defuncti alteri committerentur, uel cõmissæ essent, & postea contingeret aliquem ex dictis hæredibus notarium effici, & uelle penes se habere tales rogationes, & scripturas; quod tunc & eo casu Notarius extraneus, cui cõmissæ fuissent & essent, uel committerentur, & penes eũ esse reperirentur, teneatur, & debeat dictas rogationes, & scripturas restituere, & effectualiter dicto hæredi notario cõsignare: & ad hoc de facto remediis opportunis, & sub pœnis imponẽdis, & effectualiter exigendis, ut supra, & applicandis pro dimidia parte Cõi Bonon. & pro alia dimidia notario, qui illas habere uellet, ut supra: cogi posśit, & debeat per dominũ Correctorem & Cõsules, uel per maiorẽ partem ipsorũ. & in casibus antedictis & quolibet eorum in quo, seu quibus scripturæ, seu rogationes Notariorum consignandæ, uel restituendæ essent, ut supra, posśit, & debeat, si petatur per aliquem, qui dicat & iuret sua interesse, de illis fieri descriptio[a] seu inuentarium: & maximè de illis rogationibus, seu scripturis restituendis, seu consignandis, ex quibus ille, qui restituere haberet easdem, ex eis sumpsisset, uel publicasset instrumentum, uel instrumenta: ne fraus aliqua contra dictum Notarium, qui illas restitueret, & qui ex eis publicasset instrumentum, uel instrumenta, fieri, uel committi posśit.

DE IUDICIIS[b] DIVISORIIS[c], ET quomodo in eis procedatur, & aliis diuersis capitulis.

a ¶ Descriptio. Ad hoc n. ut res non diminuantur & probari posśint, semper fieri debet descriptio, quoties subest iusta causa l. i. §. eligitur, & §. idem ait, & ibi eis per Bart. ff. de uẽt. in poss. mitt. Idem in l. defensionis facultas. C. de iure fisci lib. x. idẽ in l. Imperatores. §. iidẽ rescripserunt. ff. de appe. & Abb. in c. ii. de seque. poss. & fruct. col. fi. Cor. consi. cclxvii. in hac consultatione, nu. vi. lib. iiii.

b IUdiciis. Iudicium est tota illa discussio causæ, quæ durat a citatione usq; ad sentẽtiam, ut declarat Alexan. in l. postquam litẽ. C. de pact. & distin. uide in c. forus. de uerbo. signific. Et hoc modo potest hic accipi, uel pro ipsis actionibus, ut Inst. de off. iudi. §. si familiæ. & ff. communi diuid. l. sed & eius. §. famil. Quæ quidem uidetur potius oriri ex uariis figuris causarum, quã quod sit diuersa, ut diserit Io. Fab. in §. quædam Inst. de act. hoc modo cõcordando opi. glossatorum, & doct. nu. xxii. ubi bene deducit.

c ¶ Diuisoriis. Claret, cur diuisoria dicãtur illa duo familię hercisc. & communi diuidundo; quia bona cõmunia illis suis iudiciis diuiduntur, quæ expõ nõ cadere uidetur in iudicio finiũ regund. Illud n. nõ põt dari inter habentes bona communia; vt est casus in l. iii. §. qui communem. ff. fin. reg. Termini n. declarãt fines, & sententia ipsa super finibus regulariter declarat, quos fines habere debeat: ita Bal. in terminis in l. iii. C. fin. reg. licet nonnunquam propter clariorem diuisionẽ constituendam ponat fines in agro alterius condemnatione facta in ęstimatione, & danda ab altero habente uicinũ prędium l. ii. ff. illo tit. Instit. de offic. iud. §. si finium.

Solutio dici potest, quod hoc dicitur largo modo diuisorium, eo quod diuisionem iam forte factam aperte confirmet, & demonstret per terminorum appositionem, ut dicit Azo in summa illius tit. uel dicatur diuisorium propter adiudicationem prædictam; de qua in d. §. si finium, prout sentit glo. in l. sed si res in princ. in uerbo adiudicata. ff. de publiciana. Quapropter puto Ias. male dixisse Instit. de actio. §. quædam, nu. lxxiiii. dum quęrit, quę ueniãt in acti. finiũ; & respõdet certum esse, quod uenit diuisio fundorũ, & quod termini, & confinia ponantur. Et caue, quia Spec. in tit. de iudiciis. §. sequitur uidere, uocat hæc tria iudicia communia; quæ denominatio stare posset quoad fi. reg. largo pariter modo, & quoad alia intelligi habito respectu ad causam, propter quam nascũtur; quia propter res communes non autem habito respectu ad quid introducta sint; prout magis hoc attendi debet, & nomina sunt imponenda secundum digniorem partem gl. in l. i. in princ. ff. de uerb. oblig. c. quod in dubiis de consecrat. eccl. uel altaris not. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iu. finis autem est nobilior suo principio, arg. c. qualis in prin. xxv. distinc. l. rem nouam in fin. C. de iud. Euerard. in centuria in loco a uirtute finis. Possunt rectius uocari iudicia duplicia, quoniam quislibet litigantium d duplex ius habere uidetur, & agentis, & eius, cũ quo agitur; etiam quilibet agit, & conuenitur, ut terminos antiquos positi seruẽtur, uel de nouo ab eo, qui habet potestatem ponantur l. i. in fi. ff. fin. regund. ideo quilibet iurat de calumnia, vt actor, & reus i. prestat iuramentum in forma; conuenientẽ



Rdinamus, quod si lis,[a] quæstio, uel causa,[b] occasione finium antiquorum, uel de nouo apponendorum in aliquo certo loco[c] alicuius rei, oriretur inter aliquas personas,[d] uel uniuersitates;[e] qualis qualis[f] petitio porrigatur corã

nienti actori, & conuenienti reo, scilicet q̃ calumniosè non aget, nec calumniosè excipiat, licet etiã sint certa interdicta, quæ etiam isto respectu possunt denominari duplicia. §. penul. inst. de iterdi. videlicet vtrobi, & vti possi. Et hoc iudicio quando quilibet prætendit se possidere vsq; ad certos terminos, rectè procedit q̃ quilibet debet probare de possessione, & iure suo. Et in hoc differt ab alijs iudicijs, quia in alijs singularib. & simplicibus iudiciis nõ tenetur reus aliqd ꝓbare, nisi velit. Si vero alter tantum possidet, sed alter dicit, q̃ per vsurpationem & tunc si prouocatus ad iudicium etiam instat, vt termini antiquitus positi obseruentur, adhuc vterq; probabit de proprietate, quia in ꝓprietate vterq; est actor, & reus. Et sic potest intelligi tex. in. c. ex literis, de proba. secũdum Abb. ibi nu. 10. Sed quãdoque prouocatus nihil petit; sed solũmodo negat per actorem narrata; tunc non credit Abb. in d. c. q̃ necessario teneatur aliquid probare. sed actore non probante reus debet absolui, & sic erit idem, quòd in simplicibus iudicijs respectu oneris probandi. Quicquid sit in omnibus istis capitibus, ille erit censendus actor, qui prouocauerit primo ad iudicium, & si non apparere posset, sorte dirimetur. l. sed cum ambo. ff. de iudi. & ideo, primo iurat, & primo iurant, & examinantur sui testes glo. in. d. c. ex literis, quam solemnem vocat Ias. vbi supra. Vocantur etiã iuditia mixta, vt inst. de act. §. quædam, quæ appellatio æquiuoca est, cum & alia sint iudicia mixta, licet alijs respectibus, vt declarat Io. fab. in. d. §. quædam vers. iuxta quod sciendum &c. & Ias. col. 3. & eo etiam respectu, quo ista vno modo dici possunt mixta, scilicet quia quilibet est actor, & reus, eodem modo sunt illa interdicta mixta vti possideris, & vtrobi, licet alio modo, quo dici possint mixta, quia, scilicet dantur ad ꝑsonales, & reales ꝑstationes iux. gl. in. l. i. ff. fi. regũ. & declarationẽ scri. in. d. §. quędã, satis excludũtur illa ĩterdicta ab ista significatiõe.

a ¶Lis. Scilicet ciuilis, ciuiliq; modo intẽtata, hoc dico, quia secundum Io. fabri, & cæteros scrib. in d. §. quædam Inst. de act. pro finibus competunt quatuor remedia. Primo, actio fini. reg. d̃ qua hic. Secundo condictio ex lege si constiterit. C. fi. reg. in casu illius. l. s. quando post litem conte. in hac actione fin. reg. ante tamen sententiam quis inuadit, & vsurpat rem propria autoritate, quia punitur pœna illius legis. Tertio, competit accusatio criminalis, & pœnalis in personam cõtra eos; qui remouent, & euellunt terminos iam positos iuxta. l. i. & ii. & quasi per totũ tit. ff. de termi. mo. Quarto est pœna. l. agrariæ, quæ est. 50. aureorum, si ex ea agatur iuxta. l. agraria. ff. de termi. mo. Et in hodie per illam pœnã. l. agrariç, quç est. 50. aur. sit sublata pœna corporalis extraordinaria; videatis ibi glo. & Io. fab. i. d. §. videans etiam tex. in. l. 1. & ibi glo. 1. & 2. C. de accu. & ibi doct. maximè Saly. Et verbum lis est nomen generale, nam quãdoq; ponitur pro instantia causæ, & ita accipitur in. l. properandum in principio, & in. l. cum lite mortua. ff. iudic. sol. Aliquando ponitur pro ipsa causa deducta in iudicio, vt habetur in. l. nulla. C. de procurat. & in. l. litis nomẽ de verborũ signi. ita Alex. in. l. postquam liti. C. de pact. & idem Alex. in cons. 22 col. prima in fi. in primo vol. vbi per hoc infert, q̃ is, qui renunciat liti, censetur renunciare instãtiæ, & causç. Adde glo. in verbo, litis, & ibi Dom. in. c. 3. §. licet de procu. in. vi. & Neapolita. decis. 20. in fi. sed propriè incipit contestatione, vt probatur in. c. super quęstionũ post prin. & ibi glo. in ver. litis exordium de off. deleg. & in. l. apertissimi. C. de iudi.

b ¶Causa. Propriè causa dicitur ipsum ius deductum in iudicio, hinc dicimus causam ciuilem, vel criminalem, secundum q̃ deducitur actio, vel accusatio, vt declarat Alex. in. l. postquam liti alleg. & in. d. cons. Et incipit causa etiam ante lit. cõtest. & sic ante, & post dicitur causa secundum Alex. in. l. causas. C. de transac. & Ang. in. §. omnẽ col. 2. in auth. de litig. & habemus in. c. forus. de verb. signif. dicitur autem causa, vt Card. dicit in clem. 1. 8. q. de off. vicarij. à chaos, quod fuit principium omnium in mundo existentium, ita causa potest dici principi. & materia iudicij. Et quæ differẽtia sit inter causam, & controuersiam, siue etiam (vt addam) & quęstionem, dic, q̃ causa non est, nisi in iudicio, vt habetur in. d. l. causas. Controuersia, & quęstio tam extra iudicium, quàm in iudicio Bal. in. l. 1. C. de testi. & in. d. l. causas uide etiam nouiter Rob. maran. in vlt. char. v. parte sui operis. Et quidam vt etiã glo. in. l. iii. C. fin. reg. dicunt, quęstio est post litem contestatã, quęrimonia ante litem contestatã, vide Alberi. in dictio. in verbo, quęrimonia.

c ¶Certo loco. Dummodo sit de prędio rustico. l. ii. ff. illo titulo.

d ¶Personas. Dummodo nullam rei communionẽ habeant saltem in vno ex agris nam si aliquis haberet fundum cõmunem cum sempronio & fundum proprium illi contiguum nec ratione fundi proprii posset agere contra socium turbantem cõfinia ista actione, casus est cum ratione in. l. 4. §. si communem. ff. fin. regund.

e ¶Vel vniuersitates. Quæ etiam contenderent de iurisdictione territoriorum prout asserit hoc remedium competere. Io. fab. inst. de act. §. quędam nu. xxxiii.

f ¶Qualis qualis. Hoc est semper obseruandum in

quolibet

Vicario domini Potestatis, uel eius Iudice officio Aquilæ deputato, uel corã officialibus Ciuitatis Bononiæ alicui disco ad ciuiles causas deputatis, seu præsidentibus. Qua petitione porrecta citata parte, contra quam petitio porrigetur secundum formã nostri statuti, De modo citationum faciẽdarũ, parte rei comparente, detur per officialem, qui additus fuerit ipsi reo, uel alii pro eo legitime comparenti prius persona rũ legitimatione præcedẽte (si de personis contentio fuerit) dilatio arbitrio iudicantis ad respondendum dictæ petitioni. Quo termino elapso omnibus exceptionibus reiectis,[a] teneatur pars rei respõdere omnino dictæ petitioni, parte actoris hoc petente; quarũ exceptionum disputatio salua[b] sit tempore disputationum faciendarum super diffinitiua causæ principalis. ¶ Qua responsione[c] facta dictæ petitioni, uel nõ, elapso dicto termino dato ad respondendum petitioni procedatur in causa, ac si foret[d] dictæ petitioni legitime cõtradictũ,[e] & procedatur parte actoris, uel rei petẽte ad dilationes ordinandas, arbitrio eius, corã quo causa agetur, & ad probationes,[f] & inspectionem finium faciendã,

quolibet iudicio attenta generali dispositione nostrorum statutorum ut habetur supra de Voc. in iure & ueni. in qua quidẽ petitiõe debet quis narrare turbationem sibi in finibus seu terminis fieri a tali, & concludere confinia declarari. & terminos poni ita ꝙ discerni possint, ut latius per Flo. de. S. Petro in l. i. ff. fin. regund. prout refert Ang. in d. §. quædam nu. xiiij. vide speculatorẽ in titulo et §. supra allegato col. i. ubi ponit varias formas libellorum secundum contingentiam factorum.

a ¶ Reiectis. Intelligo de exceptionibus quæ obijci possunt antequã descẽdatur ad responsionem petitorum in libello, velut cõtra citationẽ ipsam de quibus multipliciter per Specu. titu. de citatione §. Contra citationem vel contra Iudicem tanquam suspectũ ut in statuto de iudicib. & no. re cus. uel ut incompetentẽ vel contra actoris vel procuratoris personã. Et hoc est propter negligentiam in non respondendo in termino asignato actore tamẽ instante & volente, ꝙ reus omnimodo respõdeat immediate & directe libello. s. vel affirmando vel negãdo narrata vt narrantur consequenter ꝙ litis contestatio inducatur.

b ¶ Salua. Hæc reseruatio operatur, ꝙ si in processu iudicii apparebit istas exceptiones esse veras, quicquid ante factũ est, non valebit, & omnia acta habebuntur pro nõ factis. Ita Bar. in l. ille a quo §. si de testamento ff. ad treb. qui locus sufficit pro omnibus.

c ¶ Qua responsione. Idest tali qua inducatur litis contestatio vt supra dixi.

d ¶ Ac si fore. Hoc maxime refertur ad vltimũ casum quando. s. nõ fuit in termino responsum, nec actor curauit instare, potest etiã pariter referri ad primum quando diceremus non fuisse legitime (prout oportuit) respõsum contradicẽdo petioni; in omni enim casu habetur lis pro Contestata argumento l. quotiens ff. qui satisda cogan. Et istud significant verba sequentia legitime contradictum ut habetur, & ibi dixi in statuto de inepta actione in §. statuentes in gl. contradictionem.

e ¶ Contradictum. In hoc ergo iudicio exigitur litis contestatio, vel quasi: vide tamen glos. in l. iij. in glo. fi. C. fin. reg. & ibi Bar. & Bald. & glo. in ca. quoniam frequenter in prin. in glo. i. extra. vt lite non conte. Nam Bar. putat, ꝙ quãdo quæstio est solum de finibus, & non de proprietate; possit ad diffi. sententia perueniri etiam lite nõ conte. quia nõ cadit immissio ex primo vel secundo decreto iux. no. in auth. si omnes C. si vt se ab hered. absti. tamen glo. simpliciter tenuit requiri cuius opin. dicit Bal. ibi tutiorẽ quia regulæ est inhærendũ ꝙ lis cõtestatio regulariter faciẽda ẽ in iudicijs l. properãdum C. de Iudi. ideo hic per nostros statuẽtes glo opin. est approbata.

f ¶ Probationes. Hæc litera attento ordine loquendi innuit, ꝙ prius probationes, quam Inspectio finiũ peragẽdæ sunt; quia cum primo loco nominatę sint probationes, uidẽtur præcedere debere argum. l. quotiens ff. de vsufructu; Sed non est ita necessario intelligenda attẽta theorica Iac. Butrig. referente Bal. in l. si quis super C. fi. regund. dicẽtis, ꝙ primo Iudex mittit agrimẽsorẽ, vt uideat quãtum quisque possideat; & hoc concernit possessorium. quo uiso facit terminos poni per agrimensores iterum assumẽdos; quibus peractis pronuntiare debet attenta certiori practica, ꝙ decætero debeant possidere secundum terminos per agrimẽsores impositos, qui incipiunt in tali loco, & finiuntur in tali. Quæ practica bona est, licet Ang. in §. quædam Inst. de actio. col. pen. uersic. quæro quę erit forma, non fideliter retulerit, nec intellexerit eam. Propterea recedere uidetur, ac etiam Abb. in c. ex literis nu. ix. extra de proba. nulla facta mentione Iac. Butri. alio modo loquitur requirẽdo agrimensores una tantum uice post cognitionem de poss. & proprietate. Et ista practica procedit, ubi fuisset contentio, & de proprietate, & de possessione illius terræ super

ræ, super qua de finibus imponendis agitur, nam iudicium finium habet mixtam causam poss. & proprie. idest suapte natura secundum magis ueriorē opi. de qua Cy. meminit in d. l. si quis & in ea tractari potest de proprietate, & posses. nō autem est opus nouum iudicium incohare rei uēdicationis, uel uti possidetis &c. ut bene probat d. l. si quis, licet non desint aliqui, qui subtiliter conātur intelligere alio modo, & tenere, ꝙ nouo iudicio appropriato agere prius habeat, ut fac. Io. Fabri. d. §. quędā nu. xxiii. uersi. sed ego quęro. Sed potest stare. q. finium simpliciter absq; proprietatis, uel possessionis controuersia; uelut si quęlibet partium fateatur alteram possidere tot iugera terræ; sed dicat illa non bene mensurata, & intra fines alterius maiorē modum agri contineri, qđ alter negat; uel quando confitetur alter alteri, ꝙ usque ad talem locum suum est; sed uoluit agere, ut melius, & euidentius ponātur termini causa obscuritatis leuandę, & ad perpetuam memoriā. l. ii. & iii. ff. fi. reg. unde quod dicitur in d. l. si quis proprietati cohęret, subaudiendum est, s. quandoque, ita Cy. & alii ibi declarant. Et qualiter probētur cōfines, uide Car. in clemen. i. in iii. opp. de proba. dicit tamen, ꝙ in probandis cōfinibus non requiruntur arctæ probationes; sed sufficient semiplenę. postea declarat, quæ sunt semiplenę probatiōes, quod dictum non placet Fely. in c. cum causam col. ult. de proba. sed ꝙ imo debet probatio arcta fieri,

si opus fuerit per eum,[a] coram quo cau sa agetur; uel per bonos, & legales magistros,[b] qui in prædictis quæstionibus sint periti, ab eo qui de prædictis cognouerit eligendos, datis confidentibus a partibus, si partes de uno, uel pluribus nō cōcordarent, expensis[c] utriusque partis; et ad omnia alia facienda, quæ pertinerent ad causæ expeditionē.

¶ Quæ expeditio fieri debeat etiā partibus præsentibus, uel absentibus; ita ꝙ omnimode infra tempus instantiæ ordinatæ supra in statuto posito, sub rubrica de Vocatis in iure, & uenietibus, uel per alia statuta de instantiis causarum ciuilium disponentia per diffinitiuam sententiam causa terminetur: quæ locum habeat utraque parte, saltem ab initio per se, uel alium comparente.

¶ Si aūt pars citata semel inuēta, & bis nō inuenta ad domū suæ solitæ ultimæ habitationis ad respōdendū, & cōtradicēdum petitioni actoris, & etiam facta alia citatione de dicto reo, saltem ad domum prædictam, ad contradicendum, ne detur Curator liti: & per aliū nuntium, per se uel aliū legitime non cōpareat, parte actoris petente detur curator[d] liti absq; alia citatione, uel pronūtiatione, uidelicet unus ex Notariis ad inuentaria conficienda electus, & deputatus in consilio quatuor milium; demum elapsis octo diebus a die dictæ citationis de reo factæ, qui reum defendat etiam non facto Inuentario, quod facere non teneatur; Cui Curatori detur dilatio arbitrio iudicantis adrespondendū petitioni; quo elapso siue fuerit cōtra dictū petitioni, siue non, parte actoris petente ad ulteriora causæ procedatur cum ipso Curatore, saluis omnibus exceptionibus, quæ ueniant disputandæ, ut supra., Et causa omnimode infra dictum tempus terminetur, ut su-

prout in aliis, fatetur tamen, ꝙ ad probandum confines antiquissimos sufficit probare per instrumēta enuntiatiua, et inter laicos. Et ultra prędicta idem tenent Ang. & Imo. in l. sciendum de uerb. obli. cum aliis pluribus, de quibus per eundem Felyn. & uide Lau. calca. consil. xc. & uide etiam Soc. consi. cclxvi. nu. ii Dec. in d. cap. cum causam de proba.

a ¶ Per eum. Hoc est, ꝙ dicit tex. in l. si irruptione. §. fi. ibi, & si ita res exigat oculis etiam suis subiectis locis. ff. fini. regun.

b ¶ Magistros. Qui mensores dicuntur in d. l. si irruptione, uel agrimensores, ut in l. iii. C. eo. ti. qui debent iurare de bene, & legaliter mensurando, aliàs non ualeret eorum mensuratio arg. l. comparationes. §. omnes. C. de fide instru. Bar. ī l. Theopomp. uers. sed si assumeretur a Iudice ff. de dote pręleg. Et dictum iuramentum debet pręstare partibus citatis, qui possent opponere cōtra personam agrimensoris. Et debet eis constitui terminus, ut tali die, & hora uadant ad dictum locum l. aut aliter. in prin. ff. quod ui aut clam. ubi Bar. sed eorum relationi non opus est, ꝙ pars citetur, uel sit præsens; quia referūt Iudici. fac. quod dicitur de teste; quia iuramento ipsius pars debet citari; sed non testificationem. l. si quando ubi gl. C. de testib. Ang. in d. §. quędam num. xii. Inst. de actio.

c ¶ Expēsis. Ad hoc gl. in terminis ī d. l. si irruptione ff. fin. reg. in gloss. fi.

d ¶ Curator. Cur tam cito ad dationem curatoris, & non prius deuenitur

pra: Et ualeant agitata cum Curatore, ac si facta forent cũ principali prius citato, & legitime comparente. ℂ Iis tamen casibus, quibus cum Curatore proceditur, possit reus per se, uel alium cõparere, & principaliter interesse iudicio ante litem contestatam cum Curatore, & cum ipso principali dicta causa tractari debeat, & terminari, expensis contumaciæ legitimis refectis. Post litem uerò cõtestatam cum Curatore possit adesse causæ, & docere de iure suo: ita tamen quòd causæ diffinitio ultra dictum tempus instantiæ ordinatæ protelari non ualeat ullo modo. ℂ Et si aliquis Sindicus, uel Massarius alicuius Terræ: uel aliqua alia singularis persona dixerit coram aliquo ex prædictis Iudicibus, uel officialibus in aliquo loco guardiæ Comitatus, uel districtus Boniæ se habere possessionem: cuius fines se asserat ignorare: teneatur alter ex prædictis, qui fuerit additus ad petitionem cuiuslibet petentis inquirere [a] de ipsarum possessionum finibus per seniores, uel alios illius terræ, in qua dictæ possessiones sitæ reperiuntur, & per alios circunstantes terræ prædictæ uel peritos, & noticiam habentes per longum tempus de prædictis: & secũdum quod per dictam inquisitionem reperierit, uel eidem aliis legitimis probationibus constiterit partibus requisitis procedẽdo, & terminando, ut supra, dictos fines poni facere teneatur quibuscunq; remediis oportunis, auxilio et Domini Potestatis adhibito: qui requisitus illud præstare teneatur. ℂ Et [c] quia Cõmunio sæpe cõsueuit excitare discordias, nemo

ad immissionem in tenutam iuxta, quæ habẽtur infra in statuto de voc. in iure & non veni. §. si uetò non venerit &c. puto dicendum, ꝙ ubi est sola quæstio finium: tunc non potest consuli per missionem ex primo, uel secundo decreto, ut Bar. attestatur in l. si quis C. si. regu. meritò immediate deuenitur ad dationem curatoris pro discussione meritorum causæ, sicut simili de causa fertur sententia lite non contestata ad not. in authent. si omnes C. si ut se ab hæred. absti. & not. in l. si finita §. Iulia. ff. de dam. inf. vbi Alex. nu. xcviii. per tres; colum. disputat Vnde ex mente eiusdem Bar. infero, ꝙ si hic incideret quæstio dominii, uel possessionis, quo casu potest consuli per immissionem; seruandus esset ordo statuti præall. cogita tamen.

a ¶ Inquirere. Seu inquiratur ex proprio motu iudicis, siue ad postulationem alicuius, nihilominus verũ erit inquisitionem pendere ex mero iudicis officio, ut dicit glo. magna circa medium in ca. qualiter & quando il secũdo de accusa. Et not. hic vnum casum a statuto inuentum, in quo fit inquisitio ad vtilitatem priuatam. Sunt etiam nõ nulli alii, quos ponit Angel. in l. si vacantia C. de bonis vac. lib. x. quos refert, siue Ang. siue Aug. Arimi. in tract. de malefi. in gl. i. col. iii. ubi dicunt esse contra reg. iuris, de qua in l. iiii. §. hoc autem iudicium. & ibi Bar. ff. de dam. inf. vbi officium Iudicis non impartitur, nisi petenti. Et dicit Spec. tit. de inquisit. §. ii. versic. super autem, quòd iudicia ciuilia exercentur actionibus ciuilibus; sed profecto hic requiritur petitio, & sic sumus sub regula d. §. vide Bart. ibi. Solum est hic inductum, ut competat actio, & competat officium Iudicis, vt facilius euitẽtur rixæ inter uicinos arg. l. æquissimum in prin. ff. de vsufruct.

c ¶ Et quia. Hic loqui intendit mixtim de iudicio cõmuni diuidundo & iuditio famil. ercisçun. nã regulariter sunt equiparata ut est text. in l. si quis putans §. officio ff. communi diui. ubi gl. & inst. de oblig. quę ex quasi contrac. §. item si inter aliquos insti. ubi tamen glossa ponit aliquas fallent. & tradit Iaso. in dic. §. quædam numero lii. institut. de actio. ibi uide et subde etiam quòd inter cohęredes non solũ famil. hercisc. sed etiã cõmu. diui. agi. potest l. inter cohęredes in princ. ff. famil. hercis.

d ¶ Communio. Vnum nota incõmodum communionis, quod etiam consideratum fuit a legislatoribus; ut in l. cum pater §. dulcissimis in fi. de leg. ii. & in l. sancimus. §. ne autem C. de donatio. & fac. illud lucani. de quo meminit Spec. tit. de iudiciis. §. sequitur. versicu. scias. dicẽtis, Nulla fides regni sociis, oĩsq; potestas Impatiens consortis erit aliud incommodum habes in l. ii. in prin. C. quãdo & quibus quarta pars deb. lib. x. s. ꝙ exinde prouenit negligentia in custodiendo eo, quod communiter possidetur, quià nihil habere se quisq; existimat, qui nõ totum habeat, & suam quoq; partẽ corrumpi patitur, dũ inuidet alienæ. Vnde iura fauent peremptioni communionis, potius quàm ut augeatur difficultas illius, ut dicitur in l. qui nequê. §. fina. ff. de reb. eorum. interdum tamen prodesse potest cõmunio, attenta rei, & personarũ qualitate l. in hoc iudicium §. si conueniat in fin. ff. communi diuidundo.

Inuitus

inuitus [a] in communione debeat permanere: prouidemus, quod si inter aliquos diuisio alicuius hæreditatis, [b] uel successionis, aut nominũ debitorum, [c] uel alicuius rei mobilis, seu immobilis, quæ communis fore asseratur, uel cõmuniter foret possessa, coram altero ex prædictis fieri postuletur: [d] et super hoc petitio [e] porrigatur parte prouocata legitime citata, ut supra, & comparente legitime, & possessionem, [f] & cõmunionem non negante, teneatur, qui ex prædictis fuerit additus ad diuisionem procedere modo, & ordine infrascriptis, uidelicet; Quia si pars prouocãs uoluerit [g] partes æquales facere, & fecerit, & electionẽ dederit prouocato: teneatur omnino pars prouocata unã partẽ eligere infra octo dies a die mãdati sibi facti

a ¶Inuitus. Verba tex.in.l.fi.C.com. diuid.hinc est, ꝙ si conueniat, ne omnino diuisio fiat, huiusmodi pactum nullas vires habet, dicit tex.in.l.in hoc iudicium.d.§.si conueniat.ff. com. diuid. & vide glo.in.d.l.fi.ponentem nõnullas fall.ad reg.

b ¶Hæreditatis. Id est rerum hæreditariarum, quia hęreditas propriè est nomen iuris.ff.de verb. signif.l.hæreditas, & sic indiuidua, cûm sit incorporalis inst.de reb.corp. & incorp.§.fi. ita Io. fabri exponit in.d.§.quędã nu.11.inst.de act.post gl.in.l.4.ff. com. diuid.

c ¶Debitorum. Hæc vox superflua est, quia nominum appellatio significat debita. Alcia.in.l.nominis, de verb.signif. In hac significatione accepit Iurisconf.in.l.si quis vxori.ff.de furtis, & Imperator in.l.nomen.C. quæ res pign.oblig.pos. vel dic, ꝙ sunt duo verba separata, & exponas debitorum, scilicet ab ipsis, sed caue, quia in iudicio com.diuid. non videntur venire nisi res corporales; quarum dominium habemus.l.per hoc iudicium.ff. com.diui.sed responde, vt ibi in glo.& i.l.arbor.§. iudex com.di.sed magis placet tex.clarus in proposito in.l.si actum.ff.pro socio.& ibi habes, quando cõpetat actio pro socio.

d ¶Postuletur. Vel actione fam. hercisc.si loquimur inter hæredes, tã vniuersales iuxta.l.j.ff.fam. hercisc. quàm ĩ certa re institutos iux.l.ex facto la grãde.ff.de hęred.institu.vel inter successores de iure pręrorio, inter quos successores datur saltem vtilis.l.sed & eius, vbi glo.ff.famil.hercisc.vel actione commu.diuid.si loquimur inter socios, vel inter quos res aliquo modo sit communis, etiam extra societatem veram, & propriam; puta inter legatarios, vel donatarios.l.ij.ff.com.diuid. inst. & de oblig. quę ex quasi contr.§. item si inter aliquos.

e ¶Petitio. Formam libelli in iudicio famil.herc, tradit Ang.inst.de actio.§.quędã nu.7. & postea nu.9.ponit formam libelli in actio.com.diuid.& Bar.in.l.ad officium.C.eod.tit..

f ¶Possessionem, & cõmunionem. Hęc verba adaptantur tam ad habentes rem communem societatis titulo, quâm sine societate; & etiam si intentetur iudicium fam.hercis.& consequenter notãdum est, ꝙ iudicium fam.her.non procedit, vbi citatus negaret agentem esse cohęredẽ, & possessorem. Quod quidem etiam est de iure communi iux.l.j.ff.fam.herc.vbi Bar, Raph.& Floria. sed si tantum negaret hęredem, benè competit, vt per eos. Debet tamen possessor probare se hęredem, vt ibidem habetur. Et fundamentalem rationem ponit Bal.in.l.nõ epistolis col.2.C. de proba. & ibi ponit, ꝙ si neuter cohęredũ possideat, an nihilominus cõpetat hoc iudiciũ fam.here. & sic, an in hoc iudicio veniãt res à neutro possessę? & determinat, ꝙ sic.allegat .l. sed & si vsucapio in princ.ff.fam.herc. & ibi est glo.not.in verbo, subducit, quę istud optimè elicit ex illo tex.& habetur pro mirabili. Sed si non fuisset oppositum, procedit iudicium.l.ij. cum glo. & ibi Bar. & doct.C.com. diui. latius Io.fabri inst. de actio.§. quędam. Vbi etiã Ang. nu.3.disputat, an si appareret nullum ius competere agenti, esto ꝙ oppositum nõ fuisset per partem, iudicium esset validum, nec ne? & tenet, ꝙ sit nullum contra Fabri opi.arg.decis.Bar.in.l.ij in prin.vers.pro declaratione induco.ff.de dote preleg.per quam Ang.limitat.l.cùm putarem.ff.fam.herc. vbi habetur ꝙ exceptio tibi non competit ius agendi non potest opponi post sententiam, nec reddit iudicium retro nullum; & solutum authoritate sententię non repetitur vt indebitum. Aduertendum tamen, quia licet vbi negatur cohęres, non competat actio fam.her.nihilominus alię actiones cõpetunt, uelut petitio hęreditatis; petendo ꝙ declaretur hęres, quo obtento poterit postea condescẽdere ad istam actionem fam.hercis.glo.ita declarat in.d.l.j.ff.fam.her.& in hoc dicit Ang.se vidisse multos errare. Eadem dicenda sunt, si agatur com.diuid.inter habentes res communes Io. fab. Ang.& Ias.in.d.§.quędam.Bar.in.l.in prouinciali.§.j.ff.de no.op.nunt. & pariter vbi negatur habere communionem, nec possideat, non excludetur, quin possit agere rei vendicatione Bar.in.l.j. ff.familię hercis.

g ¶Voluerit. Vides hic dari prouocanti facultatem faciendi partes, si velit, imô cogi deberet facere, prout cogitur prouocatus eligere, vt infra subijcit. Et propterea dicit Ioannes fabri in sępè citato.§.quędam, & Ias.ibi refert nu. 58.ꝙ in pluribus locis obseruatur, ꝙ prouocãs de-

teneatur prouocans omnimode infra quinque dies à die datæ electionis unam partem eligere, & ſi elegerit perſe, uel alium infra dictum terminnm, eius electioni ſtetur, & pro diuiſo ipſa pars eidem adiudicetur, & altera alteri parti ad iudicetur. Si uero non elegerit infra dictum terminum per ſe, uel alium, electio deuoluatur ad ipſum prouocatum, & eius electioni ſtetur. ℂ Sed ſi pars prouocans dixerit partes inæquales fore, eligantur, ut ſupra duo boni uiri, qui debeant examinare partes prædictas: Et ſi æquales uidebuntur, & hoc retulerint, ſtetur eorum relationi, & prouocans omnino eligere teneatur infra tres dies à die mandati ſibi de nouo faciendi: Si uero eiſdem eligendis partes uideantur inæquales, ipſas adæquare teneantur, & ipſorum adæquationi ſtetur, & pars prouocãs eligere teneatur infra tres dies qua non eligente infra tres dies prædictos, electio ad ipſum prouocatum deuoluatur, & fiat, ut ſupra. ℂ Et ſi res diuidi poſtulatur, quæ commodè, uel ſine magna expenſa, & ſine magno damno, uel incõmodo[a] rei diuidendæ non recipiat diuiſionem, uel recipiat, & tamen ex tali diuiſione efficiatur inutilis partibus prædictis, uel alteri earum ſic & taliter diuiſa, tunc & iis caſibus uni rem adiudicet & alteri ſuæ partis iuſtam exſtimationem[b] dari facere teneatur arbitrio boni uiri[c]: electione data prouocato[d] uel uelit rem, uel extimationem, ſi prouocans talem diuiſionẽ rei & æſtimationis fecerit, aliàs ſorte dirimatur[e], ut ſupra. ℂ Et ſi in dubium reuocetur, de prædictis; ſtetur declarationi eligendorũ per iudicẽ aditum ſuper prædictis, de quibus partes fuerint in cõcordia, uel de numero confidentium dato à partibus, ſi partes dare uoluerint, & ipſis recuſantibus, uel non dantibus infra termi num eis aſsignatum per iudicem ſuo motu eligendorum, etiam non datis ſuſpectis, uel confidentibus. ℂ Si autem pars prouocata citata legitime, ut ſupra, non comparuerit petente parte prouocante, teneatur, qui additus fuerit elapſis octo diebus, ut ſupra, dare dictum curatorem liti, qui abſentem defendat: cum quo curatore etiam inuentarium non faciente ut ſupra, procedatur in cauſa principali, ut ſupra dictum eſt in præmiſsis caſibus fore procedendum: & ualeant agitata cum eo, ac ſi eſſent cum principali legitime comparente acta, & fiat, & terminetur, ut ſupra. ℂ Vbi autem prouocatus comparens per ſe, uel alium legitimè negauerit, prouocantem res, quæ communes dicuntur poſsidere, ſaltem pro parte in petitione contenta, & de eis cum ipſo prouocante communionem habere, uel ſaltem ſe poſsidere,

 tunc

a ¶ Incõmodo. Vide Bald. in l. ſancimus, ult. col. C. de donat. quod res non dicitur poſſe commodè diuidi, quando non poteſt ſine deterioratione diuidi. tex. autem in l. i. C. commu. diui. dicit, quod res non dicitur poſſe commode diuidi, quando ſine iniuria alterius diuidi nõ poteſt, vt aduertit Iaſ. in d. §. quædam nu. 6. hic autem etiam conſiderat incommodum, quod uidetur æquipollere ei, quod de iniuria. dixi.

b ¶ Aeſtimationem. Vt in ſtit. de off. iudi. §. eadem. & l. non amplius. §. fi. cũ l. ſeq. de leg. i.

c ¶ Boni viri. Id eſt etiã iudicis l. ſed ſi vnius. §. prætor. ff. de iniur. glo. ibi, & tex. in l. continuus. §. cũ ita. ff. de verbor. obliga. glo. in c. potuir in verbo, celeri, in fi. extra locati.

d ¶ Prouocato. Quæ multum poteſt utilis eſſe propter affectionem ad rem, ueluti quod fuerit maiorum ſuorum iuxta not. in. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. cum uulg. Et dico, etiam ſi haberet minorem partem in ea re, quàm habeat prouocans, qua prouiſione ceſſante dicendum fortaſsis fuiſſet dandã electionem ipſi, qui habet maiorem partem, ſi credimus Iaſoni in d. §. quædam num. 59. eliicienti hoc ex mente Bal. in d. l. ſancimus per illum uerſi. ne autem ibi ampliorem ſummam. C. de donationibus, facit etiam l. finali. C. qui bonis cedere poſſunt verſi. & ſi quidem vnus creditor.

e ¶ Dirimatur. Quid ſi neuter habeat, unde ſoluere poſsit æſtimationem? Credo, quòd ſubintret hoc caſu proiſio l. ad officiũ in fi. C. cõmu.

terreno poſsidens in uno ex dictis tribus lateribus, quám ſint dictæ ſeptem tornaturæ, uel minus, ſuper quibus ſeptem tornaturis, uel infra non ſint ædificia domus, uel domorũ, habilis, ſeu habiliũ ad habitãdũ, oblata petitione per eũ, uel per eos, qui habet uel qui habẽt à tribus lateribus, & ad minus ter tãtũ, uel ultra, ut ſupra, uel eius, uel eorum nomine: Iudex, qui fuerit aditus facta fide legitima de prædictis, parte primo citata legitimé, & legitimatis perſonis, ut ſupra, compellere teneatur illum, uel illos, qui habet, uel habent, ſeu poſsident ſeptem tornaturas tantum, uel minus, ut ſupra, uendere iuſto precio ei, uel eis, qui habuerint à tribus lateribus, ut ſupra; & inſtrumentum uẽditionis facere ſecundum modum, & curſum [a] notariorum Ciuitatis Bononiæ, & precium recipere parte citata comparente. ¶ Quod precium iuſtum declarari debeat arbitrio duorum bonorum uirorum à partibus eligẽdorũ, & dictis duobus non concordantibus, arbitrio dictorum duorũ, & unius tertij boni uiri à partibus eligendi, ubi eſſent concordes de tertio: & ubi nõ poſſent concordare, arbitrio Iudicis, [b] uel officialis eligẽdo. ¶ Qui eligendi debeant eſſe habitatores ciuitatis, uel comitatus Bononiæ, qui habitent, uel habeant poſſeſsiones penes [c] rem æſtimandam

a ¶ Curſum. Regulare eſt, ꝙ venditor tenetur facere inſtrumentum venditionis emptori Bar. in.l. ex ea parte.ff.de verb.obl.Bal.in.l.ſi prædiũ col. 3.verſ.deinde videamus.C.de ædil.edicto, q ſubdunt ꝙ etiã tenetur facere ſecundũ conſuetudinẽ Ciuitatis, latè Alex. cõſ. 105. Reuerẽde domine, paulò ante finem lib.2. latiſsimè per vnam paginam apud Tiraq.ĩ tract. retract. lignager. §. 29. glo. 5. Sed certè magnũ verbũ eſt, ſi intellexerimus, ꝙ venditor coactus eo modo, vſq; ſtipulationibus, iuramẽto, pœnis vinciri deberet; prout ille, qui volũtarie vendit, maximè reſpectu duplæ ſtipulationis, ad quam de iure non teneretur etiam venditor voluntarius.l. emptori.l. illud. ff.de euict. Itẽ ꝙ teneatur ſuſcipere defenſionẽ ampliſsimã, cûm de iure non videatur obligatus; niſi ad aſsiſtendum iuxta.l.1.C.de peric. & commodo rei venditæ. l.ſi parẽtes.C.de euict. l.ſi rem.§.fin.ff.illo eo. tit. Et multo magis, ſi intelligimus cautũ in formula pacti conſtituti, & libelli in vendi.ꝙ nec etiam exigatur aliqua denuntiatio pro parte emptoris; quando mota eſt lis ſuper euictione. Item ꝙ teneatur iuxta.d. formulam promittere, ſeu tradere vacuam poſſeſſ. ad quam de iure cõmuni ſecundum magis verã opin.& communem nõ tenetur venditor, vt eſt caſus in.l. ſi cûm fundũ.§.ferè.ff. contrah. emp. glo. ordi.in. l. ſi fundũ.ff.de fundo dot.latê tradit Fabia.de mõte tract. de empt.& vend.6.q.pri.nu.66. Vnde ego ſalua meliori deliberatione, ne â pari tractentur faciẽs actum ex voluntate, & faciens ex neceſsitate contra.l.ſi fide iuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog. vbi bonus tex.& ibi not.l.cũ poſtulaſſem,§. fi.ff. de dam.infecto dicerem attẽtari poſſe, ꝙ hic tex. intelligendus eſſet quoad clauſulas ſolitas pertinentes ad notarios, non autem ad partes contrahẽtes iuxta doctrinam Bar.in.l. ſi librarius.ff.de reg.iur. Et ſtatutum, ne contineat abſurdum, reſtringi debet.l.ſcire oportet.§.aliud.ff. de excuſ. tut.l.vt gradatim.§.1.de mun.& hon.& ideô ſtatuta debent interpretari taliter, vt non poſsint à ſapiẽte reprehẽdi.l. Saluio Ariſto. de leg. præſt. Vltra ꝙ eſt contra regul. cõmu. vt dictũ fuit ĩ pric. §.ſi vero contingerit, & fac. dictum Ang. not. in.l.ſi finita.§.eleganter in fi. vbi etiam Alex.ff. de damno infecto, videlicet ꝙ iam non tenetur debitor pati, vt apponatur guarentigia; quoniam ex hoc efficeretur durior conditio ipſius debitoris, cûm ſic non ſit obligatus à iure cõmu. tradit Ripa in.l.2.nu.49.ff.ſolu.matri. vbi infert, pari. ratione nõ tenebitur debitor iurare promiſſa obſeruare &c. quia propter iuramentum efficitur deterior conditio debitoris ſeu venditoris: quia tunc poſſet conueniri coram Iudice eccleſiaſtico.c. ſi. de foro comp. in.vi. Et quia iuramentum operatur, vt habeat exequutionem paratam Bar.in.l.2. ad fin.ff.de iure iur.& facit generaliter dictũ Bal. in.c.ſignificauit col.2. de teſtib.ꝙ quis demum cogitur conficere inſtrumẽtum; cûm non eſt oneroſum facienti.i. vt ipſe declarat, non grauat plus, q̃ eſſet ex natura obligationis: ſed iſtæ autoritates poſſunt euitari ſtante conſuetudine notariorũ per dicta in prin.glo. ſed tamen adhuc nõ conſtat, ꝙ vigeat; quando eſt venditio coacta, & non liberæ voluntatis arbitrio, cogita benê, ſi dabitur caſus.

b ¶ Arbitrio Iud. Qui Iudex eligat peritos in arte Bar.in.l.creditores, col.fina.C.de pigno.vbi docet practicam.

c ¶ Penes. Quia melius noſcere pretium poſſunt poſſeſsionum vicinarum, vt probatur in.l. ſi ita.§ fina.ff.de fund.inſtru.&.ff.de his, qui ſunt ſui, vel ali.iur.l.filium & extra de præſump.c. quoſdam

infra unum miliare ad plus. ¶Et si conuentus cōparens facere,negauerit oblato [a] iusto [b] precio ab eo,uel ab eis, qui emere uoluerit: & eo deposito penes idoneā personam eligēdam per eum,coram quo fuerit oblata petitio; Iudex teneatur adiudicare minorem partem ei, uel eis,qui habet,uel habent maiorem,& eum, uel eos in possessionem inducere, & inductum, uel inductos manutenere, remediis oportunis:in qua perpetuo non ualeat, uel ualeant molestari,uel inquietari per minorem partem habētem, uel ab ipso causam habentem,post primam citationem [c] de eo factam,& omnis alienatio [d] per eum facta de prædictis post dictam citationem(quantum ad præiudicium maiorem partē habentis)sit nulla,& irrita ipso iure, nec possessionem ex ea consequi possit in præiudicium habentis maiorem partem, ut supra. ¶Et intelligatur,qui missus fuerit in possessionem (quātum ad eum, contra quem [e] immissus fuerit in possessionem,uel hebentem causam ab eo,ut supra)uerus dominus, & possessor,& fructus lucretur. ¶Quod pretium stare debeat depositum,ut supra,donec qui partem minorem haberet, instrumentum solemne uenditionis fecerit maiorem partem habenti modo prædicto, uel per ipsum minorem partem habentem non steterit: quo facto eidem,qui fecerit,pretium detur. ¶Super quibus ipso conuento comparente procedatur, & causa terminetur modo,forma,& tempore prædictis. ¶Ipso autem minorem partem habente citato non comparente detur dictus Curator liti,& causæ dicti minorem parrem habentis:Qui Curator ad uenditionem prædictam faciendam omnimodè compellatur,& ad ipsius rei defensionem ipse Curator,uel eius successores minime teneantur,sed ille cuius liti Curator datus fuerit,& eius successores, & bona ad ipsius rei defensionem teneantur,& sint obligati,ac si ipse habens minorem partem uenditionem prædictam fecisset, Cum quo Curatore procedatur,& causa terminetur,ut supra,in omnib. aliis agendis cum Curatore. ¶Pretium autem prædictum deponatur penes idoneam personam,quam ipse elegerit,coram quo prædicta agentur,penes eam remansurum,donec acta cū Curatore solemniter per instrumentum approbauerit,uel de nouo uendiderit principalis. Qua approbatione,uel uenditione intercedente,pretium eidem integre persoluatur. Et de secunda uenditione neutra partium gabellam soluere teneatur si de prima soluta fuerit. ¶Ab iis proximè dictis excipimus

molendina

dam , & seq. & de purg. cano.c. cùm dilectus el picciolo.

a ¶Oblato. Cui autem faciēda sit oblatio, vide latissime Tiraq. lib. retract. lignager. §. 9. glo. 3. nu. 5 videlicet ei, cui solui debet, allegando. l. ij. & ibi Saly. C. de vsur. & in. l. si reus paratus. ff. de procura. vbi Bal. dicit, q̄ si non reperiatur creditor, fiat oblatio apud Iudicem, & tutius secundū ipsum est, vt fiat proclama.

b ¶Iusto. Vide quid sit iustum pretium, & quid si alius paratus sit dare maius pretium, nūquid primum desinat dici iustū? p Tiraq. d. tract. retract. lign. §. 1. glo. 18. in prin. post doct. in. l. qui Romę §. cohæredes. ff. de verb. obl. Et sic per hoc verbū iustum tolluntur altercationes inter doct. aliquibus dicētibus debere dari tantam, quantum ab alijs inueniri potest, vt voluit Io. and. in add. ad Spec. tit. de act. empti. §. nunc dicēdum el. 2. vers. sed pone statutum. Addo Fabia. ī tract. de emp. & vēd. in. q. 20. ī fi. 3. q. p.

c ¶Citationem. De iurę communi secus videtur; quia est iudiciū psonalis actionis ad Saly. ī. l. ij. C. de litig. vers. secūdo casu

d ¶Alienatio. Quid sub hoc nomine cōtineatur, declarat tex. in. l. fi. C. de reb. ali. nō ali. & in auth. de non ali. aut permu. §. alienationis. Et qui alienare prohibetur, prohibitus censetur etiam facere actum, per quem alienatio sequi posset; qa nihil interest, an alienes an facias, ex quo sequatur alienatio. l. codicillis §. matre. vbi Bar. ff. de lega. 2. glo. in. l. si ita quis §. ea lege, & ibi Bal. qui dicit eam notatu dignā.

Raphael com. & Fran. aret. qui eam dicunt not. & ibi etiā Ias. ff. de verb. obliga. Latissimè Tiraq. in. d. tract. retract. lign. § 1. glo. 14. nu. 14.

e ¶Contra quem. Fortè fuit necessariū arg. l. Sabbinus. ff. de in diē addic.

molendina,[a] & terrena ad molendina pertinentia, turres, & caſamenta ubicunque poſita, ſuper quibus caſamentis ſint, uel fuerint ædificia aliquo tempora infra decem annos proximè præcedentes tempus petitionis oblatæ. ❡ Quæ omnia in quolibet caſuum prædictorum fieri, & eſpediri poſsint per eum, qui de prædictis cognouerit quandocunque, etiam tempore feriato, niſi in honorem Dei, uel propter exercitum, uel caualcatam, uel quia Palatium iuridicum Ciuitatis Bononiæ ſtaret clauſum, quo tempore pro feriato reputetur in prædictis. ❡ Idem per omnia etiam ſeruetur, & fiat, ſi reperiatur aliquem habere punctam, gaydam, ingabbaturam, uel cocham duarum tornaturarum, uel minus, inter,[b] ſeu intra terram, uel uineam alicuius, qui ter tantum habeat, quàm fuerit dicta cocha, gayda, puncta, uel ingabbatura: ut ille, qui cocham, uel aliquod prædictorum habuerit, uolenti emere iuſto pretio, ut ſupra taxando uendere compellatur: et in procedendo, & terminando parte comparente, uel non, prædicta debeant obſeruari. ❡ Præterea Dicimus idem econtra in caſibus prædictis fieri, & obſeruari debere in procedendo, & terminando, & cæteris aliis, ſi minorem partem habens uendere uoluerit habenti maiorem partem, ut iuſto pretio taxando, ut ſupra, maiorem partem habens omnino emere compellatur. Quod pretium in quolibet prædictorum caſuum boni uiri arbitrio ſtatuatur.

❡ Et ſi uenditio ab aliqua partium non poſtuletur; ſed dicta prædia modo debito dirigi petatur de ipſa cocha, uel ingabbatura, puncta, uel gayda, Is coram quo petitio porrigetur, ipſam dirigi faciat, permutando habita ratione melioramenti utriuſq;. ❡ Et ſi coacto uenditore, uel permutatore in aliquo caſuum prædictorum, cum quo puncta, gayda, cocha, uel ingabbatura uendi, uel dirigi peteretur, remanſerint tres tornaturæ in uinea, uel ſex in aliis poſſeſsionibus; uel minus, & uoluerit uendere ei, qui cogi petierit eum uendere, uel permutare, is, qui cogi petierit, emere iuſto pretio compellatur. Quod ſi facere negauerit, non cogatur aliter ad uenditionem, uel permutationem faciendam præſentialiter, uel in futurum. ❡ Dicimus etiam, quòd ſi reperiatur unum, uel plures habere duas tornaturas terræ uineatæ, uel quatuor terræ, uel abinde ſupra, & non habuerit uiã, quæ pro uia ſemper ſtet habilis ad uſum uiæ, qui fuerit aditus pro prædictis, teneatur uiam[e] conſtrui facere per locũ cõmodiorẽ utriq;, & ei per cuius fundum uia conſtruetur, iuſtum pretiũ

a ¶ Molendina. Dato ꝙ non ſint ad habitandum parata.

b ¶ Vel fuerint. Subaudi, licet non ſint de præſenti ſuper dictis caſamentis. Caſamenta autem vocat (ut reor) multitudinem ædificiorum vicinorum, vt cernimus in pluribus locis noſtri Comitatus, & ratio videtur eſſe, quia propterea ſperandum eſt, ꝙ reficiãtur habitationes deſtructæ, vel collapſæ per dominos illius terræ vij. tornaturarum, id ſuadente magna commoditate vicinorum, & ſic lex magis fauet reædificare volenti, quàm de nouo facienti l.i.§.ſi quis ædificium ff.de no.op.nunt.cum ſimilib.i.

uit, & hæredem[a] eius, maiorem uiginti quinque annis, uel minorem, & si adultum iurantem cum autoritate curatoris, uel cum consensu patris, uel alterius, in cuius potestate esset: si erit pubes, uel si impubes iurante eo, in cuius potestate tutella uel cura esset, uel pupilli[b] tutore iurante, seu ipsum maiorem iurantem se, uel illum, cui successit, soluisse in sua persona debitum, uel factum, quod petitur fecisse, uel interfuisse solutioni, uel facto, uel scire ueritatem: quod non fuit datum uel numeratum, quod petitur: uel ipsum adultum iurantem cum autoritate Curatoris, uel eius, in cuius potestate fuerit forma prædicta, uel tutorem pupilli hæredis, ut præmittitur iurantem. ¶ Item Dicimus, quod si quis tutorem, uel curatorem habuerit, finita[c] tutela, uel cura, effectus maior uiginti quinque annis, uel eius maioris, uel minoris hæres maior steterit per duos annos[d], quod non petierit, uel postulauerit in iudicio sibi reddi rationem administrationis tutelæ, uel curæ, & reliqua[e] consignari ab eo, qui fuerit tutor, uel curator, uel ab hæredibus eorum, faciendo ad minus citari, uel cridari, uel fieri, ut supra dictum est: uel ipso tutore, uel curatore, uel eorum hæredibus petitioni creditoris respondentibus, uel creditore tenutam accipiente, ut supra ab omni petitione rationis, administrationis, tutelæ, uel curæ, & reliquorum consignatione præscriptione biennii excludatur: si tutor uel curator, uel eorum, uel alterius eorum hæredes, uel fideiussores, ut supra, iurauerit se in aliquo non teneri: nisi tutor uel curator, uel eorum hæredes post lapsum dicti biennii agnouerint debitum supradictum. ¶ Idem per omnia Dicimus, si is, qui fuerit tutor, uel curator, uel ipsius hæres maior uiginti quinque annis steterit per biennium finita tutela, uel cura, quod non petierit, seu postulauerit, ut supra dictum est ab eo, cuius tutor, uel curator fuerit, uel ab hæredibus eius id, quod sibi debebatur ratione dictæ administrationis ab ipso, cuius tutelam, uel curam gessit, a petitione excludatur prædicta, si iurauerit ille, contra quem petitur, se in aliquo non teneri. ¶ Et idem per omnia Dicimus in hærede furiosi, dementis, uel mente capti, uel prodigi, & eorum, uel alterius eorum curatore, & ipsius curatoris hærede, & fideiussore: si finito tempore administrationis per dictum biennium non petierit.

¶ Idem per omnia etiam Dicimus in eo, qui gessit negotia alterius, & in eo, cuius negotia gesta sunt in iudicio, uel ex-

probatur in l. cum notissimi. §. quamobrem. C. de præscrip. 30. ann. fateor, quod Alex. bene consuluit in suo casu alia ratione. s. quia in ea præscript. concordabat ius commune cum prouisione statutaria, existebat namq; res hypothecata penes tertium possessorem cum bona fide, quo casu præscriptio x. annorum sufficit l. i. C. si aduersus creditorem præscri. opp. in casu uerò Grati opus erat præscrip. 40. annorum, quia fortè existebat penes debitorem, seu eius hæredes, vel alium creditorem d. §. quamobrem. Addo etiam Raph. Fulg. consi. 123. Ser P. ciuis &c. simili modo tenentem illud statutum non extendi ad præscribendum hypothecam, addo etiam Albericum de rosate in prima parte statut. q. 99. statuto perghami. Vide & alias quotas apud P. A Duen. in regula 6. incipien. actio personalis nu. 1.

a ¶ Hæredem. Nulla uidetur dubitatio quia hæres etiam est debitor. l. debitor. ff. de verbo. signifi. vide, quæ ponit Barto. in l. postulante. ff. ad trebelli. vbi dixit, quod stante statuto, quod debitor possit incarcerari ad uoluntatem creditoris, potest etiam procedi contra hæredem.

b ¶ Vel pupilli. Multa hic sunt verba superflua, tamen satis clarè haberi potest sensus statuti.

c ¶ Finita. Cum ministerio loquitur; quia præscriptio non incipit durante tutela, quia nulla orta est interim actio. l. nisi finita ff. de tutelis & ratio. distrah. & idò nò currit præscriptio l. si. C. de anna. excep.

d ¶ Duos annos. Ecce præscriptionem duorum annorum. Sunt aliæ similes, quæ enumerantur in tract. de præscri. ascripto D. Dyno; sed hic corrigitur ius commune, quia et actio ista est vitæ 30. annorum, prout aliæ l. sicut l. cùm notissimi C. de præscrip. 30. ann. per Balbū in 4. part. 4. p. prin. in 1. q. vbi format regulam cum duab. fall.

e ¶ Reliqua. Explicatur, quod inerat implicitè, et

est

tra, cum mandato, uel ſine, ut præſcriptione decennii a die relictæ geſtionis, uel adminiſtrationis debitor liberetur eodem debitore iurante, ut ſupra.

Saluo in quolibet caſuum prædictorum, quod ſi qualiſcunque abſentia [a] creditoris, uel debitoris, uel hæredis ipſorum, uel alicuius eorum à Ciuitate, uel Diſtrictu Bononiæ, uel ignorantia probabilis [b] hæredis dicti creditoris infra prædictum decennium, uel biennium; ſingula in ſingulis ſuis caſibus prædictis debite referendo, ut ſupra, interuenerit; tempus ipſius abſentiæ, uel ignorantiæ non computetur [c] in præſcriptionibus prædictis, nec præiudicet creditori, uel ipſius hæredi.

Si uero [d] debitori ad hoc fuerit infra

eſt caſus in l.cùm ſeruus ff.de cond. & demonſt. Soci.in conſi.149.vol.1.Bald. in l.eum ita.ff. de manu.teſta.

a ¶ Qualiſcunque. Siue iuſta, & probabilis, ſiue non, puta voluntaria, licet de iure communi non ſit ſuccurſum abſentiæ voluntariæ, ſed tantum neceſſariæ; & eo caſu per reſtitutionem in integrum per tex. in l.1.ff. ex quib.cau.maio. & nota.in c.ex tranſmiſſa, de præſcrip.

b ¶ Abſentia. Onus probandi præſentiam incũbit alleganti præſcrip. quia fundamentum eſt illius, quòd cõpleuerit præſcri. in præſentia creditoris, ita Alexan.conſ. 118.nu.16.lib.2. dicendo, ꝙ cautus debet eſſe aduocatus rei in capitulando præſcriptionem, idem Alex. latius conſil. 92.col.fin. in fi.volu.5. vide Andr.Tiraq.remiſſiuè loquentem in tract. retrac.in §.35.glo.3.vbi etiã, an præſumatur præſentia. Et de qua abſentia intelligatur? tex.&ibi glo.in l.fin.C.de præſcrip.longi tempo.declarat, ſcilicet ſi abſens ſit à prouincia, ſed hodie ex conſuetudine ſufficit, ꝙ ſit abſens à ciuitate, ut habetur in glo.ſingulari ibi, & approbata. Et de multiplici abſentiarum ſpecie vide allegata per Felyn. in c.quoniam frequenter, verſ.circa 6.q.ext. vt lite non conte.per Gemi.in c.vbi periculum, de elec.in 6. Nũquid autem, ſi creditor dimiſerit procuratorem ad exigendum, uel debitor ad ſoluendum, reputentur pro præſentibus præſuppoſita etiam notitia crediti, uel debiti apud procuratores? poſſunt adduci in argumentũ quæ ponit Iaſ. in l.cùm filius familias. ff. ſi cert. peta. quæ probant, ꝙ ſic.

c ¶ Probabilis. Quæ regulariter præſumitur, vbi aliud non conſtat vulga. l.qui in ius de regu.iur. not.Bar.in l.Cælſus 2.col.ff. de vſucap.vbi appellat iuſtiſsimum errorem in facto alieno conſiſtentem; Se igitur reſtringit ſtatutum ad ignorãtiam facti alieni, ſi autem eſſet ignorantia in facto proprio, licet eſſet aliquando iuſta ignorantia, prout poteſt accidere ad Bart.in loco prælle.ius commune locum ſuum retinet, meo iudicio.

d ¶ Non computetur. Et ſic interim dormit præſcriptio, ita ſonant iſta verba. Dicitur enim dormire, quando fuit inchoata ſemel, & propter aliquod ſuperueniens ceſſat; quia non conquaſſatur tempus præcedens, & ſic non interrumpitur; vnde finito impedimento tempus ſequens continuabitur cum præcedẽti, & perficietur præſcriptio ſubducto tempore de medio, quod ſecus eſt, quando interrumpitur, ita declarat gloſ.in l. ſicut in glo.magna in verbo ſeruandam C.de præſcript.30.ann.declarant Pau. & Imola in l.naturaliter.ff.de vſucapioni. quod quidem eſt contra regulam communẽ, quæ habet, quod tẽpus præſcriptionum eſt continuum, poſtquàm incepit iuxta gloſſ. in rub.ff. de diuer.& tẽp.præſcrip. Balb.in q.6. primæ partis quartæ partis princ. quę procedit ẽt in ſtatutariis, vt exprimit Paul. Caſtr. in l. nunquam §. in vſucapi.ff. de vſucap. Et plures caſus, quibus dormit præſcriptio, ponit Balb.in tract.in 2.parte 6.partis prin. Et hic cauebis; quia de iure communi in præſcri.30.ann. cuius loco iſta ſucceſsit, indiſtinctè ex cauſis hic enumeratis præſcriptio currit; licet daretur reſtitutio in integrum ex capite, Si qua mihi iuſta cauſa & d. Bar.in l.1.§.ſi quis autem ff.de iti.actuq; pri. Doct.in c.vigilãti de præſcript. Et aliud eſt dicere, dormit præſcriptio: aliud, ꝙ non currat. dicam infra §. Item dicimus.

e ¶ Si verò. Hic ponuntur duo, quę habent uim perpetuandi actionem. Eſt enim perpetuatio propriè extenſio vitę actionis; vt vbi prius erat temporalis, extendatur ad 40. annos. et hęc ſolummodo fieri ſolet de iure communi per litis conteſtationem per l.fi.C.de præſcrip. 30.ann. ſed hic non aperit vſque ad quod tempus duret illius vita, vnde poſſet videri in illud tempus porrigi, argumentando, ꝙ ſi litis conteſtatio hoc facit de iure communi, & hi duo modi fortiores reputantur ipſa litis conteſtatione per hoc ſtatutum, ergo &c.ad Reg.ſi vinco vincẽtem te &c.l. de acceſſionibus ff.de diuer.& temp. præſcrip. Sed dubito hoc dicere, quanquam dixerint Doct. ꝙ meta perpetuationis eſt ſemper prorogare vſq; ad 40. annos, dato, ꝙ actio ſit ſui natura præſcriptibilis minori ſpatio, quam 30. ann. Sed potius credo, ꝙ ſit locus præſcriptioni 30. ann. prout erat de iure communi, à quo in dubio non eſt recedẽdum l.ſi ſerui veſtri C.de noxal. Quot autem modis perpetuari contingat de iure communi uita actionis, tradit F. Balb. in vltim.par 6. par.p.vbi enumerat quinque. Primò per litis conteſtationem.

dictum decennium, uel biennium, præceptum[a] factum de ſoluēdo uigore confeſsionis in iudicio[b] factæ per principalem, & non per procuratorem ad hoc conſtitutum, uel ſententia lata contra ipſum debitorem præſcriptione aliqua decennii, uel biennii poſtea ſequentis nullatenus adiuuetur. ¶ Si autē ſolū citatus, uel cridatus fuerit, ut ſupra, uel cū eo lis conteſtata[c], uel quaſi[d], uel ſimplex contradictio petitoni ipſius creditoris exciterit facta, uel tenuta data, ut ſupra, & creditor per aliud decennium, uel biennium poſtea ſteterit, quòd non fecerit infra ſequens biennium, ſeū decennium, ſingula ſingulis referendo, ut ſupra, citari & requiri, ſeu litem non fuerit cōteſtatus, uel quaſi, uel cōtradictio nō fuerit facta petitioni, uel tenutā nō acceperit, ut ſupra, eodē modo præſcriptione ſequentis decennii & biennii, ut ſupra, excludatur, & ſic ſucceſsiuè procedatur. ¶ Si uero ignoretur de hærede debitoris defuncti, ſufficiat debitorem, uel eius hæredē in genere, ut infra in ſtatuto de proceſſu faciendo contra incertos hæredes, ad interruptionē prædictam faciēdam citari ad domum ultimæ habitationis dicti defuncti præſentibus duobus teſtibus adhibitis citationibus; & Cridis ſecundum formā noſtri Statuti De modo citationum faciendarum. ¶ Adiicientes, quòd beneficio huius ſtatuti in aliquo caſuum prædictorum renuntiari[e] non poſsit,

nem ſecundo per litis quaſi conteſtationem. Tertiò per iuramentum deciſorium, Quarto per dationem fideiuſſoris. Quinto per apprehēſionem poſſeſſ. rei hypothecatæ. Hi. n. modi habent litis conteſtatæ vim, & effectū, ſed ommittit, ille doctor alium modum habētem vim ſimilem, ſcilicet iuramentum aſſertorium, ut concludunt doct. in l. nam & poſtea §. ſi is qui temporaria, de iureiur. Sed caue, quia ſupra in princ. ſtatuti inter alios caſus, quibus euitatur præſcriptio x. annorum eſt, ſi ſit creditum ex præcepto, vel laudo, uel ſententia; hic autem oppoſitum dicitur, in quantum perpetuatur actio in maius tempus, quam x. annorum, cogita.

a ¶ Præceptum. Propriè eſt, quod fit in confeſſum, ſententia, quæ fertur in conuictum, vel cōtumacem, vt per Abb. in c. quærenti de off. deleg. ſed melius per gloſ. in c. dudum el 2. de elect. in verbo reſponſionem, & per Bar. in l. 1. ff. de confeſſ. qui dicunt, quod etiam fertur ſententia in confeſſum, quando cōfeſsio emanat poſt libellum, & facta fuit animo litem conteſtandi; ſecus ſi ante libellum, ſeu reſponſionem non factam animo litem conteſtandi; quia tunc eſt præceptum, non ſententia diffinitiua; ſed interlocutoria glo. in l. cum clericus C. de epiſc. & cler. & in §. ad excludendas in auth. de litigioſis Iaſ. in l. fi. C. de procur.

b ¶ In iudicio. Hoc operatur calor iudicii, prout multa alia operatur in iure noſtro iuxta l. cū oſtēdimus ff. de fideiuſſ. tut. & per doct. in l. 1. de verb. oblig. Nam confeſsio, ſeu ſimplex agnitio extraiudicialis hoc non operatur, vt ſupra in princ. verſ. niſi debitor &c. & in l. cum notiſsimi §. ſed & ſi quis C. de præſcript. 30. ann. quam tamen intelligerem indiſtincte, niſi ſtatuta noſtra gerent hoc modo.

c ¶ Conteſtata. Habes hic deciſionem, quod per litis conteſtationem conquaſſatur præſcriptio præterita ex vi interruptionis, & noua inchoatur, non autem perpetuatur, contra diſpoſitionem l. fi. C. de præſcrip. 30. anno. vbi ad 40. annos extenditur à die deſertæ litis, prout Salyce. ibi not. qui facit mentionem de quodam ſtatuto Bono: ſuper hac materia præſcrip. & circa illud dubitat, ad quātum tempus perpetuatur actio, facta litis conteſtatione; ſed non eſt opus hodie dubitare; quia hic eſt deciſio clara.

d ¶ Vel quaſi. Quaſi conteſtatam litem vocant, quando ſtat per reum, quominus conteſtatio litis verè fiat, puta, per ſubterfugia, vel abſentiā, declarando tamen, ut per Alexā. in l. 3. col. 3 ff. de eo per quē factum erit, qui intelligit. l. conſtitutionibus in illis verbis litis quaſi conteſtatæ ff. de act. & obliga. latius per Balb. in tract. in 4. & vlt. par. vi. part. p. Sed quid de iuramento ſaltem litis deciſiuo, quod habet vim litis conteſtatæ, ſeu loco litis cōteſtatæ eſt iuxta l. nam & poſtea §. ſi is qui temporaria. ff. de iureiur. puto, quod ſi iuret reus, debitorem ſe eſſe, idē quod in confeſsione iudiciali, & ſic actio creditoris perpetuatur; ſed ſi iuret creditor, prout de illo loquitur d. §. ſi is qui temporaria, vtique ſtatutum non dat illi priuilegium perpetuandi actionem; imo excludendo vim litis conteſtationis, cenſetur etiam excludere iuramētum huiuſmodi, quod eſt illius loco ad regulam l. ſi cum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caution.

e ¶ Renuntiari. Hoc eſt ſub magna controuerſia apud noſtros doct. iuriſtas tamen Bart. in l. nemo poteſt, & cum eo magis communiter doct. videntur tenere, quod non valeat renuntiatio, neq; pactū quia

quia saltem secūdariò est ob fauorem publicum, cui non potest renūntiari. l. ius pub. vbi Bart. declarat. ff. de pact. & quia principaliter in odium negligētis inducta. l. tametsi ff. ad maced. per Ro. in l. 1. ff. de vsucap. qui pungit contrarium de iure sustineri posse.

trimo. per Balb. in quæst. ix. dictæ partis. & tanto fortius in ea præscriptione cuius initii memoria non existit in contrarium, vt etiam per Felyn. in rubr. de præscrip. col. finali. Et pro perfectiori doctrina non est omittenda pulchra, & elegans theorica Bal. qui in cap. 1. §. præterea, quasi in fin. de capitulis Conradi, quam approbat ibi Præpositus, & commendat Abb. in ca. fin. xiiii. col. de præscript. Inquit enim Bal. q exclusa præscript. per l. vel statutum in dubio, nisi subiecta materia aliud suadeat, intelligitur de præscript. x. vel xx. annorum in actionibus realibus, sed in personalibus de præscriptio. xxx. ann. ex quo minor nō currit. Sed si priuilegium, vel statutum posset operari in præscriptione longa, de illa sola intelligitur; non de longissima, vt minus corrigatur ius commune; quā doctrinam intelligo, vbi simpliciter exclusa est præscriptio; sed si per dictionem nulla, vt in terminis nostris; dicerem, q omnis præscriptio foret exclusa excepta illa centum annorum; quia alterius naturę est. Ita est de mente Bart. in d. l. 1. C. de anna. excep. & Ange. in authen. vt de cætero commu. non fiant, per Balb. in loco supra citato, dum respondet ad l. omnes C. de præscript. 30. annorum, quę videtur velle, omnes actiones concludi sub meta 40. annorum ad plus.

& renuntiatio facta non ualeat ipso iure, etiam si fuerit iuramento [a] firmata, quod iuramentum præstari prohibemus. ¶ Item Dicimus [b], quòd quilibet habens partem in aliqua Turri, licet eā non habitauerit, uel non possederit, sed consortes eius a iure suo nulla præscriptione temporis [c] excludatur. ¶ Præterea Dicimus, quòd prædicta, uel eorū aliquod contra Cameram [d] Bononiæ non uendicent sibi locum. ¶ Et hoc statutum locum habeat in præteritis [e], &

a ¶ Iuramento. Hoc tamē de iure communi fortè non reciperetur; quia iuri introducto ob priuatam vtilitatem principaliter, licet secundariò ob vtilitatem publicam potest renuntiari medio iuramento c. cùm contingat & ibi not. de iureiur. Alexan. in specie in d. l. nemo, Balb. in tract. in v. parte v. partis in vi. q. vbi loquitur & de simplici renuntiatione, & de renūtiatione cum iuramēto, vide etiam Bru. in tract. super statutis in verbo renuntiat; quia tamē, ut dixi, est in odium creditoris inducta, non videtur, q iuramentum opituletur ad validitatem renuntiationis.

b ¶ Item dicimus. Vsque ad §. adiicientes enumerat. 3. casus in quibus non incipit præscriptio. Primus est de turri. Secundus, quando contra Cameram. Tertius contra mulierem durante matrimonio pro dotibus suis: sed iure communi alii multi sunt casus, quos enumerat glo. in §. res fisci Inst. de vsucap. & plenius in c. cum non liceat in glo. fi. magna, in verbo obstante, de præscrip. vsque ad 23. casus; quos latius recitat practicus Papiens. in for. libelli rei conuenti in glo. præscriptionis &c. vbi enumerat 29. casus, inculcando illos, in quibus præscriptio dormit. Sed multò plures ordinatè componit F. Balb. in vi. parte p. ad quem te remitto. Hic tamen casus de turri est noua prouisio, quia de iure communi cautū non reperitur, & ratio huius esse potest. s. causa honoris & famæ illius familiæ, vel quia turres sunt ad modicum usum habitandi, & fruendi.

c ¶ Temporis. Sed licet ita statutum dicat, & possit statuere iuxta ea, quæ tradit Imola in ca. cum nobis de præscript. vers. an autem statutum per Balb. in tract. in v. parte v. p princ. in vii. q. tamen non intelligitur excludi præscriptio centenaria; ita in terminis Bal. in l. 1. col. 2. circa medium C. de anna. excep. vbi pulchrè dicit, q si in noua lege, vel statuto dicatur nulla præscriptione obstāte, vel q nulla currat præscriptio; tamen tantò tēpore excludetur omnis actio; quia omne, quod sub mundiali machina gubernatur, renouatur in centum annis, quod est longissimum tempus vitæ hominis l. fi. C. de sacro. eccle. glo. in authē. vt de cætero commutationes non fiant cum aliis multis autorit. per Ias. in l. 1. col. 2. ff. solut. ma-

d ¶ Cameram. Siue dicamus cameram esse idem, quòd fiscus, siue idem q res Ciuitatis; datum est priuilegium de iure communi per §. res fisci Institu. de vsucapio. & l. fin. C. de sacro. eccle. q vita actionum duraret centum annis, hodie restricta est ad 40. annos per authen. quas actiones C. de sacro. san. eccl. & ita intelligatur statutum hic, q non intēdat restringere vitam ad x. annos. Quid autem significet camera scilicet an sit, vt quædam persona ficta, prout hæreditas differens à rebus ipsis; an verò sit uniuersitas corporum, latè tradit Pau. Castr. consi. 106. incipien. circa ea, quæ supra scripta. in prima parte, vbi loquitur in casu, quando obligata est Camera apostolica; an dicantur obligati redditus Cameræ, ut sic nascatur hypothecaria, an tantum personalis obligatio. Est subtile consi. illud.

e ¶ Præteritis. Subaudi, pendentibus; vt etiam seipsum declarat. Et ad materiam vide Bar. in l. omnes populi in v. quęst. p. ff. de iust. & iure, vbi latissime se diffundit, an & quando statuta trahantur ad præterita. Abb. & reliqui scrib. in c. fina. de constit. & Modern. Bon. in d. l. omnes populi nu. 193. versi. Collige ex dictis.

¶ Correo.

futuris: ita quòd in præteritis incipiãt currere dictæ præſcriptiones ſolum a die, qua præſentia ſtatuta incipiant. ſumere uires: niſi iam prædictarum præſcriptionum tempora cucurriſſent, in quibus ſtatuta, & alia iura uetera ſernẽtur. ¶Cameræ uero Bononiæ, ſiue ſoli, ſiue cum alio, uel aliis obligatæ eiuſque correo,[a] ſeu correis, ue fideiuſſori, aut fideiuſſoribus, etiam in præteritis ſententia, uel amicabili compoſitione, uel alio remedio non deciſis; dictam decennii præſcriptionem concedimus, non obſtante abſentia creditoris. ¶Statuimus etiam, quòd mulieri, uel alii, cui aliqua dos, uel dotis augmentum deberet reſtitui; quandiu durauerit matrimonium, in aliqua actione reali, uel perſonali pro eis competenti contra perſonam, uel in bonis obligatis per quencũque poſſeſsis, nulla[b] currat, uel cucurriſſe intelligatur præſcriptio, etiam ſi dicatur,[c] uel dici poſsit maritum, uel alium ad dotem, uel augmentum obligatum uergere, ſeu uergiſſe ad inopiã, & male inchoare, uel inchoaſſe uti ſubſtantia ſua: Et hoc locum habeat in præſentibus matrimoniis, & futuris.

¶Adiicientes, quòd nulla præſcriptio, ſeu lapſus temporis cucurriſſe intelligatur á Kalendis menſis Ianuarii, anni milleſimi tercenteſimi octuageſimi tertii, uſq; ad Kalendas menſis Ianuarii. M.ccc. octuageſimi quarti propter mortalitatem,[d] quæ uiguit in ciuitate & comitatu Bononiæ. Nec a Kalendis menſis Ianuarii per tempus unius anni inchoati in M.ccc. octuageſimo nono, uſq; ad Kalendas Ianuarii anni. M.cccxc. propter mortalitatem, quæ uiguit in Ciuitate & Comitatu Bonon. Nec pro tempore nouem menſium inchoatorum in Kalendis menſis Maii anni. M.cccxci. propter guerram[e] imminentem in Comitatu Bononiæ, Nec à die ſexta Maii. M.cccxcviii. citra, uſq; ad Kalendas Iunii Anni Milleſimi quadringenteſimi, propter nouitates,[f] quæ fuerunt in Ciuitate Bononiæ. Nec à kalẽdis Martii milleſimi quadringẽteſimi primi uſq; ad, & per totum menſem Decembris. M.cccciiii. propter multifarias nouitates

[a] ¶Correo. Nota ergo priuilegium conceſſum Cameræ dati etiam correo, uel fideiuſſori, vt præſcriptio currat ad eius fauorem. i. quãdo hi tales eſſent debitores. Sed mirum videtur, cur ſtatuentes ſupra in §. præterea, non idem dixerint, ſcilicet quòd non currat cõtra Cameram, & correũ credendi ex his, quæ ponit Abb. in c. ad audientiam de prǽſcrip. dum dixit, q contra priuatũ habẽtem rem communem cum eccleſia Roma. currit ſolùm præſcriptio cẽtenaria, & cum alia eccleſia ſolum præſcriptio xl. ann. vt idem dicit in ca. de quarta, de præſcript. fac. l. ſi communem, ff. quemadmo. ſer. amitt. & quæ ponit Felyn. in c. 1. col. 3. de præſcrip. & Iaſ. in l. ſi emancipati col. 3. C. de colla. Nam videtur vna, & ead. actio reſpectu ſpeciei, quam plures correi habent, & ſic communis inter eos ad not. in l. 3. ff. de duob. reis. Vnde interruptio facta contra vnum correorum nocet alteri l. fi. C. de duobus reis, per Barto. in l. cùm quis §. ſi quis pro reo ff. de ſolution. tu ergo neceſſariò ſubitelligas ibi; nam eſt interpretatio paſsiua. &c.

[b] ¶Nulla currat. Ad hoc caſus eſt in. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dotiũ.

[c] ¶Dicatur. In hoc contradicit. legi communi, videlicet. d. §. omnis, ibi, minus autem idoneis; ex quo hoc infortuniũ &c. vide omnino latiſsimè p Balb. in. vj. par. p. verſ. 16 &. 30. caſus.

[d] ¶Mortalitatem. Ideſt peſtem. Ecce alium caſum; in quo præſcriptio dormit ad not. in. c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. vbi fit mẽtio de bello hominũ, ſed iſtud eſt magis terribile bellum, vt quia eſt inter Deum omnipotentem, & homines. Bar. latè in. l. naturaliter col. vlt. ff. de vſucapio. per Balb. in tract. in. 2. parte. vj. p. ibi, primus caſus, vbi ampliat, & limitat notabiliter, ideo remitto te ad ibi dicta, quia non poſſem melius ſcribere. Et tandẽ vltimo loco dicit, q non obſtante, q aliquando dormiat præſcriptio; poteſt tamen creditor interrumpere iuxta formam l. vt perfectius. C. de anna. excep.

[e] ¶Guerram. Facit. c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. vbi doct. De his duobus latius pſequitur Firmanus in tract. de gabellis in. 2. par. nu. 43. cum plurib. ſeq. i materia gabell.

[f] ¶Nouitates. Fortè quia propter has non adminiſtrabatur ius, & iſtis caſibus repẽtinis volebat Innoc. in. c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. non currere per tex. in. l. ſed & ſi per prætorem. ff. ex quibus cauſis maiores, ſed illa lex probat, q opus ſit reſtitutione, vt Abb. ibi aduertit, tamen ſtãdum eſt ſtatuto noſtro.

uitates dictis temporibus occursas in ciuitate Bononiæ. Nec à Calendis mensis Iulii, M.ccccix. usque ad Calendas Ianuarii. M.ccccx. propter mortalitatem, quæ uiguit in Ciuitate, & Comitatu Bononiæ. Nec à Calendis Iulii M.ccccx. usque ad Calendas Decembris dicti anni, propter mortalitatem, quæ uiguit in Ciuitate prædicta. Nec etiam à Calendis mensis Iulii. M.ccccxviii. usque ad Calendas Ianuarii, tunc proxime subsequuti propter mortalitatem, quæ tunc uiguit in Ciuitate, & Comitatu prædictis. Nec à dictis Calendis mensis Ianuarii citra, usque ad Calendas mẽsis Ianuarii anni. M.cccc xxiiii. propter mortalitates, & alia disturbia, quæ dicto tempore fuerunt in Ciuitate, & Comitatu Bonon. Nec à Calendis mensis Augusti anni. M.ccccxxviii. citra usque ad diem uigesimam mensis Aprilis anni. M.ccccxxxvi. fœlicissimi introitus [a] in Ciuitate Bononiæ Sanctissimi domini nostri domini Eugenii Papæ quarti cum Romana curia. Nec à die uigesimo Maii anni, M.ccccxxxviii. citra usque ad, & per totum mensem Februarii anni. M.ccccxxxix. propter epidimiã quæ uiguit, & nouitates, quæ uiguit, & nouitates, quæ occurrerunt interim in Ciuitate, & Comitatu Bononiæ. Nec à die uigesimoquarto, uidelicet, festi Sancti Ioannis Baptistæ mensis Iunii anni. M.ccccxl. usque in diem octauam Nouembris eiusdem anni propter alias nouitates. Nec à die sexta Iunii anni. M.ccccxliii. usque ad, & per totum mensem Decembris eiusdem anni, etiam propter alias nouitates. Nec à die uigesimaquarta Iunii anni. M.ccccxlvi. usque ad, & per totum mensem Ianuarii anni. M.ccccxlvii. Nec à die. xxiii. mensis Aprilis anni, M.ccccxlix. usque in diem uigesimamquintam Ianuarii anni. M.ccccl. etiam propter pestem, & alias nouitates, quæ etiam infra tempora prædicta uiguerunt. Sed omnia dicta tempora de medio subducantur, & subducta esse intelligantur. ¶Saluo, quod est dictum supra de Camera Bononiæ correo uel eius fideiussore. Et saluo, quod dictæ deductiones temporum non uendicent sibi locum in exactione alicuius datii, uel gabellæ. Sed statutum de exactione in casu illo debeat obseruari. ¶Decernentes & Declarantes, quod tempora suspensa, uel currere impedita, seu prohibita per prouisiones factas in Millesimo quadringẽtesimo, de mense Iunii, & in causis, seu debitis mutui, & aliis debitis, & casibus in eis descriptis decætero currant, & currere debeant: & in eis, & circa earum cursum præsens statutum debeat obseruari. Ita tamen quod tempora præscriptionum, quæ tunc elapsa non erant, in causis, & casibus prædictis incipiant duntaxat currere à tempore, quo præsenti statuta incipiant uires habere, & in eis, & earum cursu præscriptio præsentis Statuti debeat obseruari.

[a] ¶Introitus. Et tunc etiã sunt feriæ repẽtinæ, quibus non redditur ius; propterea excusantur creditores: sed de iure communi hæ feriæ præstant restitutionem in integrũ potius quam faciãt interim retardare cursum pr̃scriptionis, seu tempora subduci, vt est casus in. l. sed si per prætorem. §. si feriæ extra ordinem. ff. ex quibus cau. maio. vbi redditur ratio inter solemnes, & istas, de quibus loquor. vide omnino Abbat. in. c. ex transmissa de præscrip. maximè col. fi. vbi post recitationem aliorum ponit suã distinctionem, quãdo impedito agere currat præscriptio, & quando non currat: sed dormiat. Subdens, quod ĩ hac materia iura vlterius procedunt, dicendo, quod non currat præscriptio, vt hic vides, cùm tamen regula iuris dictaret, quod curreret ipso iure, licet daretur restitutio.

De co

1 ¶Quæstio. Attenta Theorica Bar. in.l.amplius nō peti col.tertia.ff.rem rat.hab.&c. ex quo hoc verbum prolatum est a lege debemus interpræ tari li te contestata.l.secunda & tertia.C.fin. regun. M. Ant.Blanc.in tract.de compromissis in prima.q. nu.7.& tanto magis hoc

DE EO QVI ALIENAVERIT, SEV posidere desierit rem super qua mouebatur quæstio, a uel moueri suspicabatur.

in loco, vt differat à sequentibus verbis, vel mo ueri suspicabatur, quæ verificātur ante litem cō testatam, nam per citatio nem, & libelli porrectio nē, nō dicitur qs agere de præsenti, sed agere velle, tex. est in d.l.amplius non peti.ff.rem rat.hab. sunt tamen qui declarant hæc verba Rubricæ p nigrum.f.vt vnum & idem importent quæstio, & suspicio quæstionis mouendæ cūm tex. de vno tantum casu loquatur; Sed ego non recedo à prima intelligētia, & quia dictio, vel, ponitur inter diuersa ad notata.l.is qui ducenta.§.vtrum ff. de rebus dubijs, & licet statutum non loquatur, nisi quādo oblata petitione & facta citatione res alienata sit, nihilominus à fortiori icludit casum quando quæstio cœpta est per litis contestationē, quia nemo litem cōtestando, causam suam facit deteriorem, sed meliorem.l. aliam.ff. nouation. Vnum illud certum est, & ex hac Rubrica colligitur, q̄ non sufficit quęlibet suspitio orta ex causis extraiudicialibus, quicquid alibi hoc verbum significet in.l.secūda.C.de transactio.&.l.clam pos sidere in prin.ff.de acqui.possess.l.quo tutela.§. primo.ff.de reg.iur. & hoc illo respectu vt præsumatur contra ipsum alienatorem. de qua præsumptione in nigro traditur, dicam ibi latius. Pro necessaria intelligēntia sciendum q̄ nos habemus in iure ciuili titulum de Alienatione iudicij mutandi causa facta, qui vendicat sibi locum quando aliquis credens se ab aliquo conueniendum rei vendic. vel alia reali actione, vel personali, quę tamen sit in rem scripta, alienat rem dolo malo causa futuri iudicij mutandi, idest vitandi quantum ad se, & suscipiendi ab alio cui alienauit. Et intelligitur alienationem esse siue quis dominium, & possessionem, siue possessionem tantum trāsferat in alium vt.ff.de alienat. iudi. mut. caus.fac.l.non solū, &.l.ex hoc.§.alienare. Itē nomine alienationis continentur seruitutes prædiales, & forsan etiam personales.d.l. non solum.§. ad iura, hæredis plane institutio, & quęlibet necessaria alienatio non continetur; Item non continetur qui alienat absq; dolo, puta ratione valetudinis, vel ętatis, vel occupationis necessarię, propter quas iudicium commodē sustinere non posset, vel quia execratur lites, ideo maluit re carere vel ne pro ea sępe litiget, quod est vbi donat. Illud autem certum est, q̄ licet quis dolo malo desinat possidere, puta q̄ duntaxat ommittit poss. id est habet pro derelicto quia causa iudicij mutandi non fecit Alienationem.f. transferendo rem, vel possessionem in alium non comprehenditur

illo titulo vt.ff.illo titulo.l.Item.§.potest, Porrō si pręsens est iudicium si tamen de dominio, vel quasi dominio non sit quęstio, & ideo non prohibeatur alienatio quia non litigiosa satis potest dici secundum Azonem nullū illum de ali.iudi. mu. locum habere à multo magis, quia plus delin quit reus alienando iam conuentus, q̄ si conuentus non fuisset, vt.ff. de peculio.l.si postea. Sed adde q̄ titulus ille etiā procedit in alienante in aliquem qui sit futurus durior actor, quia exceptione repellēdus est, tex. est not.& fortis (ut vocat Bar.) in.l.prim.ff.de ali. iudi.mu.cau.facta. Item præmitte in materia litigiosi q̄ aut agitur actione reali, aut personali, aut mixta. Si reali, aut in ea principaliter cōtenditur de dominio, vel quasi, & efficitur res litigiosa per simplicem conuentionem vt in aur. de litigiosis, & idem putat Bar. de ipsa actione reali. Aut non contenditur de dominio, sed de alio iure principaliter vt confessoria, negatoria. hypotecaria, tūc res non efficitur litigiosa ut in dicta aut.§. ad hęc, sed tantum ipsa actio per litis contest. Si uerō agitur actione personali tunc res nunquam efficitur litigiosa, sed ipsa actio per litis cōtestat. vt.l.secūda.C.eodē. Si uerō agitur mixta, tunc aut est vniuersalis aut singularis. primo casu litigiosa & res & actio per solam controuersiam.l. diui de pet.hęr. Secundo casu efficitur litigiosa res & actio per litis contest. Effectus autem est q̄ alienatio nullius sit momenti, & etiam imminēt pœnę amissionis pretij, quod fisco applicatur vbi sciēs processit ad emptionem, & venditor aliud tantūdem pariter pdere cogitur fisci rationibus & nō solū in alijs cōtractib. sed in donationib. exceptis nōnullis vt habetur in.l.fi.C.de litigiosis. Et caueriā quia vitiū cōtrahitur siue actor, siue reus alienet vt sentit glosella in verbo actiones.d.l.fin.& ibi Saly. clarius, quod est notandum. Habemus etiam titulum in.C. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus pręstare, vel actiones in se transferre, qui loquitur de alienante in potentiores ratione officij vt glo. Ibi dicit, sed titulus de ali.iud. mu. causa facta loquitur de potentiore alia ex causa. His omnibus rectē pensatis apparet liquidō quantum discrepet materia istius statuti à superioribus si quis illud intentare voluerit, nullo enim modo procedit statutum in actore alienante, quia verba repugnant: quo etiam ad reum non procedit in iurib. personalibus ad quantitatem vt dicam in nigro in glo. super quibus &c. Item non exigitur q̄ is in quem fit alienatio sit potentior quacunque potentia. Circa etiam vitium litigiosi contrahendum vtique illud non semper concurrit cum hoc statuto quia in statuto vniformiter consideratur mera oblatio petitionis cum citatione aduersarij, non sic indistinctē in materia litigiosi, vt prędixi. Dixi nō semp,

V quia

quia etiam concurrere poterit pro ut etiam concurrere possit d.tit.de ali. iudi. mu. causa facta. Tunc.n.etiam illis casibus erit in facultate actoris eligere quo remedio uti magis sibi expediat iuxta reg.l.nemo ex his.§.quotiens.ff.de reg.iur. Scire tamen habes ꝙ hoc statutum non deuiat a iure communi in ea parte, quia innititur regulæ pro possessore extra de regulis iuris in vi.& l.qui dolo,& l. parem.ff.eodem tit.de regu.iur.& l.qui dolo, & l.fin autem. §. sed si. §. quod ait, &.§. perinde inquit. ff. de pe. hære. Habemus in iure etiam aliud remedium. competens.s. pro alienationibus,quandocunq; factis in fraudem creditorũ de quo inst. de acti. §.item si infrau.creditorũ,&.ff.toto titulo quæ infraud.credi.

a ¶Coram. Nota quia nõ obstãte quod libelli porrectio causæ cognitionẽ non exigat, prout patet,quia expediri potest, etiam die feriata.l.miles §.sexaginta.ff. de adult. quo tamen die pars citari non potest.l.1.ff.de feriis,tamen offerenda est petitio coram judice,nõ autem coram notario, vide Alex. hęc dicentem in l.si.finita. §. iul. nu. 35.versi.tamen contra.ff.de damn.infecto.

b ¶Mixta. Vt petitione hæreditatis, iuxta l. hæreditatis.C. de petit.hæreditat. Signorol. pulchre declarat consi. 48.quæritur si pecij.quia alienãs habendus est ac si possideret,casus est in l. etiam §.is qui dolo.& in l.sed & si.§. qd ait.ff.de peti. hęredi, vbi dicitur ꝙ etiam, si ante litem contestatam fecerint quominus possiderent, perinde condemnandos quasi possiderent,ita intelligendũ,vt & dolus pręteritus in petitione hęreditatis deducatur,sed & culpa &c.& idem in singularibus iudiciis,vt æquiparat iurifcon.in l.finautem §.sed & is.ff.de rei veudi.quę iura, cum simpliciter loquantur de dolo ante litem contestatam,videntur indistincte intelligenda,a quolibet tempore.s.ante ẽt controuersiam motam, seu libelli oblationem, sed tamen per hoc statutum non includitur dolus,& culpa,nisi post citationem, quod bene ponderabis. Dicas tamen ꝙ procedit statutum quo ad præsumendum dolum, vel culpam,sed si vellet agens assumere onus probandi dolum,vel culpam,iura communia suum esse

Statuimus,quod si quis oblata petitione coram[a] Iudice,& penes Notarium actorum dimissa, citatus fuerit in iudicio ad petitionẽ alicuius super aliqua actione hypothecaria, uel alia reali actione,uel mixta[b],uel personali[c], eo quia[d] dicatur possidere,uel detinere rem petendam ab ipso mobilem, uel immobilem: & rem illam[e] à se petendam alienauerit, uel iura,super quibus uerteretur quæstio cesserit,uel quocunque genere alienationis, ipsa die citationis,uel postea in aliquam singularẽ personam, collegium, seu uniuersitatem transtulerit, uel ignorante eo qui fecit ipsum uocari in iudicium, substinuerit contra se ferri sententiam ad petitionem alicuius super ipsa eadem re ita quòd desierit possidere, uel aliter dolo[f],culpa[g],uel facto suo desierit possi

ctum retinerent.

c ¶Personali. Nota declarationem ad regulam m.l. parem de reg.iuris, & aliorum supra citatorum iurium,vt procedant, nedum, in realibus, sed etiam in personalibus,ad speciem certam.

d ¶Eo quia. Hæc verba restringunt omnia præcedentia,& sic non procedit statutum in debitore quantitatis,vel generis.

e ¶Rem illam. Quid si nõ rem,dominium transferendo, sed possesionem alienauerit, cum planũ sit aliud esse rem, aliud possess. vt alibi attestatur iurifcon.in l.si duo, in fi.ff. uti poss? de hoc uidetur casus in materia tituli,de ali.iudi. mutandi causa facta. l. non solum,cuius ratio est ibi, alioquin is,cum quo, in rem agebatur si possessionem cessit non teneretur, quod dicendum non est;cum & ille titulus etiam procedat, si agatur actione reali,vel in rem scripta.

f ¶Dolo. Vide bonum tex.i.l.i.§.dolo malo.ff. si quis ommissa causa testa. vbi bene declaratur illud verbum, inquit.n. ex mente Labeonis,non minus delinquere eum,qui non incipiat possidere,quam eum qui desinat,quæ sententia obtinet.quem tex.citat,Phi.Decius in l.qui dolo. ff. de regu.iur.alius est similis in l.sed.& lege.§.perinde.ff.de petit.hęredi.

g ¶Culpa. Ad hoc.l.& non tantum.§.veniunt versi.imo,& si possessor sua culpa.ff.de peti. hęred. vbi glo. exemplificat,si non opposuit exceptionem,vel negligenter amisit, Vide tamen bonam decisionem.l. si culpa.ff.de rei vendica. vbi dicitur,isto casu,audiendum esse eum,qui desideret, quod aduersarius actiones suas cędat,cum tamen pręter ei auxilium quandoq; laturus sit alio possidente,ut nulla alia captione afficiatur.s. pręter litis ęstimationem pręstitam,& prosequere totã illam legem,quę remouet dubia aliqua,vnum tamen est aduertendum,qui de iure ciuili communi possessor bonę fidei ante litem contestatam non tenetur de culpa,sed duntaxat de dolo quia licuit sua re abuti,ita glo.in l. si uero custodiendus.ff.de rei vendicat.per l.sin autem.§. si homo petitus.ff.illomet titulo,& licet ibi exponat petitus.s. extra iudicium,tamen non bene exponit, sed fuit.expositio illorum, qui tenebant, ꝙ post

dere post citationem prædictam, uel petitione oblata, & parte citata ut supra, rem petitam destruxerit[a], seu deteriorauerit, uel destrui, seu deteriorari fecerit, uel permiserit, qui dolus, & culpa semper præsumatur[b] nisi contrariũ probaretur, teneatur non obstantibus prædictis super eadem re de iustitia respondere, & perinde,[c] ac si possideret, per Iudicem quæstio terminetur, Et si feratur sententia[d] contra ipsum cõuẽtum, mandetur sententia executioni contra ipsum, & eius bona, & personã, secundum iura. ac si dolo desierit possidere, Et nihilominus[e] in ipsa re contra

motam controuersiam alienator teneretur de culpa quæ refertur, & damnatur, in.l. si homo.§.1. in glosa post litem.ff. illomet titulo, sed illorum opinionem statuentes nostri amplexi sunt.

a ¶ Destruxerit. Seu deteriorauerit. vide bonũ tex. in.l. verum.§.si.ff. pro socio, vbi dicit ꝙ res interire videtur eum nullæ relinquãtur i societate, aut conditionem mutarunt, veluti si de prophanis sacræ factæ sunt, vel publicatæ, alibi dicit tex. ꝙ deperditum dicitur ꝙ in rerum natura esse desiit, diminutum vero, quod vsucaptũ est, & ob id de hæreditate exiit.l. deperditum.ff. de peti. hæredi.

b ¶ Præsumatur. Deciditur quod posset in dubium verti, cui.s. incumberet onus probandi, quia aliqui glosatores, tentarunt dicere, pertinere ad allegantem dolum iuxta regul.l. quotiens.§. qui dolũ.ff. de probatio: Sed verior est opin. ꝙ si tempore litis contestatæ possidebat, præsumitur, dolo desiisse possidere, secus, si antea desiisset. Ita Abbas in.c. aduersatio col. 2. de exception. allegando.l. nõ ignorabit.C. ad exhib. &.l. fina. & ibi notata.C. de fide instru. hic autem (vt vides) sufficit possidere tempore ceptæ controuersiæ.i. per libelli oblationem, & fuit opi. ista Dyn. in regula pro possessore de regu. iu. in. vi. prout ibi eũ retulit Francus & trãsit, allegant.l. Fulcinus.§. quid sit latitare.ff. ex quibus caus. in poss. eatur, &.l. si fundum.C. de rei vendicat. vbi declarat per dicta iura, idem si denunciauit extraiudicialiter se daturum libellum, quam declarationem non admitterem in hoc statuto, per ea, quæ dixi in Rubrica.

c ¶ Perinde. Idem dicit tex. formalis in.l. Sed & si lege.§. quod ait &.§. perinde.ff. de petit. hæred. Et hic nota possess. fictam pro vi similiter notat glo. in.d. regula pro possessore, quę subdit hãc fictionẽ versari, quantum est ad sui damnum, non autem ad sui commodum, vnde possessori cauetur, non ei qui desiit possidere.l. hæc si res, &.l. is, qui dolo.ff. de rei vendic. & licet iura æquiparent per viam reg. verum possessorem, & eum qui dolo effecit, vt possideret, tamen cõtra eum qui dolo desiit possidere datur vtilis rei vendicatio, vt glo. dicũt in.dd. iuribus & in dicta reg. pro possess. & Bar. in.l. quanq̃.§. Iul. de aqua. plu. arcẽda. Et caue quia habemus bonum textum in materia dicentem, ꝙ si paratus sit is, qui nactus fuit nouiter possessionem iudicium subire audiẽdus est, & euanescit aduersus eum, qui desiit litis æstimatio, nisi petentis intersit, forte quia non habeat totum, vt glo. ibi exemplificat, planè si secundus ille possessor paratus sit possess. restituere, procul dubio euanescit litis æstimatio.

d ¶ Sententia. Quæ erit ad æstimationem postquã apparet eum non habere possessionem, uel potius ad ipsam rẽ, executio autem fiet in æstimatione officio Iudi. in pœnam dolosi, verba sunt Pau. castren. in.l. etiam.§. item si quis dolo de petit. hære. æstimatio autem erit quanti actor in litem iurasset, hoc enim casu locus est iuramento in litẽ propter dolũ ipsius qui desiit, vt ibidem doct. dicunt iuxta.l. in actionib.ff. de in litem iurãdo, bonus tex. in.l. si possessor §. restituere.ff. de petit. hæredit. intelligendo tamen si res extet in rerum natura, nam pro re non existente, non potest deferri iuramentum in litẽ. licet reus fuerit in dolo quia non sufficit dolus de præterito vt deferatur iuramentum in litem, sed requiritur dolus præsens, & hoc vt dixi, vbi res non extat, secus vbi res extat, quia sufficit dolus de præterito, & hoc intelligo respectu iuramẽti affectionis, quæ affectio in re non extante non potest cadere, & pro ea non potest iuramentum affectionis in litem pręstari, ita videtur declarare, Paul. castr. in.d.§. restituere, nu. 2. vers. quæritur. Sed iuramentũ in litẽ veritatis etiã pro re nõ extãte forte poterit præstari vt credit Ioan. Bap. plo. in Rep.l. si quãdo nu. 511. vers. & ex tex.C. vnde vi.

e ¶ Et nihilominus. Nota casum in quo doloso vel culposo conuento soluente non liberatur possessor, sed cauendũ est quia glo. in.d.l. etiã.§. item si dolo in glo. non liberabit circa medium timore.l. quotiens.§. plane.ff. si fam. fur. fecisse dicatur, cũ aliis ibi adductis distinguit, aut emptor habuit causam ã doloso, quia regressurus sit ad venditorem, tunc iis defensionibus vtetur emptor, quibus vsurus esset venditor dolosus, alias cogeretur in effectu venditor bis soluere, quod non est dicẽdum, quam solut. approbat ibi Bart. præ cæteris solutionib. quibus & in.d.l. quotiẽs facit quatuor casus, aut dolosus fuit conuentus & exactus ratione doli, aut conuentus, & non exactus, aut è conuerso, exactus & non conuentus. aut nec conuentus, nec exactus. Et ibi idem cõcludit in actione personali ad speciem, vt per ipsum latius. Item scias ꝙ statutũ disponẽs ꝙ sentẽtia lata cõtra vnũ potest exeq cõtra aliũ valet & tenet Ant. de tremo. In addit. ad Bonac in pract. except. rub. de excep.

principalem,[a] si postea[b] possidere reperiatur, & alium quemcunque[c] possessorem ius uictori, ad cuius petitionẽ dicta citatio emanauerit saluū remaneat & in ipsa re[d] alienata executio fieri possit & debeat: non obstante tali alienatione, uel sententia lata contra dictum citatum super eadem re ad petitionem alterius cuiuscunque, uel quod desierit possidere, ut supra. Quæ alienatio & sententia, quam substinuerit contra se ferri ignorante parte[e], ut supra, sit ipso iure nulla[f], quam nullitatem uenditor contra emptorem allegare[g] non possit, nec contra habentem causam ab emptore. ¶Et qui alienauerit uel contra se talem sententiam expectauerit, uel ut supra desierit possidere, uel rem ipsam destruxerit, seu deteriorauerit, uel destrui, uel deteriorari fecerit, uel permiserit, pœnam[h] incidat ipso facto centum librarum bonon. Cameræ Bononiæ applicandam pro dimidia, & pro dimidia parti in cuius præiudiciū prædicta fierent, uel facta essent, & de facto exigenda per dominum Pote-

a ¶Contra principalem. Id est eundem conuentū qui soluerat æstimationem litis.

b ¶Postea. Certe hic attendendum est, quia non videtur ꝙ simpliciter post executionem factam contra bona dolosi possit semper etiam agere cōtra possessorē quicquid sit de iure communi, sed ita demum, si postea innotuerit apud quem sit possessio rei tanquā excusatus sit actor, qui noluit re ipsa carere, ad quam forte habet affectionem; at si a principio sciret apud quem esset possessio, utique debet fieri executio cōtra possessorem, & hoc est quod subiungit tex. & in ipsa re alienata.

c ¶Et alium quencunq;. Ad hoc est tex. vbi glo. ampla, & scriben. in l. etiam. §. item si quis dolo in fi. ff. de petit. hære. & ratio assignatur a doctoribus, quia licet desinat interesse eius ꝓpter solutionem æstimationis, non tamen conuenitur ratione interesse, sed quia possidet, nec cessat dominium, vel quasi, ex parte agentis.

d ¶Et in ipsa. Subaudi etiam, vt dicat non solū executio fieri possit cōtra reum conuētum, qui desiit possidere, sed si malit victor poterit executionem facere in re petita existenti penes tertium, & sic vltra ꝙ possit victor etiam agere contra possessorem ad rem, via ordinaria, potest etiam vti uia executiua, ita intelligendum puto propterea quæ posui in gl. et nihilominus, licet sciam aliquos intellexisse, vt a versi. & nihilominus usq; in fi. §. non ponatur nisi casus uiæ executiuæ. Et materiam, quando sententia lata contra principalē executioni demandari possit, cōtra alium possessorē, vide apud Bar. in l. creditores in 4. q. princ. uersi. circa hoc igitur. C. de pigno. ubi tamen apparet, ꝙ aliud est de iure communi (si Bar. Theorica uera est) si agatur personali, quo casu non potest fieri executio contra successorem possessorem, aliud si reali, ut per ipsum, sed ut hic uides, & circa actionem personalem sub distinguendū est, aut personalis erat ad speciem, & tūc potest fieri executio, aut ad quantitatem & procedit quod Bar. dicit, quando. n. ageretur actione rei uendicationis, & contractum esset uitium litigiosi planum est etiā ꝙ de iure cōmuni executio fieri potest contra tertium possessorem, ut Bar. per illum tex. dicit in l. fi. C. de litig. Ang. in d. auth. de litigiosis col. if. An citatio requiratur tertii, Casus est in facto & allegata fuit Decisio Neapol. Afflic. 396. in causa comitis nu. 9. ubi ꝙ non requiritur, & Maria. Soci. iunior in cōsi. 92. nu. 8. in iii. parte, sed caue, qa Cy. per ipsos citatus mihi hoc non dicit, nec Paul. Castr. firmat hoc in l. certa C. vt in poss. legatorū, sunt etiā plures qui tenēt cōtrariū, vt Bal. in l. vnica col. fi. C. de ali. in di. mu. ca. facta, Boerius sentit eandem opin. in Decis. 182. nu. 50. in prima parte, & Capicius Decis. 128. col. fi.

e ¶Parte. Scilicet quæ fecerat vocari ipsum reum in iudicio.

f ¶Nulla. Si loquimur in simplici alienatione rei petitæ, absq; vitio litigiosi tenet alienatio de iure cōmuni. Si uero per alienationē insurrexerit uitium litigiosi, uerum est alienationē fuisse nullā l. fi. C. de litigiosis.

g ¶Allegare. Quia allegaret turpitudinē suā ad l. cū ꝓfiteris. C. de reuo. dona. Bar. in l. iusiurādū §. procurator. ff. de iure iur. vbi considerat aliquos casus, iū inducta in odiū cōuerterentur ad cōmodū, cōtra. l. auxiliū ff. de minor. c. cōtingit de dolo, & cōtra. c. et si necesse extra de dote post. diuor. restituēda. Et nota hic aliquid nō valere, nō tū pōt allegari, seu opponi propter odium opponentis ad gl. in c. si diligenti, in verbo pro eis. de foro competenti.

h ¶Pœnā. Caue qa ēt de iure cōi, vbi cōtractū esset vitiū litigiosi, pœna est amissio ꝑtii, cū alia tertia parte deuoluēda ad emptorē ignorātē, ita tex. i. l. fi. C. de litigiosis, vbi prosequitur tex. qd in donāte. Et dixi ēt, qm̄ extat vera & cōis opi. ꝙ statutū disponēs idē quod ius cōmu. addēs, vel minuēs pœnā nō tollit ius cōmu. Abb. in c. de causis de off. deleg. Henric. Boich. de Syno. in tertia parte art. i. nu. 236. vbi attestatur de communi licet ipse teneat contrarium & distinguat.

¶Et executio.

statē Bon. & executio[a] fiat in re alienata cōtra possidētē. ¶ Et eandē pœnam incurrat qui scienter[b] emerit, uel ex alio titulo receperit, uel talem sententiam pro se scienter meruerit ignorante eo qui fecerit primo citari. ¶ Et idem in omnibus et per omnia intelligatur, & fiat contra quemcunque citatum ut heredem alicuius, qui post primam citationē ut supra, alienauerit bona, hæreditatis, propter quam conueniretur per se uel alium, adeo quòd actor uidere tur taliter exclusus quod ad ipsa dicere tur non posse agere. ¶ Quæ omnia locum habeant, nisi quatenus de ipsius citari facientis processerit uoluntate uel nisi pro ipso citato fuerit lata sentētia: quæ remedio nullitatis uel appellationis non ualeat reuocari[c] uel nisi foret perempta[d] instantia causæ, quæ post primam citationem sequeretur, uel post ipsius citari facientis negligentiam[e] nō prosequentis causam, Quæ negligentia semper præsumatur, si infra tempora duorum mensium a die dictæ primæ citationis dicta causa non fuerit terminata in iis diebus feriatis non computatis.

¶ DE CONFIDENTIBVS ET SVspectis Consiliariis per partes dandis[f] in causis[g];

a ¶ Et executio. Subaudi & nihilominus executio, & sic idem dicit quod supra versi. & in ipsa re alienata.

iur. in sexto l. fin. C. de fruc. & litis expens. prout not. glo. in regula non licet de regul. iur. in sexto & in l. non debet. ff. illomet titulo.

b ¶ Scienter. Per eandem l. fina. statuitur, vbi est vitium lingiosi, ꝙ emptor cogatur redhibere rem venditori ad finē, vt nō fiat præiudicium iam incohato iudicio, sed & prætio priuatur, non ut lucro cedat ei, qui rem alienauit, sed etiam vt alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus inferatur.

a ¶ Et interlocutoria. Vt bene gustes scias ꝙ sententia lata super expensis, debendis, vel non debendis, est interlocutoria mera, maxime si fiat processu causæ ante sententiam secus si fiat vna cum sententia, quia tunc censetur pars sententiæ diffinitiuę, ita tenet Philipp. Franc. in c. cum cessante col. antepenul. versi 17. de appella. & Fely. in rub. de re iudic. & Rober. Maranta in speculo in vi. parte, char. 516. nu. 36. dicit ꝙ communis opi. est: quæ fuit distinctio Ang. in l. qui agnitis. ff. de excep. licet Alex. in l. quod iussit col. ii. adhærens Bald. contrarium asserat. ff. de re iudica, quicquid sit, vnum est indubitatum, ꝙ si expensæ peterentur de per se in iudicio tunc esset diffinitiua, quia diffiniret negotium in iudicio principaliter deductum, vt per ipsum Alexan. sed difficultas stat in sententia super taxatione expensarum de qua loquitur statutum, quam reseruant iudices ex stilo, & cautela palatii, tamen non liquet eis de quantitate expensa, vt dicit Rebuff. in trac. de expen. & interesse articulo v. glo. vnica nu. xi. & Lucas a pœna in titulo de sump. recuper. l. vnica nu. 12. lib. x. & reperio, ꝙ Bal. in l. terminato colum. ii. versi. modo ego quæro C. de fructibus & litis expensis, dicit ꝙ nō est interlocutoria, sed quædam declaratio condemnationis præcedentis, bene (inquit) concedo, ꝙ si iudex excedit modum in taxando, est grauamen a quo potest appellari, tanquam ab excessu iuxta l. ab executione c. quorum app. nō recipiantur, & per Inno. extra quod me, causa cap. fina. hic tamen vides statuentes decidere, ꝙ sit interlocutoria, & idem de iure voluit Roma. consi. 362. & Philip. Franc. in c. cum cessante nu. 55 de appellat. nullam faciens differentiam inter condemnationem expensarum, & taxationem illarum, sed de Bald. mentionem non facit. Quid autem de sententia lata super appellatione ab immoderata taxatione expensarum? reperio Roman. in consi. 357. & consilio sequenti, tenere ꝙ sit saltem interlocutoria, sapiēs vim diffinitiuæ, & aliquo casu possit esse diffinitiua, vt per ipsum, de quo Romano meminit, Felyn. in rubrica extra de re iudica. num. 29. sed quamuis sit sententia interlocutoria tamen non potest reuocari, vt docet Guid. Papa. singu. 511. prout citat Rebuffus in d. trac. de expens. dam. & interesse articulo v. glo. vnica num. 32. illa quidem ratione vulgata quia est functus officio suo iuxta c. in literis de off. deleg.

b ¶ Diffinitiua. Nota indistincte hoc statutum loqui, secundum autem Doct. potius interlocutoria dicitur saltem aliquo casu, vide Alexan. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & multa dicit Felyn. in rubrica de re iudica. numero 29. ad ostēdendum quæ sit diffinitiua, & quæ sapiat diffinitiue vim: latius per Frācum in præallegato c. cum cessante, de appella. nu. 38. Iaffred. decisione. 421. incip. sententia super desertione cum seq. decisione, quæ uidenda sunt.

de executione sententiæ nulla attendatur instantia: quod salarium consultoris in causis dictarum expensarum pars cõsilium petens in solidum ante commissionem seu assumptionem consultoris deponere debeat apud Notarium causæ, & aliter non fiat commissio. ¶Et prædicta locũ habeat quotienscunque fuerit quæstio super aliqua quantitate. Si uero super alia re, uel facto, quæ, uel quod recipere possit extimationem fiat solutio pro rata extimationis facti, uel rei super quibus esset questio, & quantitatum prædictarum[a]. Si uero fuerit super aliqua re uel facto, quod, uel quæ non recipiat æstimationẽ, tũc salariũ ordinetur seu taxetur arbitrio iudicis, seu officialis coram quo fuerit quæstio, antequã cõsiliarii assumantur, dum tamẽ si diffinitiua fuerit, taxatio, seu salarium non excedat qtantitatẽ uiginti librarũ bon. inter ambas partes. Si uero interlocutoria, tunc nõ excedat quãtitatem sex librarũ bon. inter ambas partes. ¶Et prædicta locum habeant quotcunque fuerint litigantes ex una parte, & quãdo sunt partes diuersæ adinuicem sibi conradicẽtes. ¶Si uero fuerit talis causa seu questio, quæ solum ex una parte agatur sine contradictore præterquam cum officiali corã quo causa agatur, tunc fiat solida solutio consiliariis pro parte quæ prosequeretur causam seu quæstionẽ s. cũdum quantitates, extimationes, & taxationes præmissas. ¶Et de questionibus trium librarũ bon. uel abinde infra nõ assumatur sapiens, nisi expensis petentis. ¶Nec possint dici esse plures questiones quantum ad prædicta salaria, licet ex utraque parte uel altera tantum sint plures personæ; uel licet in iis super quibus consulere debuerit, contineantur plures quantitates, res, causæ[b], uel facta, seu pũcta, & ex omnib9 fiat una sententia: & secũdum illam, & taxationẽ prædictã fiat solutio salarii supradicti. ¶Et officiales coram quibus essent dictæ questiones, dicta salaria, quæ fuerint a quinq; libris infra pro parte augere possint, si sibi uidebitur, attenta multitudine, seu quãtitate actorũ & scripturarum, & dummodo nõ excedant in multo salarium alias ordinatum.

DE PRÆCEPTIS FACIENDIS CONFESSIS[c], uel conuictis.

a ¶Quantũ ad prædicta. Videtur tamen ꝙ alio respectu iudicandũ sit plures esse sententias, videlicet quantum ad appellationẽ, & aliquos alios effectus, vt in l. etiam. §. i. ff. de mino. vbi glo. in verbo audiendus, quæ dicit, ꝙ tot sententiæ sunt quot cap. sicut tot legata quot anni, & tot stipulationes quot res. l. scire debemus in prin. ff. de verbo. obli. facit etiã l. quędã mulier. ff. famil. hęrcis.

b ¶Causæ. Certe quãdo causæ sunt diuersæ, etiã diuersæ sunt petitiones, & contrariæ sententiæ, (vt pote) quæ e diuersis principiis oriuntur. l. si mater. §. eãdem. ff. de except. rei iudicatæ, Bar. in l. edita in materia cũmulationis C. de edendo, simile huic vnitati habetur in c. cũ dilectus, vers. cum ea de ordi. cognit. vbi disponitur mutuas petitiones eadẽ sentẽtia terminari, & glos. dicit ꝙ proprie sunt duæ sententiæ, sed pro tanto dicitur vna quia incontinẽti, & quodammodo vno spiritu proferũtur, idẽ etiã habetur in l. qd tamen, & ibi per Bal. de arbitris vbi si cõpromissum sit de pluribus causis vno laudo terminandũ est, vere tñ tot lauda essent quot causæ.

c DE. Dic pro nũc, ꝙ omne pceptũ iudicis faciens ad causam dicitur sententia interlocutoria, gl. est singularis in l. quotiẽs. C. de pri. schol. lib. xii. ita eã teputauit Bar. in l. quotiẽs C. de dignita. lib. 12. vide latius Corse. sing. sub uerbo præceptum.

d ¶Confessis. De hac specie habetur infra. §. statuẽtes etiã, si aũt non sunt cõfessi nõ debet incipi a præceptis, vt C. de execu. rei iudicatę l. i. & ibi notatur. Immo cõtra tale pceptũ nõ esset opus appellare, sed est ipso iure nullũ, vt not. Spec. de appel. §. in qbus vers. a. & in tit. de sentẽtiis. §. ii. et si mãdatum fuerit executioni poterit retractari executio, vt. ff. quod me causa. l. fi. §. fi. vbi est expresũ, ꝙ si ad præceptũ iudicis non præcedẽte diffinitiua soluatur, vt indebitũ repetitur, ac retractatur executio per officiũ iudicis seu cõtrario imperio pro ut de facto emanauit l. minor 25. annis ff. de euictionibus, ita Pau. Cast. cons. 583. in causa quæ uertitur lib. 1. nam sicut fuit facilis ad faciendum, ita facilis esse debet ad perperam factum reuocandum

nocandum, vt vult tex. in l. r. §. hoc edictum ff. ſi mul. ven. no. quem pro ſing. ad hoc dicit Roma. 266. poſſeſsio cum aliis pluribus auth. congeſtis per Vantium in ſuo aureo tract. de null. ſen. in prima part. numero 17.

a ¶ Sentẽtia. Ideſt in prolatione ipſius ſnię: Loquitur hic de ſnia diffinitiua, qa de interlocutoria eſt factũ particulare ſtatutum, ultra q etiã appellatione ſnię in dubio intelligitur de diffinitiua, ut Alex. declarat in rub. in pri. col. in l. quod iuſsit de re iudic. Fely. in rubrica extra de re iudic. col. v. quod tamen limitat niſi eſſemus in materia indifferenti, quia tunc uenit etiam interlocutoria ſecundum Alexand. conſ. 50. col. penul. volu. 2. Et ſententia diffinitiua eſt diffinitio iudicialis, controuerſiæ finem imponens, continens abſolutionem, uel cõdemnationem, ita diffinit Abbas in rubr. illo eod. titu. col. penul. & Specula. in eo titulo §. 1. dicitur autem ſententia a ſentiendo, ex eo q iudex dicat quod ſentiat l. ſicuti §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. vendi. & iſta conuenit ſoli diffinitiuæ, & ideo differt ab interlocutoria multis modis, vt ponit Maranta in vi. parte ſui ſpeculi, §. expedita ſecunda parte &c. vbi vſque ad num. 23. ponit tredecim differentias: Idem auth. ibidẽ nu. 52. ponit quid continere debeat ſententia ut ſubſiſtat, propterea ſententia quæ condemnationem, vel abſolutionẽ iudicialis controuerſię non cõtinet, ſaltem per equipollens, dicitur ipſo iure nulla, vt eſt tex. in l. præſes & l. cum iudex C. de ſent. tit. generali, quia nõ debet iudicium in pendẽti relinquere. l. non queadmodũ ff. de iudici. latiſsime apud Vãtiũ i tract. de nullit. ſniarũ ex de fec. proceſſ. ſen. ordi. iudi. ac ſolẽnitatis nu. 89.

b ¶ Condemnatoria. in abſolutoria nanq; non eſt neceſſarium præceptum, quia ſatis trahit ſecum executionem, & abſoluto paratur exceptio, ut ff. de executi. rei iudi. per totum & ſupra ut in poſſ. leg. l. 1. §. ſi debitori, not. extra de appell. c. paſtoralis. & per Innoc. de conceſ. preben. cum noſtris circa medium glo. magnæ; Bar. in l. miles §. qui iudicati, in 2. q. ff. de re iudi. vbi per aliquot qq. tradit caſus, in quibus ſententia non indiget executione, & videlicet in ſeruitutibus, ſi agitur confeſſoria, & ipſe agens poſsideat, item in actionibus præiudicialibus, valet de ſtatu perſonæ, ſiue pronuncietur pro eo, qui ſe aſſerat liberum, ſeu ingenuum, ſiue pro eo, qui petit aliquem in ſeruum vel filium, vt latius per ipſum tangentem quid in iuriſdictione. Et intelligas de condemnatoria in ciuili cauſa, quia in criminali fit executio ſtatim, ut dicit conſulendo Io. Andr. in conſi. r. ſub tit. de re iudi. procedit autem ſtatutũ noſtrum etiam in iudicijs realibus quid quid ſit de



Tatuimus etiam, quod in qualibet ſententia[a] condemnatoria[b], & taxationis expẽſarum, & in quocunque laudo[c], uel arbitramento, ſeu arbitrio, fiat præceptum[d] parti de ſoluendo: & ſi factum non fuerit; factum fuiſſe & eſſe

iure communi ſecundũ quod fit ſtatim executio, vbi res reſtitui poſsit a condemnato. iuxta gloſ. in l. fin. in glo. magna C. de execu. rei iudi.

c ¶ Laudo; Ergo proprie loquendo non eſt nominandum ſententia, ſic & alibi dicitur, q non eſt dicenda iuriſdictio arbitrorũ, ſed notio l. ait prætor in prin. ff. de re iudi. Bal. aperte in l. vnica col. antepen. verſ. extra quæritur C. ne lic. 3. prouocare, dum dicitur q ſententia arbitri cõfirmata aſſumit robur ueræ ſentẽtiæ, nihil autem eſt idem cui idipſum eſt ſimile l. quod nerua. ff. depoſ. & eſt tex. formalis in l. quid ergo. §. ex compromiſſo ff. de his qui not. infamia. Abb. in c. 1. de arbitris, inferens ad ſtatutum quod habet materiam reſtringibilem, vt laudum non ueniat appellatione ſentẽtiæ: ſed caue quia poteſt inſtari quòd immo hodie fit proprie ſententia, ex quo producit actionem pro executione eius. l. finali C. de arbitris, & ſecundum opi. Bar. in l. r. C. de arbi. poſſet appellari ab ea, quidquid alij crediderint, & tanto magis attento ſtatuto noſtræ ciuitatis, quo datur executio laudis, ſicut ſententiæ, ut habetur in ſtatuto de inſtrumentis, teſtamentis, & laudis &c. §. idem in omnibus &c. & hic etiam probatur dum fit æqui paratio laudi, & ſententiæ, cõiuncta deciſione Bar. in d. §. ex compromiſſo dicentis, q ſi per ſtatutum ciuitatis laudum mereatur executionem, quam tamen non habet ſecundum ius commune, ut dicam in d. §. idem in omnibus, ita infamat laudum ſicut ſentẽtia, quia ſententia eſt, inquit Bar. poteſt igitur cõſiderari pro concordia prædictorum, q ſententia in propoſito ſit genus prædicatum de ſentẽtia iudicis, & laudo, quo fit ut ſit proprie ſententia, attento nomine generis. l. ſi quid earum §. inter emptum ff. de lega. 3. ſed conſiderato nomine ſpecifico, ſententia iudicis eſt magis proprie ſententia, ſimilẽ conſiderationem in uerbo petere fac. Bar. in rubrica ſolu. mat. & alibi doct. in uariis, ac infinitis locis.

d ¶ Præceptum. Hoc modo factum uidetur pars diffinitiuæ ſententiæ, imo etiam poſt confeſsionem in iudicio, uel probationes, ſi fiat, uim ſentẽtiæ diffinitiuæ habet, ita Pau. Caſt. clare in l. finali. §. neceſsitatem C. de bonis quæ lib. Iaſ. poſt alios in l. à Diuo pio in princ. col. 3. ff. de re iudic. Sed ſi fieret ante litem conteſtatam, eſſet interlocutoria mera, de quo tñ extat aliqua hęſitatio, aliqbus. ſ. uolentibus q ſit mixta, uide latẽ p Aymo. conſ. 273. col. 4. lib. 2. Bar. tamen in l. r. ff. de confeſsis forte intelligit q eo caſu, quãdo eſt iuditiũ incohatũ, pceptũ non eſt ſnia, ſed tẽdit ad executionẽ, idẽ dicit in l. error C. de iuris & facti igno. ſed vere Bart. loquitur qñ ſeorſum à ſnia ſit præceptũ, ſed tunc dic, q hẽt vim diffinitiuę, licet ſit

intelligatur: & debeat. Et possit executioni[a] mãdari ipsa sententia, seu laudũ, uel arbitramẽtũ, seu arbitriũ elapsis demũ decẽ[b] diebus a die latæ[c] sententiæ, seu laudi, uel arbitramenti, seu arbitrii; uel elapso termino[d] dato, & asignato in sentẽtia, uel laudo, seu arbitramẽto, aut arbitrio per Iudicẽ, uel officialẽ, qui tulerit[e] sentẽtiã, uel arbitrũ, uel arbitratorẽ, qui tulit laudũ, aut arbitramentũ

interlocutoria, ita Ang. in Auth. de her. & fal. §. illud, Fely. in c. quærenti de off. delega. uide late Rob. maranthã i. 6. parte car. 553. nu. 28. & Ang. cons. 115. Et ut bene gustes, sciendum est, ꝙ pro executione sententiæ obtinẽda prodita sunt duo remedia alternariue, uel actio iudicati, quam quidam uolunt dici in factũ ut per Bar. in .l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. uel officium iudicis summarium sine libello, & figura iudicii, precedente tamen citatione, maxime cum petitur executio contra hæredes condemnati, uel in alia re, a petita, iuxta determinationem Bar. in. l. a diuo Pio. §. in uẽditione. ff. de re iudicata, ubi autem actione iudicati, tunc libellus, & litis contestatio fit, & alia, quæ tendunt ad ordinem iudicii, Specul. titulo de executione sententiæ. §. breuiter in princ. Bar. in. l. intra dies de re iudicata, cum infinitis aliis locis, quos omitto, sufficit ꝙ sit communis opi. ut attestatur Imola & Alex. ibi. Hic autem uides ꝙ loco implorationis officii iudicis, & loco citationis in casibus, in quibus de iure citandus esset reus, demptis his, de quibus statim, præceptum fit reo de soluendo, quod non esset necessarium secundum dispositionem iuris communis, nisi tantum ubi ageretur reali actione ad Bar. in. d. l. â Diuo Pio. §. in uenditione in fin. primæ quæst. de re iudicata, per. l. qui restituere. ff. de rei uendicat. non uidi tamen adhuc aliquam sententiam in quam expresse hoc præceptum esset scriptum.

a ¶ Executioni. Scilicet ipsa sententia, quæ transitum fecit in rem iudicatam, ut infra apparet loqui de tali sententia.

b ¶ Decẽ. Hi. x. dies surrogati sunt loco illius quadrimestris, quod de iure. C. datur iudicatis iuxta l. fina. C. de execut. rei iudic. l. 2. & 3. C. de usuris rei iudica. de quo sentit glo. in. l. si debitori. ff. de iudici. Seruiunt etiam pro tempore dato ad appellandum iuxta auth. de appellationibus. §. primo & consequenter sub duabus considerationib. i. & miserationis gratia, prout illud quadrimenstre, & gratia deliberandi an uellit appellare, quę declaratio seruiet ad ea, quę infra dicẽtur, temperando tamen ut in glo. seq. & pro hac declaratione pondera uerbum infra dictos. x. dies &c.

c ¶ A die latę. Ex hoc patet ꝙ ex toto hoc tempus non subrogatur loco illius quadrimestris, quia illud incipit & â die latę sententię, si reus tacuerit, uel â die confirmationis sententię si ab ea prouocatum sit, & per iudicem confirmata, ita inquit tex. in. d. l. 2. C. de usur. rei iudicatę &c. uide ibi doc. quęrẽtes, quid si appellatio deserta sit â quo computabitur illud tẽpus, & dicũt â die latę sententię, quia habetur pro non appellato per gl. in l. 2. C. de temp. app. in glo. quę incipit. Sed nõne? hic autem vniformiter decidirur incipere â die latę sententię, & sic seruat naturam duntaxat hoc casu temporis dati ad appellandum .l. 2. §. biduũ ff. quando appellandum sit, & in. d. auth. de appella. §. 1. Consequenter uidetur dicendum ꝙ subaudiri debeat & â die sciẽtię instę. vt ibi glo. declarat ex ead. l. 2. §. fi. ubi casus.

d ¶ Termino. Scilicet maiore uel minore decem dierum, & hic mihi uidetur, ꝙ statutum pręcidat magnã difficultatẽ, quæ uiget inter doc. in. l. 2. ff. de re iudic. cum aliis locis ibi deductis, an scilicet iudex possit prorogare, vel minuere tempus datum a lege, & quidam dicebant ꝙ nõ nisi in casibus â iure expressis vel cum dabatur a lege ministerio iudicis, quia poterat augeri vel minui ex causa. si autem nullius ministerio nõ poterat etiã ex causa index se intromittere vt in tempore dato ad appellandum, uel ad prosequendum app. ita Iac. de arena, Io. de Imola. & Pet. de Besu. & Raph. cuma. ibi, & subdit Raph. ꝙ ita cõiter tenetur: Sed Bar. tenet indistincte ꝑ qninq; fundamẽta, ꝙ possit semp ex cã, sequitur Alex. & alii plures, & Ant. & Abb. in. c. cũ sit Romana de appella. & sentit eandẽ opi. gl. in. §. sancimus in verbo viginti i auth. de exhib. reis, subdẽdo ꝙ ita seruatur de cõsuetudine, & hæc opinio videtur indistincte placuisse nostris statuẽtiboa. Et hoc est quod merito subiungũr paulo infra vers. & nisi infra dictos. x. dies, vel qñcunq; de iure, vel ex forma statutorũ potuerit &c. Inferi ergo potest ꝙ vbi, terminus maior est assignatus i sentẽtia ad soluẽdũ ꝙ infra illũ semper poterit appellare qnod dictũ est in auditum vsq; adhuc, ideo cogitandũ est. Sũt qui dicant iudicẽ posse minorare terminũ, sed non prorogare, quæ verba virtualiter etiam verificantur in termino assignato in sententeia, siue maiore, siue minore, per. §. et ꝙ dictum est infra eod. cui tamen tex. reseruo suam particularẽ declatationẽ. Et caue quia hæc facultas est data cuicunque iudici etiam delegato, prout tenebat de iure communi etiam Raph. cuma. & P. de Besu. in. d. l. 2. ff. de re iudi. licet Bar. per duo fundamenta satis stringentia teneat oppositum, propterea communis opinio est cũ illo attestãtib. modernis. De arbitris autẽ nõ est dubitatio qn ꝓ libito possint ꝑ casum l. si cũ dies. §. fin. cum lege seq. & seq. ff. de arbitr.

e ¶ Qui tulerit. Siue ordinarius, siue delega. siue arbiter, licet de iure cõi sentẽtia delegati exequenda sit ꝑ delegãtẽ. l. a diuo pio in principio, vbi Bar. ff. de re

de re iudica. pariter nec laudum quia executio pertinebat ad ordinarium l. cum antea vbi Bald. col. fi. versi. vlterius nota. C. de arbi. Bar. in l. non ex omnibus. ff. de arbi. Maranta in specu. in vi. parte. §. vltimo.

& per quecunque[a] alium ad ciuilia deputatum summarie, & de facto[b], etiam sola facta fide per librum[c] actorum iudicis seu arbitri, uel arbitratoris, uel per processum & acta[d] de laudo, seu arbitramento, aut arbitrio, uel sententia, etiã parte contra quam latum uel lata fuerit, uel præceptum factum non citata[e], nisi[f] executio facienda ueniret contra hæredẽ[g] eius contra quem lata fuerit uel latum, uel nisi facienda esset in bonis per tertium[h] possessis: quibus casibus citatio requiratur, aut præsentia. Et nisi[i] infra dictos decem dies, uel

a ¶ Et per quemcunque. Pro vel, & dic etiã ad literas alicuius iudicis alterius territorii scribentis: habetur in d. l. a diuo pio. §. sententiam. ff. de re iudicata, & in l. fi. ff. de iur. om. iudi. vide multa per Mars. sing. 138. iudex vnius &c.

b ¶ De facto. Id est præter ordinem iuris communis, nam variis modis capitur verbum de facto, vt Ang. declarat consi. 176 præmittendum, & quidem verbum summarie non tantum significat vulgata doctrina Bar. in extraua. ad rep. in verbo summarie, Alex. in l. intra dies. ff. de re iudicata.

c ¶ Per librum actorum. Nam sententia est in actis & de actis i, uxta magis communem opi. doc. in c. quoniam contra extra de prob. & in l. actorum. ff. de re iudi. post Bar. in l. in fraudem. §. neq; instrumenta. ff. de iure fisci, quæ quidem acta debent per librum probari, non autem testibus secundum tamen distinct. Bar. in l. ij. col. iij. versi. deinde nota. C. de edendo, habetur etiam in d. c. quoniam contra, & cauetur expresse supra statutu de instru. & actis. §. adiicientes.

d ¶ Processum & acta. Nota differentiam inter ista duo nomina, & decalara vt per Decium in c. quoniam cont. col. vi. versi. sed respondetur extra de probat. quia sententia licet diei possit de actis nõ tamen de processu, vt probat clem. i. circa finem de foro compet. ibi processus & sententiam.

e ¶ Non citata. Loquitur indistincte, Bart. autem in d. l. a diuo Pio distinxit, aut in re petita, & nõ requiritur citatio, aut in alia re secus, idem Practicus papien. in forma libelli de executione sententiæ nume. 4. per Afflictum constitutione regni incip. dilationes nu. 21. lib. 2. vbi expedit materiam per vij. conclus. & Maranthã q similiter procedit in suo Specul. §. vltimo char. 653. num. 16.

f ¶ Nisi. Hic enumerat duas exceptiones, in quibus omnino pas est citanda, suntq; de mẽte iuris communis.

g ¶ Contra hæredem. Idem est receptum a iure cõmuni, vt per Inno. in c. quia v. de iudi. vt Ang. allegat in l. i. C. de iudic. & Alex. in d. l. a diuo Pio §. in venditione nu. 34. de re iudic. latius per Philipp. Franc. in c. ex ratione nu. 89. de appella. vbi de particulari etiam successore loquitur ad propositum vtriusque limitationis. Et nota sententiam latam contra defunctum, posse exequi contra hæredem, fac. l. hæredem. l. quod ipsis. ff. de reg. iuris, & l. vnica. C. vt act. ab hær. & contra hæred. l. miles. §. fi. ff. de re iudica. cum similibus multis, sicut adducit P. a Duennas in regula. cclxxvii. incip. executio potest fieri, ubi amplii etiã multis modis, & limitat octo modis, & intellige, q debet constare pro parte petentis, illum esse hæredem, alias non dicitur liquida. Alex. cõsi. 188. colum. 2. uolu. ii. Vere tamen non dicitur exequi contra condemnatum sed ficte, ut dicit Bal. in l. i. C. de execu. rei iudic. ubi dicit q si statuto cauetur q potestas debeat habere x. pro quolibet condemnato, non debet habere quãdo fit contra hæredem, quia licet sit hæres non tamen condemnatus, refert Socy. in consi. 24. col. 2. nu. 8. lib. 3. sed obuiat illa decisio decis. Bar. in l. postulante in prin. ff. ad treb. ubi uidebis Alex. distinguentem casus & loquentem multa ad propositum circa ea quæ dixi in princip. glosæ de citatione hęredis.

h ¶ Tertium. Loquitur in casibus in quibus potest fieri executio contra singularem possessorem, quod quando fiat late tradit Bar. in l. creditores nu. 23. C. de pigno. sed etiam clarius, Anto. de Butrio in c. quia Gu. extra de iudi. l. fin. uersi. uenio ad ultimum, ubi traditur longa & multis capitibus referta distinctio, ideo ad eam te remitto. Nam ubi tertius possessor se opponit audiendus est, & ideo impeditur executio, ad ea quæ habentur in c. cum super de re iudi. ubi Io. And. & in l. a diuo Pio. §. si super. rebus de re iudi & in l. ob maritorum C. ne uxor pro marito, & in l. fin. C. si per uim, uel alio modo, Imol. in l. a sententia col. v. de appell. Ias. in l. si unus. §. ante omnia nu. 4. de pactis dico etiam, si tractaretur de executione tertiæ sententiæ primis duabus conformis, ut dicit Zabbarella in clem. i. de re re iudi. & Anto. de Butrio in c. cum super in secundo not. de re iudicata, Non omittas uidere Petr. a Duenas regula 274. ubi declarat optime, quando tertius non possideret si põt impedire. Limita nisi ageretur reali, & pendente lite fuisset alienata, quia sententia superueniens debet mitti executioni, etiam parte non citata, Pau. Castren. in l. certa forma C. vt in poss. leg. Afflic. decis. 396. & Socyn. in consi. 92. uolum. 3.

i ¶ Et nisi. Hęc exceptio respicit principale dictũ supra

supra in principio statuti. Ratio autē huius exceptionis clara est.s.ꝙ appellatione pendente, vel reclamatione nihil est innouandum iurib. vulg Vital.camb.in clausula.36. vbi ponit fallentias, idem Soci. Regu.21.Lanfranc.in.c.quoniam cōtra in verbo appellationes nu.66.de ꝓbat. Corsetus sing. suis in verbo appellatio P. aduenas regula.42.appellatione pēdente &c.

in cons.5.sub titulo de re Iudi.& Oldr. in consil. 18.versic.sed contrarium & Ang.in auth.vt spō. largi.§.aliud:quorum decis.aut nō intelligo, aut nimis mihi insulsa videtur, loquendo in actionibus personalibus in quibus datur a lege illud tēpus miserationis gratia iudicatis, cuius loco surrogantur isti decem dies prout dixi supra.

quandocunque [a] de iure, uel ex forma statutorum potuerit ante executionē sententiæ, uel laudi, seu arbitramenti, aut arbitrii pars condemnata comparet coram aliquo iudice [b] & parte præsente uel citata de nullitate [c] uel iniquitate [d] sententiæ, uel laudi [e] seu arbitramenti, aut arbitrii proposuerit, uel allegauerit, uel aliter reclamauerit [f] ab eis: quo casu executio sententiæ, uel laudi, seu arbitramenti; aut arbitrii differatur usque quo de nullitate, iniquitate, uel reductione laudi, uel arbitramenti aut arbitrii fuerit cognitum, ¶Et si is qui primam sententiam, uel laudum, seu arbitramentum, aut arbitrium obtinuit in causa seu causis appellationis, uel nullitatis, uel reductionis finaliter obtinuerit, uel appellatio uel nullitatis causa,

a ¶Quandocunque. Parisius cons.44.nu.9.lib.1. multū dubitat circa istā literam, quia sibi videtur ꝙ contrarietur statuto infra posito, de. Causa reductionis in prin. vbi dicitur ꝙ elapsis decem diebus facienda est executio omnino, & exponit, vel, pro copulatiua, vt latius apud ipsum. Sed per suam expositionem non uidetur mihi ꝙ tollat difficultatem, & credo ꝙ uerius dicerent cōsultores aduerse partis, q forte senserunt id quod posui in gl. Termino, & non obst. illud statutum infra de causa reductionis, quia debet suppleri per istud nostrum.

b ¶Aliquo iudice. Idest illo eodem à quo appellatur, quia offerēdus est libellus appellationis ei à quo appellatur, si copia haberi potest, alioquin ei ad quē appellatur, secunda.q.vi. Biduum, uers. si quis ipsius.ff.quando app.sit.l.1.§.dies &.§. si qs &.C.de app.l.litigatores &.l.eos. Quo ad causam nullitatis, uel reductionis dicetur infra in suis statutis.

c ¶Nullitate. Numquid omnis nullitas habeat impedire executionem? certe non ex his quæ longo apparatu ponunt doc.in.l.4.§. condemnatum.ff. de re iudi. Et per Vitalem camb.in clausula nihil nouari nullitate pendente, & Marantā in.6.parte speculi sui, car.552.& char.660.nu.57.uers.4.& ultimo, & per Vantium in tract.de null.sen. sub Rubrica. Quot & quibus mo.nu.27.cum seq.

d ¶Iniquitate. Quod fit remedio appellationis iuxta.l.1.ff.de appell.nota igitur ꝙ appellatio impedit executionē; Sed uide. P. à Duenas in suo lib. Regul.273.incip.executio sententiæ ubi ponit fall.plures allegando plura, & caue ne dixeris ꝙ statutum hoc expectet lapsum.x.dierum propter timorem appellationis, quę emitti posset, aliâs si essemus in casibus in quibus non datur appellatio esset mittenda executioni nō expectato cursu.x.dierum, prout aliquando dixerunt Io.And.

e ¶Laudi. Quia reductio ad arbitrium boni viri, quæ etiam reclamatio dici potest vt Saly. dicit in l.cum antea.§.1.C.de arbitris & Abb.cōs.2.col. fin.in primo volu. loco appellationis est.l.non distinguemus.§. per hāc ff. de recep. arbitris, & ideo sicut pendēte appellatione nihil innouatur, ita pēdente recursu Bal. in addi. Specul. titulo de arbitris, qui tamen subdit ꝙ statuto stāte ꝙ lauda habeant executionem paratā, petitio reductionis non habet impedire executionem, cuius tamen contrarium hic deciditur, licet Vitalis cāb. in clausula nihil nouari pendente recursu demōstret etiam posse de stricto iure contrariam Bal. opin. teneri, sed non curo postquam hic aperte aliud dicitur.

f ¶Reclamauerit. Sub isto verbo cōtinetur petitio restitutionis in integrum, qua quidem petita nihil est innouandum. C. in integ. resti. petita nihil nouari, nisi maliciose peteretur iuxta.c. restituta extra de resti. in integr. latissime in.l.4.§. condēnatum.ff.de re iudica. & per Vitalem cambi. in trac.claus.suarum in claus.nihil nouari in integ. rest.pe. Item referri potest etiam ad illas sentētias, à quibus de iure non appellatur sed reclamatur, seu supplicatur, vt à sententia Principis, vel præfecti prætorio iuxta.l.1.ff.à quibus appella. non licet &.ff.de off. præfecti prætorio, habetur per Specul.titulo de supplicatione. Nunquid si quis vadat ad Iudicem ecclesiasticum, & dicat ꝙ laudum fuit metu emologatum, simulquê obtineat absolutionem à iuramento cum inhibitione, an habeat supersedere iudex in executione? Alex. cons.lxiij.in causa & lite num.iij.lib.iij. terminis concludit ꝙ debeat superdere ponderando verbum istud, aliter reclamauerit, subdēs idem esse si iudex concessam inhibitionē reuocasset, & ab illius reuocatione fuerit appellatum, quod nota, quia quottidianum est, vide Rip.in.l.4.§. condēnatum nu.29.ff.de re iudicata.

¶Deserta

uel petitio reductionis deserta [a] fuerit. Liceat primo obtinenti coram [b] iudice primæ causæ, & alio quocunq; [c] comparere & petere sententiam primam, & seu laudum, [d] aut arbitramentum, uel arbitrium in ea parte qua firma remansit, executioni [e] mandari.

a ¶Deserta. Licet enim pronuntiatio desertionis appellationis pertineat ad iudicem ad quem, secũdum Bar.& Bal.ita declarantes glo.in.l.eos.C.de appellat.vbi tamen dicunt, ꝙ non est necessaria aliqua pronuntiatio.Item licet pronuntiatio bene iudicatum,&male appellatum pertineat ad iudicem prædictum, (de qua materia per Franc. in.c.ex ratione.vij. &.x. quæst.de appellat.)tamẽ executio dictę primę sententiæ, nõ debet fieri ab illo iudice, quia est tamquam si ab initio nõ fuisset prouocatum iuxta l.fin.§.illud.C. de temp. appella.Archi.in.c. Romana.§.fin.de app. in.vj Bal.in auth.si quis litigantium.C.de Episc. audi. Vnde Ang.in.d.l.si præses de re iudicata dat consilium,ꝙ ille qui primo habuit sententiam pro se.s.condemnatoriam aduersarii, à qua fuit appellatum,uadat ad primum,& executionem sententiæ petat,& si obiiciatur de appellatione repplicetur de desertione,nam de hoc emergenti poterit iudex,a quo cognoscere,licet nõ possit principaliter cognoscere, seu adiri super desertione argumento.l.quotiens.C.de iudiciis, pronuntiabit igitur iudex executionem fieri debere nõ obstante appellatione,cum lapsum sit tempus prosequendi,& de prosequutione nõ appareat;& practica est,ꝙ citetur appellans ad dicendum,& docendum quicquid vult ne exequatur sentẽtia, ita residet Pau.ibidem, prout etiam Alex.refert, & quando dicatur deserta appellatio, uide multos casus congestos,per.Robet.Maranth.in suo Specula.in.6.parte car.644.uersic.octauo & ultimo. & tunc nõ debet dari tempus decẽ dierum ad soluendum,quia incontinenti, fit executio, glo. & Bal.in.l.2.C.de temp.app.

b ¶Coram Iudice.Hic appellatione iudicis, uenit Arbiter,uel Arbitrator,per ea quæ sequuntur in tex.quantum est autem respectu Arbitrorum,uel Arbitratorum est cõtra tex.in.d.l.a Diuo pio, in prin.iuncta declaratione gl.ibi. Et caue quia tex. uult, ꝙ possit ille,qui obtinuit adire iudicẽ primæ causæ, de iure autem communi secũdum magis communem sententiam debet exequi a iudice appellationis,Bar.in sæpe citata.l. a D. Pio in princ.col.fin.licet Io. Andr.in. d.§. & .d. addit. tenuerit ꝙ primus iudex exequi debeat, quam partem alias tenui legendo.

c ¶Et alio quocunq;.Notandum est, quia hic petitur exequutio, coram quocunq; iudice.s. ordinario,quod nullus doc.uoluit,nisi ubi ageretur actione in factum,quia actiones possunt exercen coram quocunq; iudice iuxta.l.fi.in fi.C.de longi tẽp.præscrip.ita Bal.in.l.eos.C.de appel.& Alex. refert in.l.a Diuo pio nu.21.de re iudi.Item uidetur per iudicem delegatum etiam ab inferiore, posse mandari exequntioni sententiam suam, quod est contra iura clara, quia etiam executio saltem illa,re ipsa, demãdari non potest.l.iubere cauere.ff.de iurisdict.om.iud.habetur in.l.cognitio.§.ut bonorum de off.eius,per doc.in.d.l. a diuo pio, i prin. ubi aliud est secundum magis cõmuniter doct.in delegato a principe quicquid glo.ibi velit.

d ¶Seu laudum. Intellige laudum mereri executionem,quando fuit sine pœna omolegatum, expresse, vel tacite per lapsum decem dierum iuxta.l.cum antea.C. de Arbi.si autem cum pœna,dic,ꝙ adiecta fuit clausula,rato manente pacto,ita glo.in.l.2.ff. de Arbi. clarius Bar.in.d.l.à Diuo pio in.2.opp.& in.l.ait prætor in prin.illo titulo & per Scrib.in.l.nemo potest de leg.primo,maxime in hac ciuitate vbi seruatur ius ciuile,vt dicit Imola in.d.l. ait prætor.in fi.prin.

e ¶Executioni.Nota hic statutum decidens,ꝙ nõ sit opus,ꝙ feratur aliqua sententia declaratoria super appellationis desertione,quicquid voluisset forte Bar.in l.eos C. de appellat. nam de hoc est tex.singu.& notat. in l.si contra maiorem C. eod.tit.vbi satis est,ꝙ appellatio sit deserta, ut sententia exequi possit,nec requiritur ibi,ꝙ primo sit lata sententia super desertione per iudicem ad quem, sed ipse iudex qui habet exequi de hoc cognoscet,& ita firmat Ang. ibi ꝙ deserta appellatione poterit adiri primus iudex qui tullit sententiam,vt suam sententiam exequatur non expectata alia iussione,seu declaratione iudicis ad quem,& si appellãs citatus compareat, & opponat de pendentia appellationis replicabit de desertione,de qua iudex aditus pro executione santentię habebit cognoscere tanquam de emergenti,late Franc.in c.ex ratione nu 93.de app. Notabis etiam ꝙ non est alia dilatio concedenda huiusmodi appellantibus deserta appellatione,ad soluendum,glo. est ordinaria in l. ii. C.de temp.appella. in verbo executioni, & sic inter desertionem & executionem non est dare medium volẽte victore,ita dicit & sequitur Bal. in d.l.ii.facit l.quoniam non nulli ibi, mox, C. eod.titulo,& idem est decisum si non sit deserta, sed appellans fecerit diligentiam verum quia male appellauit fuerit sententia prima confirmata,quicquid sit de iure communi l.ii. C.de vsur.rei iudi.vbi illud tempus currit a die confirmationis: Solum de iure communi quãdo appellatio est manifeste frustratoria non habet condẽnatus quadrimestre,vt not Bal.ibidem, & Alex. consi.93.Clarissime domine nu.2.lib.4. Iterum notabis id quod Alex. ibi ponit & clarius in antece.consi.ad declarat. istius statuti de quo meminit

minit, quod exequo condemnatus nullum habet tempus ad soluendum non debet audiri si opponat compensationem debiti, etiam quod offerat in continenti liquidare, iuxta sing.doc.Bar.in l.aufertur.§. qui appellauit. ff.de iure fisci, & Cano. maxime. Abb.in c.ii.de depo.bene fatetur posse admitti exceptionē veræ solutionis,& pacti de nō petēdo,& alias similes,quæ possunt opponi post sententiā iux.not.in l. i. C. de iuris & facti igno.item exceptio debiti liqdati,nō aūt exceptio liquidādi.Aduerte tū quod cōtra sententiā,quæ trāsitū fecerit in rē iudicatā cōpetit remediū denunciationis euāgelicæ, si illa p cauillationes, & p ambitionē, aliquoue malo modo obtenta fuerit,taliter quod in foro conscientiæ teneretur satisfacere,secundum inno. & Panor.in c.quia plerique e extra de immu.ecclesia.Butriū, & Panor.in.c.nouit extra de iudi. nam non potest iudex, vel alia quæuis sententia cōscientiam actoris iustificare.l.iulia iuncta glo. ff.de condic.indebiti,& Bald.in.l.i.ff.eodem tit. dicit quod contra tales sententias, quæ trāsierunt in rem iudi.prouidetur remedio, seu excep.æquitatis, ne fiāt illicitæ extorsiones.l.illicitas.ff. de officio præsidis, vbi enim agitur de peccato nunquā sententia censetur transiuisse in rem iudicatam c. lator, & ibi Hostiē. & Panor. extra de re iudicata,glo.magna ad fin.in.c.inter monasterium eodem titulo lafr.decis.149.

¶Qui Iudex parte legitime citata[a] ad contradicendum leuato uelo[b], etiā nō producta sententia,uel laudo,(seu arbitramento, aut arbitrio nisi in actis, & nulla seruata solēnitate, summarie, simpliciter, & de plano solum constito de sententia, uel laudo,seu arbitramento, aut arbitrio, sententiam, uel laudum, aut arbitramentum,seu arbitrium exequi teneatur. ¶Quæ petitio executionis sententiæ uel laudi,aut arbitramenti,seu arbitrii nullam habeat instātiā[c]: sed omni die etiam feriato[d] possit fieri & peti. ¶Statuentes quod si is qui suo nomine uel alieno petierit[e] executionē

a ¶Citata.Pondera his duobus casibus requiri citationem partis in ipsa executione facienda,quæ tamen non est necessaria si non fit appellatum,et in specie quādo deserta est appellatio tenuit Bar. in.l.i.versic.quæro quid si.ff.Nil nou.app.pend. nā(quicquid aliqui crediderint)Bar.approbat.illorum opin.quod pars citanda sit,quia posset ostendere impedimenta, allegat.l.si cōtra maiorem.C. de appellat.vbi dicitur quod prætori debet constare de negligentia in prosequendo, sed iam non potest liquere nisi parte citata ergo &c. Et ibi Bal.& communiter doc.& Dec.cons.97.colu.2. & Bal. in.l.2.§.fi.C.de temp.appell.& Alex. in la diuo pio.§.in venditione de re iudi. latissime Franc. in.c.ex ratione nu.79.versic. quarto quæritur extra de appell. & regula est, quod quotiens absenti posset aliqua defensio competere semper est necessaria citatio,etiam in notoriis,vt tenet gl.ordinaria in.c.ad nostram el.3.de iureiur. Vbi vero fuit confirmata prima sententia per secundam de iure non fit differentia quam facit statutum, sed semper idem est ac si nunquam fuisset appellatio emissa ad gl. in.l.2.in verbo executioni.C. de temp. appellationū, ideo nō bene videre possum rationem istius differentiæ.

b ¶Leuato uelo. Hoc verbum reperitur expressum in l. de submersis. C.de naufragiis lib. xi. & glo.exponit.i. leuato omni velamine; quæ expositio iudicio meo videtur inferre totum oppositum,quod intendit tex.quia si opus est leuare omne velamē,ergo subtilissime causa est discutienda,& auferendis omnis prorsus difficultas,vnde Barto. dixit exponi, velo leuato, id est summarie in l. nequid circa fi. ff.de incē. rui.& naufr.idem dicit Lucas a pena. in d.l.de submersis, quid aūt significet summarie,alias diximus,p olBar.in extrauag.ad reperi.in ver.summarie, idē dixit præfati.Papi.in for.lib.super actione reali ver. summarie nu.14.Altera autem in lib. posteriore de ver.sig.videtur velle, quod significet idē quod de plano;quod est de mente statuentiū hic propter sequentia verba. Nunquam tamen ego potui uidere originem istius elocutionis nec possum inuestigare quid cōmune habeat velum leuare,cum summaria cognitione,vel de plano, ideo intelligentia secunda posita in glo:in d.l.submersis,nō videtur absona,vt illa lex intelligatur de velo nauis submersæ, vel secundum aliquos Modern. authores sint verba metaphorice dicta a naue, quando ita decurrit, vt non sit opus velo.

c ¶Habeat instanam. Vide quantum est respectu laudi,aut arbitramenti,quia contrarium est decisum infra statuto de instru. & testam. §. idem in omnibus,soluam ibi.Et caue,quia in iure est magna dubitatio, an in executiuis sit dare instantiam,& plures putant dari,& dicit Alex.in cons. 50.uol.ii.& in l.properandum C.de iudi. quod semper arbitratus est, etiam in exequutiuis dari instantiam,& quod ita semper legendo tenuit, loquor si procedatur per uiam officii iudicis,quia si peteretur actione in factum, nullum est dubium, quia tunc ordinarie proceditur, Bart. in l. intra dies.ff.de re iudic. Afflic.decis.346.

d ¶Feriato. Scilicet ob necessitates hominum, vt infra.§.statuentes etiam,habetur in prouis. Angeli.§.volumus &c.

e ¶Petierit.Qualiter intelligatur hoc verbum, vide Alex.in terminis similis statuti in consi. vo.

quarto

quarto vol. col. fi. versi. postremo. s. quod debeat intelligi petierit, & ad finem perduxerit, alias non punitur, Dy. & Bat. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. l. qui cum maior. §. accusasse & l. in seruitutem. §. petiisse, de bo. lib. adeo, q etiam si prosequutus sit, ac deuentum fuerit ad sententiam, & ab illa esset, appellatum, si pendē te appellatione destitisset, ad huc non esset pena legalis, vel statutaria commissa cum effectu, quia petitio non diceretur ad finem deducta, ad d. §. accusasse, & hoc videtur posse conuinci ex hoc tex. si bene ponderetur.

a ¶Pendeat. Pondera bene hoc verbum, quia vbi appellatio est nulla non dicitur pendere, quia nō entis nullæ sunt qualitates. c. ad disoluēdum, de despons. impub. Alex in terminis in consi. 59. nu. 52. & seq. lib. 4. quia iudaice non sunt intelligēda verba statutorum, vt per ipsum ibi.

b ¶De facto. Credo q velit dicere, q sicut de facto factum fuit. i. attentatum, ita de facto reuocādum est. c. non solum de appellat. in vi. est ergo practica secundum Ange. in l. per hanc C. de temp. appellat. q appellans, si appellatione pendente fuerit vexatus, forsan quia pignoratus, aut mulctatus, aut poss. bonorum priuatus, compareat coram iudice appellationis, & dicat talia attentata esse & innouata pendente appellatione, ideo petat ante omnia attentata reuocari, & in pristinum statum reduci, & tunc iudex appellationis cognito, q attentatum fuit, debet reuocare de facto, sicut de facto attentatum est, & hoc quando fuit appellatum a diffinitiua, secus si ab. interlocutoria, dic latius per Vital. Cāb.

sententiæ, uel laudi, seu, arbitramēti, aut arbitrii: quæ per appellationem aut aliam legitimam reclamationem pendeat[a] ipso sciente, & uel quæ, uel quod fuerit reuocatum, uel annullatum, uel aliter rescissum, ipso facto incurrat pœnam librarum uigintiquinq; bon. applicandam parti, contra quam executio petita fuerit. Ad cuius pœnæ solutionem ipse talis qui executionem prædictam petierit indebite ipso facto cōpellatur per ipsum iudicem, uel alium ut supra. Et eandem pœnam incurrat is cuius nomine dicta executio fuerit petita, si eam ratam habuerit: & executionem factam per omnia reuocari non fecerit ea die, uel sequenti cum fuerit requisitus. Et ab eo exigi debeat eisdē modo & forma, quibus supradictū est de eo qui suo nomine uel alieno petierit: & nihilominus dicta executio si facta fuerit uel mādata fieri, de facto[b] in irritum reuocetur. ¶Statuētes etiā quod Potestas & Iudices eius, qui præsunt, seu præerunt causis Ciuilibus cognoscendis: & officiales Ciuitatis Bononiæ dictis causis præsidentes; & omnes alii officiales[c], qui de ciuilibus causis cognoscere poterunt: cuilibet debitori in iudicio legitime cōfesso[d], per se uel per procuratorem habentem mandatum[e], in quo mandato sit expressa quantitas, de cuius confessione tractatur & persona creditoris, possint & debeant simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicis, omni tempore etiam feriato occasione messium, uel uindemiarum, uel aliter

in suo clausulario, in clausula nihil nouari appellatione petend. versi. item tollitur &c. Requiritur tamen partis citatio, quia requiritur causæ cognitio Philipp. Franc. in c. bonæ memoriæ, co lum. quarta & quinta de appellat. Decius consi. cc. Vide etiam Rob. Maran. in suo spec. in vi. parte cha. 642. vbi ēt ponit limitationes remissiue.

c ¶Alii officiales. Scilicet ordinarii, qd aūt in delegatis, vide Roma sing. 189. incipit an lex si debitori &c. vbi q non potest facere præceptum ante lite cōtestatā, per tex. in l. si reus paratus. de ꝓcur. & quid in arbitro.

d ¶Confesso. Et potens est hæc confessio iudicialis, vt etiam possit condemnari, licet totus processus esset inneptus, Inno. in c. qualiter & quando de accus. Bar. in l. si cō fessus de custo. reorum. Mathasill. not. 52. Nota vtilem regulam, & fieri potest etiam ante litem cōtestatā. Et audi quia dico q etiam ipse notarius poterit facere præceptum parti cōfitenti debitū in ipsomet instrumento, & tunc similiter habebit executionem paratam, nullaq; seruabitur instāna sicut quādo fit a iudice, prout latius dico infra in statuto de instru. testam. execu. mand. in prin. in gl. executioni.

e ¶Mandatum. Hæc adiectio superflua esset, quia, qui dicit procuratorem ꝓprie, presupponit mādatum, ad differentiam negotiorum gestoris l. 1. ff. de procur. nisi intellexerimus de mandato speciali; prout indicant verba quæ sequuntur, quod qdē est necessariū in cōfessione, in iudicio voluntario, licet sufficiat generale in iudicio contentioso, iuxta doc. Bar. in l. certum. §. sed an et ipsos ff. de confessis.

¶Feriato.

feriato [a] ob necessitates hominum, facere præceptum [b] de soluendo ad petitionem creditoris, [c] uel alterius pro eo legitime interuenientis: scilicet ipsi debitori, uel eius heredibus, præsenti in iudicio, uel etiam absenti per nuntium unum si inueniatur: & si non inueniatur, per duos nuncios, & diuersis diebus ad domum habitationis, seu suæ solitæ habitationis debitoris, si principalis fuerit: alias heredis eius si de hærede tractetur. In quo mandato exequendo, & alio quocunq; mandato in cōtumaciam alicuius faciendo, si personaliter mandatarius non inueniatur, nuntii, teneantur seruare formam quæ in citando requiritur, traditam in statuto nostro De modo citationum faciendarum: uidelicet quod soluat id de quo cōfessus est creditori uel alii pro eo legitime uenienti usq; ad decem dies [d] si fuerit habitator Ciuitatis Bononiæ, burgorum, uel guardiæ eiusde. ¶Si uero habitauerit in Comitatu uel districtu, usq; ad uiginti dies uel ad alium terminum de quo partes essent in concordia. ¶Et ualeat præceptum sic faciendum, etiam si debitor confessus præsens non fuerit, uel ad hoc de nouo non citetur. ¶Possit etiam præceptum de soluendo fieri procuratori [e] prædicto præsenti & confitenti spōte ut supra in principali, ut dictum est: & tale præceptum ualeat, perinde ac si principali debitori fuisset factum. ¶Et quod dictnm est de termino decem & uiginti dierū possint potestas & Iudex, seu iudices, uel officiales prædicti, ex iusta causa terminum minorare [f] si eis uidebitur. ¶Dicimus etiam quod ubi confessus præsens esset, & tempore confessionis præceptum fieri petatur citatio non requiratur. [g] ¶Quo termino elapso si debitor non

a ¶Feriato. Idem dixit Ang. ī. l. si debitori. ff. de iudiciis, vbi dixit, q̀ potest fieri tale præceptum, etiam iudice non sedente pro tribunali, quia non exigit causa cognitionē secundū Iacob. in. l. à ꝓcedēte. C. de dilat. & poterit etiam contrario imperio reuocari, iuxta. l. quod iussit. ff. de re iud.

b ¶Facere pręceptum. Qđ præceptum non requirit aliquam clausulam iustitiæ, quia fit causa cognita, & sic confessio habet exequutionem paratā, sicut sententia, & iuramentum. Bart. in. l. si se non obtulit. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. p l. 1. ff. de confess. & non distinguo in hoc statuto, an ante litem contestatā confessus fuit, an post, quia statutum nō distinguit, licet de iure communi, quando post petitionem ac litem contestatam fit, requiratur sententia condemnatoria, quę postea habeat exequutionem, quia de qua re cognouit iudex. l. de qua re ff. de iudi. si autem ante, necessario fiendum est præceptum, quod differt à sententia, immo est exequutionis species, ac pricipiū & iterlocutoria ita quędā Bar. i. d. l. 1. de cōfes. & ī. l. error. C. de iur. & fac. igno. col. 2. Et nota quia intelligi debet de vera confessione, & non de ficta, quę resultaret ex cōtumacia nollentis respōdere iuxta. l. de ętate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actionibus, super hoc passu consultū extat Maria. iun. cōs. 11. in secūda parte, quia exorbitat à iure communi, vide tamē Marant. circa istud præceptum, quando sit interloquutoria, vel sapiat vim diffinitiuę, & an reuocari possit, in vi. parte sui Speculi. §. expedita secunda parte & c. nu. 28.

c ¶Creditoris. Cessionarius dicitur ēt creditor, habetur in. l. 2. ff. si cert. pet. ideo hoc statuto cōprehenditur Roma. cōsilio. 142. vbi tamē debet citare debitorem ad discutiendum, an sit vera legitima cessio. & Bald. in. l. per diuersas in. x. q. C. mandati.

d ¶Vsque ad decem dies. Hæc est practica totius færæ Italiæ, de qua etiam meminit glo. in. l. si debitori. ff. de iudiciis, crèdo etiam q̀ requiratur satisdatio, ut habetur in ead. l. & ibi Bar. sed nō obseruatur de consuetudine. Quid in Arbitratore uide Roma. sing. 191. An lex si debitori versic. secūdo, q̀ non, secūdum Bal. quem allegat.

e ¶Procuratori. Hoc est simile ei quod dicitur in sententia, in l. 1. C. de sent. & interlo. om. iudi. exequutio tamen postea facienda, est cōtra principalem, vt ibi notatur.

f ¶Minorare: Subaudio ego, vel ampliare. ad. l. 2. & ibi notata. ff. de re iudi. sunt aliqui qui negant ampliationem, quia statutum sciuisset dicere, argumento. l. vnic. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & argumento. l. cum prætor de iudi. Sed in cōtrarium argui posset propter verbum, ex iusta causa, quod seruire potest etiā pro ampliatione dierum. d. l. 2. nihilominus dubito.

g ¶Non requiratur. Quid mirum, cūm etiam si absens fuisset nulla requiratur citatio, sed transmissio præcepti præcisi. ut supra expresse dictū est.

¶Pro

soluerit, etiam pro conuicto [a] pro debito habeatur, & sit quantum ad contenta in hoc statuto tantum. Et postea quandocunq; ad uoluntatem creditoris, uel alterius pro eo legitime uenientis, etiam debitore, non citato, posit pignorari, [b] & de bonis quibuscunq; [c] debitoris [d] de quibus creditor maluerit [e] tenutam dari, uel [f] capi [g] & detineri in carceribus [h] communis Bononiæ, nec relaxari inde debeat donec creditori fuerit satisfactum de contentis in confessione, seu præcepto, uel sentẽtia, aut laudo, seu arbitramento, aut arbitrio supradictis: & de expensis factis, & quæ fierent occasionibus prædictis, Et quod una uia [i] electa alteri nõ præiudicet. ¶Ita tamen quod nullus Christianus ad petitionem alicuius alterius nõ

a ¶Pro conuicto. Notabis differentiam esse inter confessum, & conuictum, prout etiam probatur in.c.at si de rici in principio de iudiciis, vbi glo. & Bal. & in.l.qui sententiam.C.de pœnis, vbi bonus tex, cùm conuictus dicatur testibus, vel argumentis concludentibus, & in.c. nos in quenquã secunda.q.1.vbi glo. magistralis, & notanda. Nã cùm hic dicatur confessum haberi pro cõuicto, sequitur, ꝙ propriè non est conuictus ad.l. mercis loco de verb. signif. Item ꝙ plus est quẽ esse conuictum, q̃ cõfessum, quod tamen mirum videtur, cum dicatur ꝙ nulla sit maior ꝓbatio quàm oris expressa cõfessio.c. per tuas de probationibus.l. generaliter.C. de non numerata pecunia, ideo magis congruere videntur verba tex. in.l.1. ff.de conf. & .l. vnica.C. de confessis, vbi dicitur, confessos in iure pro iudicatis haberi, quia quodammodo sua sententia dãnatur, nisi dixerimus ꝙ non tot modis reuocari possit conuictio quot confessio. per ea quæ traduntur in.c.fi.extra de probat.& ideo fortior reputetur quàm confessio.

b ¶Pignorari. Hoc refertur ad res mobiles Alex.in l.a diuo pio.§.in venditione num.37.de re iudicata. Et hoc quidem appellatur pignus, vel prætorium, vel iudiciale iuxta quæ ponit Ias.in.l. a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudic.in secundo not. quia capitur pro executione Confessionis quæ habet vim rei iudicatę.

c ¶Quibuscunq;. Hic non obstante hoc geminato verbo, adhiberem omnes illas limitationes quas ponit Marant.in suo Speculo in vi.parte car.656 versic.tertio principaliter, ꝙ non fiat .s. executio in vestibus, lecto, & vasis fictilibus, & aliis supellectilibus deputans ad vsum quotidianum, secũdum Bar.Bal.& doct.in.l.prima.C. quæ res pig. oblig possunt, temperando tamen vt per eundẽ. Item in bobus aratoriis, & instrumentis ad agriculturam deputatis, item in libris scholarium, & multis aliis rebus, vt latius per ipsum & Petrum a Duen.in suo lib.fall.regula 275. similiter in hostiis, fenestris, tegulis domus, Ang. & Paul. de castr.in.l.cætera.§ hoc senatus.ff.de leg.primo.

d ¶Debitoris. Adde vel eius fideiussoris, quia fideiussoris facultates, facultatibus debitoris in hoc casu censentur aggregatæ, & commixtæ, iste est tex.valde notab.in.l.si plures.§. præterea el.2.ff. de fideiussoribus, quem tex.ad hoc propositum allegauit iud. Roma.in consilio suo. 320. incipit hæc illorum quinque, de quo fecit vnum memoriale Hipp.Mar.in sing. suis el.3.

e ¶Maluerit. Hoc est contra formã.d.l.a diuo pio §.in venditione de re iudicata, vbi primo mobilia, secundo immobilia, tertio capiuntur nomina debitorum.

f ¶Vel. Dat electionẽ actori arg.l.quod in hæredẽ. §.eligere.ff.de tributoria Bar.in.l. cõsentaneũ col. fi.vers.quæro hic.C.quo modo & quando iudex.

g ¶Capi. Tale statutum est validum de iure cum lex hoc etiam concedat l.1.C.q bon.ced.pos.Bar. in.l.cum eo, ad.l.iul. pecul. de iure communi si habeat bona sufficientia non potest carcerari, glo. sing.i.l.3 §.tutores.ff. de suspec.tut.i verb. viculis Alex.consilio.159.num. fina.lib.1. Paul.cast.in.l. alia §. eleganter.ff. solu. ma.sub dẽs ꝙ statuta terrarum aliter disponunt, latissime tradit Signor. consilio.97.numero.19.pungit Alcia.in.l.vinculorum, de verb.sign.

h ¶Carceribus. Carcer est locus malæ mansionis clausuris circundatus, tenebrosus, & publica autoritate custodiendus, ita diffinit, atque quodlibet verbum examinat Signo.de homo.in consilio.97 nu.21.& ponit differentiam inter vincula, custodiam publicam, & carcerem, habetur etiam in l.vinculorum.ff.de verbo. significationibus vt latius demõnstrat in.d.consilio num 21.vbi omnino videndum, quia etiam ponit, qui sunt debitores, qui possint carcerari pro debito etiam nõ liquidato, & an si debitor ex gratia generali relaxatus fuerit, possit iterũ pro eodẽ debito carcerari de iure, vbi tenet post multa hinc inde adducta, ꝙ possit.

i ¶Vna via. Nota ꝙ per remedium, incarcerationis non tollitur facultas creditori quin fiat exactio in bonis, ita Bar.in.l.nemo carcerem.C. de exac. trib.motus per illam.Bar.in.l.consentaneum col. fi.versic.quæro secundo casu.C. quo & quando iudex, & quia per remedium carcerationis, non tollitur potestas creditori faciendi se mitti in tenutam bonorum debitoris, vt est casus in.l. qui legatis C.vt in possess.legat.l.3.§.quid ergo versi. sed finge.ff.de ventr.inspi.Ange.in.l.qui restituere col.2.ff.de rei vendic. adde Ias. in.l.r. in .vi.

col.ff.si quis iudic.non obtemp, latissime Marsil. in practi.§.attingam nu.33, Alex.in.l.hæres.§.fi. ff.de fideiuss.nam in executiuis sæpe & pluries & coram eodem, & coram diuersis iudicibus, potest imitari, nec vnquam obstat exceptio pendentis litis, Gem.in rub. de eo qui mitt.in poss.causa rei ser.in vi.Inno.in.c. in literis de off.delegati. Bal.in.l.1.§.1.ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, & in executiuis non est strepitus iudiciorum, verbum aureū. Bal. in.l.cūā col.1.C.de execut.rei iud.latius Ias.cōsilio.x.col.2.lib.primo.

memb.secundę partis principalis in princ.dum allegat Pau.cast.in quodam consilio suo ita dicere, sed nō inueni, & subdit ad propositum etiam, q licet statutum inducendo hyppothecam vtatur verbis, quæ solā fictione significare, vt est verbum intelligatur, verbū, perinde, ac si, & similia, nihilominus est vera hyppotheca licet tacita, ita Ias.dicit in.l. si is qui p emptore nu.235. de vsucapio. allegando.l.ij.ff.i quibus caus.pignus tacite contrahatur, forte in verbo erunt, quia verbū est, importat veritatem.l. mercis loco de verb. significatio est, quia lex fingendo in actu descendente à potestate iuris vere facit, & non ficte, secundum Ant. de Butrio in consilio.xx. æquitas suggerit: Bene dicerem, q si aliqua differētia reperiatur inter expressam hyppothecam, & tacitam, p vt aliqui doc.dicunt, in l.assiduis.C.qui potio. i pigno.habeantur, tamen per ista verba, non est differentia aliqua in proposito, tanto magis, quia videtur reg.adeo generaliter tradita, q eiusdē potentiæ est tacita, cuius expressa, ita Dy.in.d. Reg. q prior.de reg.iur.in vi. Bar.in l.is q.ti.de iure fisci.et in.l.vnica.C. rē alienā gerētib.faci gl.1.l.itē qa, in fi.ff.de pac. Rebuf. in tract.de cōstitutio.reddituū art.1.gl.14.nu.41 vbi id declarat ex nōnullis exēplis, demōstrando etiā q istud statutū derogat iuri.cōi, scḋm qḋ nō inducitur hyppotheca ď in re, nisi post imissionē in bonis ď bitoris.l.nō ē mirū.ff.ď pign.act. Negusā trac ďpigno.i.2.mēb.tertię ptis, est tñ iductū hoc, vel in odiū nō soluentis, vel etiā in fauorē creditoris diligentis, et instantis ad obtinendū confessionē, vel sentētiā: arg.l.pupilli.ff.quæ ifrau. credi.

christiani,[a] uel habentis causam ab eo non christiano pro debito pecuniario personaliter grauari, uel capi possit: & si caperetur, uel personaliter grauaretur, talis captura, & personale grauamē sint nulla, & nullum ipso iure: & de facto immediate relaxetur, & capi faciens eidem christiano capto, uel personaliter grauato teneatur ad omne eius damnum, expensas, & interesse. ¶ Et si infra mēsem a die detētionis detētus in casu præmisso nō satisfecerit creditori de prædictis, uel si creditor, uel qui pro eo interuenerit magis uellet sibi satisfieri in bonis quam debitorem facere detineri: siue ex forma nostrorū statutorum possit ipse debitor detineri, siue non detineri, teneatur etiam dominus Potestas, & Iudex, seu officialis additus, etiam debitore detēto, seu nō detento, summariæ, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii dare insolutū creditori, uel alteri pro eo, de bonis quæ possidebantur[b] per debitorem tēpore confessionis, seu lati laudi, aut arbitrii, seu arbitramēti, uel latæ sententiæ, uel pēr eū postea quæsitis pro extimatione faciēda per duos arbitros, seu arbitratores eligendos per partes: uidelicet unū pro parte si eligere uoluerint: et si discordarent per illum qui cum tertio assumendo per Iudicē concordaret, extra numerum suspectorum si partes dare uoluerint: alias etiā non datis suspectis. ¶ Quæ bona a die qua cōfessus uel conuictus in antea fuerit, creditori sint, et fuisse intelligantur expresse[c] obligata. ¶ Et si qua debita, seu nomina debitorum debitoris apparerent: quæ per debitores debitoris con-

a ¶ Non christiani. Id non caret magna honestate; i simili videmus q iuramentum in supplementum probationis, quod est fundatum in æquitate, non debet deferri iudeo contra christianum, nec iuramentum in litē, quia nec testificari potest contra christianum, vt habetur in.l.quoniam multi.C.de hereticis, & i clem.1.de iudeis, & in c. iudei de testib. Ita Imol. in consilio.2.incip. in casu proposito, Marsil.singul.41.incipit iudeus &c.

b ¶ Quæ possidebantur. Facit ad propositum si quis obligauit omnia bona sua, q intelligitur obligare nedū sua, sed aliena, bona tamen fide possessa, Bal.in.l. certi iuris C. locati, latius Roma. singu.630.obligo tibi, & vide Negusā in tertio mēbro secunde partis nu. v.

c ¶ Expresse hyppotheca-ta. Nihilominus verè loquendo tacita est, quia inducta à lege præter consensum partium, propter quē expressa vocatur hyppotheca, ad differentiam legalis, de qua hoc loco, iuxta.l.vnicam.C. de rei uxor actione, & notatur in tit.ff.in quibus causis pignus tacite contrahatur, ita declarat Negusan. in tracta.pigno.in vltimo

¶ Legitime

fiterẽtur, uel de quibus alias legitime[a] constaret tali debitore[b] præsente[c], uel legitime citato, possint, & debeant petente creditore uel alio pro eo insolutum[d] dari, etiam nulla facta excussione[e] bonorum, usq; ad integram satisfactionem prædictorum, quatenus bona uel nomina sufficerent: In prædictis data electione[f] creditori, seu causam habenti ab eo. Et in eo, quod deest: & in casu euictionis ius suum saluum[g] remaneat creditori, non obstante in prædictis aliqua alienatione facta per debitorem de bonis uel nominibus debitorũ post sententiam[h], uel confessionem prædictã uel latũ laudũ, arbitriũ, seu arbitramẽtum, quæ in præiudicium creditoris ipso iure non ualeat: Qua insolutum datione facta in totum debitor si detentus fuerit relaxetur: uel si quid deesset tunc demũ cum eidem, de residuo fuerit satisfactum. ¶ Idem seruetur ius quo ad executionem sententiæ, tam cõtra personã, quam in bonis, ubi in sentẽtia uel laudo, arbitrio; seu arbitramẽto terminus esset præfixus, ipso tamẽ termino prius elapso. Quæ omnia supradicta procedant in personalibus actionibus. ¶ In realibus[i] autem, uel in rem scriptus[k]. seu mixtis[l] rem perse-

a ¶ Legitime constaret. Et sic licet debitor negaret per malitiam, potest conuinci, non attento eo quod dicitur, & notatur in l. 2. & 3. C. quando fiscus vel priua. & in l. a diuo Pio. §. sed sciendũ. ff. de re iudi. vbi uidetur dici, q etiã si negaret per malitiam non potest dari tenuta in nominibus, nisi forte in continenti constet de malitia negantis, vel ex verbis ipsius, vel ex probatione in cõtinẽti facta, vide ibi limit. quæ tamen nõ sunt necessariæ stante isto statuto.

b ¶ Tali debitore. Scilicet debitoris principalis.

c ¶ Presente. Hoc ut sciatur, an neget, vel cõfiteatur. Et qualiter fiat missio variatũ est, verior & tutior sententia est gl. in l. ii. C. de præto. pig. quæ vult q vocabitur iste debitor debitoris, & interrogabitur, an sit debitor, & si confiteatur dicat Iudex, Iubeo istud nomen esse pignori apud talem seu assigno in solutum, & habet talis assignatio locum traditionis, vt notat glo. in l. fi. C. quando fiscus vel priua. Et quam actionem aduersus huiusmodi debitorem debitoris, habeat creditor, idem Alex. tradit in d. l. a diuo pio. §. sic quoque, vbi videndũ erit.

d ¶ In solutum. Dubitari potest nunquid sententia adiudicationis in solutum sit interlocutoria, an diffinitiua, seu sapiat vim diffinitiuæ, & determinat Ant. de Butrio in consi. vi. q est interlocutoria habens vim diffinitiuę, ideo seruari omnia ea debẽt, quæ in ipsa diffinitiua maxime quo ad tẽpora, idem dicit in sententia pręcepti de quo in l. si debitori. ff. de iudiciis.

e ¶ Excussione. Recte procedit ex quo inducta fuit hyppotheca tacita etiam pro nominibus, ad ea, quæ ponit Bar. ex opi. Iac. Butrig. in l. nomen vel si item quæro, C. quæ res pig. oblig. possunt.

f ¶ Electione. Hoc deuiat a iure communi, quo prius debet discuti nunquid emptor inueniatur, quo non inuento impetrare poterit creditor assignari in solutum, ita probat l. ordo. C. de execu. rei iudic. & l. ii. C. si in causa iudi pignus captum sit, ita declarat Alex. in l. a diuo pio. §. si pignora nu. vii. in fi. ff. de re iudi. quicquid glo. ibi in cortice verborum senserit, & intelligatur etiã q nulla tenuta actualiter precesserit bonorũ pro parte creditoris.

g ¶ Saluum &c. Etiam si iudex simpliciter adiudicauerit in solutum, & tolluntur difficultates glossatorũ in d. l. a diuo pio. §. si pignora vbi Alex. col. ii. & doct. in l. ordo. C. de execut. rei iudic. nã prout fatetur Imola magnam habet equitatem, vt creditor non cogatur accipere bona pignorata insolutum, nisi pro quãti valent, & non pro toto credito, vbi creditum exuberat.

h ¶ Post sententiam. Facit opinio Azo. & Ioannis in auth. hoc si debitor. C. de pignoribus in glo. magn. in fin. dum cocordant. §. ad hoc autem in auth. de litigiosis.

i ¶ In realibus. Reales sunt vt rei vendicatio. petitio hæreditatis, confessoria, vel negatoria, sint vtiles vel directæ, deinde decem illæ actiones a prętore inuentæ, quas enumerat glo, magistra inst. de actionibus. §. item seruiana in glo. fin. quas declara, vt per Placentinũ in tractatu de varietatẽ actionum a titulo secundo vsq; ad finẽ tractatus.

k ¶ In rẽ scriptis. Vt actio ad exhibendum l. iii. §. hæc autem. ff. ad exhibendum, actio q metus causa. l. metum §. cum autẽ. ff. q metus cau. & fere omnia interdicta ad l. i. §. penult. ff. de interdic. & dicuntur in rem scriptæ quia persona obligatur propter rem ad differẽtiã merę actionis, in qua nulla est obligatio institut. de actio. §. sic itaq.

l ¶ Mixtis. Notũ est prout colligitur ex. §. sequẽti, & §. quædam institut. de actio vbi doct. super gl. familie, quod in iure reperiuntur actiones, quæ mixtæ vocantur, alio de tribus modis, primo modo dicuntur mixte, quæ sunt rei persecutorię, simul & pene. & hoc modo capitur in d. §. sequẽti

Y ii inter

quētibus,[a] et in actionib[b] ex testamēto[b] ad rē[c] tradēdā, si petatur[d] executio sententiæ, uel laudi, arbitrij, uel arbitramēti fieri teneatur, & cōpellatur condemnatus omnino rem tradere,[e] seu restituere, si rem ipsam possideat, & ab eo manu militari[f] auferatur, & uictori traddatur, siue restituatur: etiam si condennatus præstare uoluerit interesse.[g] ¶ Si uero desierit possidere, si quidem dolo, quod semper præsumatur si tempore responsionis[h] factæ petitioni productæ possederit, uel in aliqua parte actorum ante dictā respōsionē, uel post, cōfessus fuerit se possidere: nisi probauerit se sine dolo possessionem amisisse, posit[i]

inter quas est actio depositi occasione casus fortuiti, actio .l. aequiliæ damno iniuriæ dato, & actio quæ datur cōtra illos, qui relicta piis locis dare distulerint, Secūdo modo aliquæ dicuntur mixtæ in quibus vtraq; pars est actor & reus, declaraui supra in statuto de iudicijs diuisorijs, Tertio mō dicuntur mixtæ, quæ dantur ad reales, & personales simul, vt familiæ hercifcun. fin. regun. commu. diuid.

a ¶ Rem persequentibus. Hic tex. meo iudicio debet verificari in omnib. mixtis actionibus de quibus supra, quatenus tantum rē p illas persequamur, non si pœnā, vel personales præstationes. & istæ actiones mixtæ (prout declarat. Nico. de Neap. in secūda. q. d. §. quædam) quamuis sint origine personales, habent nihilominus officium naturalium, ex propria ipsarum natura, actiones vero personales in rem scriptæ sunt continuo personales, sed ex quadam æquitate iuris concedantur contra quoscunque possidentes, vel aliter declata vt per Ias. ibidem col. quarta.

b ¶ Ex testamento. Hæc actio datur legatariis, seu fidecommiss. tam vniuersalibus quām particularibus, vt habetur in .l. 1. C. Commu. de lega. & in l. 1. ff. de lega. primo, etiam si relicta sint in codicillis, licet vtilis dicatur ex testamento glo. in .l. fina. in verb. agnationis. C. de Codicillis, quæ actio licet sit stricti iuris, habet tamen naturam bonæ fidei in aliquibus. l. in minorum. C. in quibus cau. in integr. restitu. non est necess.

c ¶ Ad rem. Idest speciem. i. in specie non in genere legatam, vt patet ex inferioribus.

d ¶ Si petatur. Scilicet officio iudicis ad .l. qui de restituere & .l. quæ de tom de rei vendit.

e ¶ Tradere. Idest possessionem transferre. d. l. qui restituere, vel solam detentationem, vbi sola esset apud victum, sic ergo notabis q per simplicem cōdemnatoriam non transfertur possessio in victorē regulariter vt per Ang. in d. l. qui restituere vbi ponit limitationem.

f ¶ Manu militari. Idest per executores, & Beroarios, non autem debet necessario conuocare auxilium capitanei guerre vel magistri militum nisi in subsidium in magna causa, vt. C. de officio ciuilium iudicum. l. 1. ita glosat. Bart. in. d. l. q restituere, vnde patet quod talis executio non potest committi parti victrici, sed solum potest cōmitti illa, quæ non habet annexā cōtrouersiam, sic intelligitur quod notatur in d. meminerint. C. vnde vi. & ff. de acqui. poss. l. iuste, Qua executione facta reus est assolutus ab ipsa sententia vt patet in d. l. qui restituere prout est de mente glose in verbo duntaxat, & ibi Ang. clarius, dicendo generaliter, q condemnatus ad tradēdū simplici restitutione liberatur, vt not. gl. ff. de procuratorib. l. Pōponius. §. sed & his, & dic q etiam fructuū omnisq; causæ nomine condemnatio facienda est: qualiter autem fiat, traditur per Doc. in. d. l. qui restituere.

g ¶ Interesse. Nota casum in quo præcise quis cogi potest ad tradeudum vel restituendū, & hoc operetur virtus sententiæ, vt Ang. dicit in præallegata l. qui restituere ad limitationem .l. si rem tradi. ff. de verbo. obliga. quæ ratio attēto statuto nostro habet restringi ad supra specificatas actiones, q de iure communi non sit differentia inter realia, & personalia iudicia ad rē, prout probat. l. qui restituere. ff. de rei. vēd. secundum veriorem intelligentiam, uerum est q aliqui ut uulgar. intelligebant eam ubi realis actio esset, quo ad hoc vt exerceri posit manus militaris, quorū opinio uidetur magis placuisse nostris statuentibus; & in ueritate est maior æquitas in realibus quam in personalibus quam considerauit tex. in .l. nec quasi. ff. de rei uindicatione, ne scilicet in potestate cuiusque sit per rapinam inuito domino iniusto pretio rem comparare.

h ¶ Responsionis. Vide supra in statuto de eo qui aliena. seu posid. desierit in princip. ubi dolus præsumitur, ne dum a tempore responsionis, sed a die petitionis, & penes notarium dimisse, unde subaudirem scilicet, fiende, uel maxime, nisi in aliis suis partibus illud statutum uideretur quodammodo contrariari nostro, nam illud loquitur siue sit iudicium personalis actionis ad rem qualiscunq; sit ipsa personalis actio, hic autē loquitur præcipue de iudicio reali, uel in rē scripto uel mixto, & certe puto istū §. debere determinari ab illo statuto, quod in ea parte conformat se cū iure communi, ut larius ibi demonstraui, attento maximeq d. l. qui restituere etiam procedit in personalibus, ut in fine illius deciditur secundum ueriorem, & planiorem intelligentiam, quam Bart. sequitur & Angel.

i ¶ Posit. Victor enim electionem habet amplectēdi aliquando de pluribus remediis sibi competētibus, l. in litem iurare, uel interesse prestari, uel rei

in litem iurari[d] per uictorem: Et in eo quod iuratũ fuerit primo taxatione[b] a Iudice facta ante iuramẽtum uel post[c], executio fiat contra condemnatum[d], & in bonis ipsius, ac si ab ipso initio in sẽtẽtia, uel laudo, arbitrio, seu arbitramẽto deductum, & declaratum fuisset: ut supra in personalibus dictũ est. ¶Vbi autem culpa[e] possidere desierit quæ culpa semper præsumatur, nisi[f] probauerit se sine dolo amisisse possessionem, ut supra, nisi contrarium fuerit legitime probatũ, tũc, cõmune[g] interesse ueniat per sacramentũ declarandũ, & taxãdũ, ut supra; & in eo executio fiat, ut supra. ¶Dum tamen in aliquo casuum prædictorũ nullus septuagenarius[h], pupillus[i],

rei estimationem ut deducit glo. in d. l. qui restituere in uerbo condemnandus. Et uide tex. supra de eo qui aliena. seu possid. desierit in princ. in uersic. & ipsa re alienata, ubi etiam datur facultas uictori petendi executionem in re petita existente apud tertium possessorem, & nihilominus agere ad pœnam librarum centum tã contra alienãtem quàm contra scienter recipiẽtem aliquouis titulo, caue tamen quia tex. nõ exprimit quãdo res esset apud eum & non lit restituere an audiatur victor uolẽs in litem iurare non cupiens auferri manu militari, quod quidem de iure potest dicit ut glo. in d. l. qui restituere.

b ¶In litem iurari. Dictum est autem iuramẽtũ in litem eo q non nisi in Iudicio, & occasione litis, & cõdemnationis præcedentis deferẽdum est, vt dicit Ias. in rubrica. ff. de in litem iurando, ponendo differentias 13. inter tale iuramentum, & iuramentum litis decisiuum, istud. n. iuramentũ est duntaxat æstimatorium, & potest etiam dici decisoriũ æstimationis, vnde describitur, In litẽ iurare est suo ipsius iuramento rei quæ in litem idest in iudicio deducta est estimationem affectionis vel veritatis inire, & tantum est dicere talis habet facultatem iurandi in litem quantum, q eius iuramentum in infinitum etiam valeat sit quę testis in causa propria, late lo. Bap. Plotus in l. si quãdo nu. 869. vers. restat C. und. ui q in seq. nu. versi. incip. iuramẽtũ aũt, declarat q iuramentum in litem triplex est secundum Pau. Cast. Ias. & alios in Rub. ff. de in lit iur.. s. super interesse extra rem, vt in numis ad not. in l. numis de in lit iurã. super interesse affectionis, itẽ super interesse communi, quod tunc dicitur veritatis, puta quãdo defertur ad probandum veram rei ęstimationem, quod est improprie iuramentum in litem, vt dicit glo. in l. in actionibus in. §. fin. glo. mag. de in lit iur. & defertur quando nõ agitur aliqua ex illis actionibus bonę fidei, sed stricti iuris non arbitraria, ratione doli præcedentis, & probationis difficilis quia res est perempta, & agitur contra dolosum vel morosum l. in actionibus cum l. sequenti. ff. in litẽ iurãdo, & istud põt dici necessariũ nõ vere sed causatiue qñ alię ꝓbat: deficiũt.

b ¶Taxatione. Licet. n. a lege dẽtur. liberęq; sint iurandi in infinitum habenę, tamen ad arbitrium iudicãtis qui detulit remittitur intra quam summam, bonus, & c larus tex. in l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iurando, qui omnino legatur, decidens, q iudex possit non sequi in totum ex magna causa puta repertis probationibus.

c ¶Vel post. Non refert ante, vel post, quia non detegitur turpitudo iurãtis, quia (ut dixi) est de affectione, quã potest iudex nolle ex toto admittere, non tamen aliquis rubor nascitur ei, qui alter iurauit, secus in iuramento super expensis ad auth. post iuramentum. C. de iudiciis, ita Bar. declarat i d. l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iur.

d ¶Condemnatum. S. ad rem licet etiam res ipsa non extaret apud ipsum condemnatum, sed post ea executio fiat in alia re propter difficultatem restitutionis rei, ut habetur supra in statuto de eo qui aliena. in prin. & apud Doct. in l. uinum. ff. si cer. pe. not. etiã in l. qui restituere pallegata.

e ¶Culpa. Etiam lata quę licet aliàs dolo comparetur l. quod nerua depositi & l. i. §. i. ff. si mensor falsum modum &c. l. late de verbo. signif. tamen hic est vnus de casibus in quibus fallit regula, prout glo. ponit vna cum pluribus aliis in l. in actionibus. ff. de in litem iur.

f ¶Nisi. Hæc dictio stare non potest sed puto legi debere, si probaneri, quia semper presumitur dolo desiiisse possidere, a quo licet expurgauerit se, non tamen desinit quin a iure nostro culpa præsumatur.

g ¶Commune. Hoc uerbũ dicitur ad differẽtiam interesse singularis, nullo autem modo ad differentiam conuenti, quia pacta seruantur l. si. ff. de preto. stipulation. & inst. de uerbo. oblig. §. fi. de quibus speciebus habetur in l. unica. C. de eo quod interest, & sumpta est ista decisio, a d. l. qui restituere. §. si uero nec potest.

h ¶Septuagenarius. Hoc est unum de priuilegiis senectutis. Vide quinquaginta priuilegia cumulata ab And. Tiraq. in libro primogeniorum in præfatione operis a nu. 86. usq; ad finem præfationis. inter quæ tamen istud non est, nec cautum est a iure communi, quod sciam ego tantum scio q maior custodia adhibenda iuuenibus quam senibus, ut habetur in l. si ut certo. §. custodiam ubi glo. ff. comodati.

i ¶Pupillus. Bar. in l. neque. ff. de in ius uoc. argumento illius tex. dicit idem de iure communi; licet in trac. de carceribus, qui attribuitur Barto.

aliud uelit, & uide etiam Maria. Soci. in trac. de citat. articulo. 5. nu. 39. Et quia licet argumẽtari ab inclusione, unius ad exclusionem alterius, hic colligitur ꝙ maior pupillo, ideſt maior quatuordecim annorum poteſt capi, quicquid diſputando teneat Ang. ĩ. l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. x. de cuius dicto, quãtum eſt ad ius commune dubitat etiã Maria. in d. trac. & d. articulo. q. xx. Et caue quia hic uocat pupillos. i. impuberes i. minores quatuordecim annorum, iuxta glo. in ſimili exponentem in l. finali. §. primo. ff. de uerbo. oblig. iuncta. l. pupillus. ff. de uer. ſig. hoc eni priuilegium datur etati & nõ orbitati. Sed aduerte quia Roma. conſilio 49. incip. circa principiũ uidetur tenere ꝙ de iure commuui minor uigintiquinque annorum non poteſt capi pro debito ciuili.

furioſus,[a] uel mente captus,[b] ſeu mulier,[c] uel hæres[d] alicuius confeſſi, uel condemnati, cui competat beneficium Inuentarii a ſe legitime facti, uel eius nomine, perſonaliter capi, uel detineri poſsit, niſi ipſa talis mulier eſſet Caupona,[e] Tabernaria,[f] Hoſpitatrix, Stabularia, Meretrix,[g] Lena,[h] aut Matrona meretricum. ¶ Statuentes quod quilibet debitor confeſſus, uel conuictus debere aliquam mercedem diurnam poſſit & debeat detineri perſonali

a ¶ Furioſus. Iſti non poſſunt etiam nerbo citari, multo minus realiter carcerari pro debito. l. quicunque. ff. de ĩ ius uoc. per Maria. loco ubi ſupra nu. 44. & ſic poteſt conſtitui regula ꝙ omnes qui prohibentur citari uerbaliter, uel realiter, etiam prohibentur carcerari pro debito in. l prima & ſecunda & per totum titulum. ff. de in ius uoc. & per Maria. in. d. trac. Et nota ęquiparatione de pupillo ad furioſum. l. Fulcinus. §. adeo. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.

b ¶ Vel Mentecaptus. Is dicitur qui eſt abſque furore, & idem quôd delirus, ſeu fatuus, inſt. de curato. §. ſed an mente captus.

c ¶ Seu Mulier. Eſt tex. in auc. hodie. C. de officio diuer. iud. Bar. in trac. de carcer. columna ſecũda ubi limitat, quando ſic ſe obligaſſet cum renuntiatione beneficii ueleiani, & omni alii iuris, ac legum auxilio, ut quotidie fit in inſtrumentis not. Math. notat. 109. nota caſum quotidianum, uide etiam Maria. plura allegantem in tracta. de citat. in loco de quo ſupra nu. 39. & omnino Marſiliũ in practica ſua. §. attingam nu. 62. ubi limitat alio modo & eund. ſingul. 219. dixi tibi, & eund. ſing. 248. incip. conditio mulierum ubi ponit hoc inter priuilegia. plura mulierum, & Rebuf. in tract. de lit. obligato. articulo. xi. glo. tertia nu. 33. & uide Ang. in. §. eum quoq; ſub nu. 2. de actionibus, qui dubitat, ex quo reperitur ꝙ poteſt cedere bonis. l. penult. C. qui bon. cer. poſſunt; ſed illa loquitur ſecũdum iura. C. ſecus iure nouo, ut Saly. atteſtatur.

d ¶ Vel. Hęres, uide Saly. expreſſe hoc tenentem in. l. fi. §. & ſi prę fatam, ſeu in. §. in computatione, & ibidem Bal. C. de iur. delib. Marſil. etiã in prac, §. attingã nu. 59. uerſ. modo iuxta prędicta.

e ¶ Caupona. Ideo, hoc dicitur in caupona, quia uiliſsimum eſt exercitium, ut habetur in. l. 5. eodem tit. & genus eſt peſsimum, quia ſolẽt, ut plurimũ artem lenocinii exercere, uel eſſe meretrices. l. palam in principio & . §. ſi qua cauponam exercens ff. de ritu nup.

f ¶ Tabernaria. Ad hoc tex. in. l. humilem. §. 1. C. de inceſtis nuptiis, ubi aliâs perſonas comprehẽdit quę ſeruient pro ampliatione iſtius tex. Aymo. conſ. 163.

g ¶ Meretrix. Hoc iure cauetur expreſſe, quia ceſſat ratio. d. auth. ſed nouo iure. C. de cuſto. reorum, not. Ang. poſt Petrum in. l. quoniam ubi etiã Cy. C. de cuſto. reorum & Bal. in. l. conſentaneum col. ſin. C. quomodo & quando Iudex. Allegant tex. in argumentũ in. §. fi. in auc. de reſti. & ea quę parit quod uerũ eſt niſi eſſet in matrimonio, quia propter honorẽ matrimonii licet in honeſte uiuat, & meretrix dici poſsit ut probat. l. qui adulterii. C. de adulter. & Cor. conſ. 232. nu. 2. lib. 2. non poteſt carcerari ut not. uoluit Io. And. in titulo de iniuriis in principio in addit. ad Specul. argumento. l. ſi uxor. §. diuus. ff. de adul. not. Roma. in. l. ſi uero. §. de uiro in. 2. fall. ff. ſol. matri. Alex. in. l plerique. ff. de in ius uoc. Et dicta eſt meretrix à mercede ut grammatici dicunt, facit. l. idem & ſi. §. fi. ff. de cond. obtur. cauſam ubi Bal. punctaliter not. ꝙ probatur, ꝙ aliqua ſit meretrix, eo ipſo ꝙ probatur per pecuniam cõcubuiſſe, quia iſta eſt proprietas meretricum, & dicit tex. in. c. uidua. 34. diſt. ꝙ meretrix eſt illa quę multorum libidini paret, alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publice uenalis eſt. 32. q. 3. c. meretricis, qui uero dicatur multi uide glo. in. c. latores, de clerico. excommu. & eſt turpis perſona ideo, ea inſtituta competit fratri querela Ang. conſ. 171. & ſic intelligo meretricẽ non tantũ, quę in lupanario ſe proſtituit, ſed alibi mercede formã uenalem habet, ut in ſimili tex. in. l. palam. ff. de ritu nup. credo tamen idem in ea quę palam ſe proſtituat abſque mercede, ut in ſimili conſideratur in. d. l. palam. §. octauenus, unde Bal. in. d. l. conſentaneum. C. quomodo & quã do Iudex col. fi. dicit, ꝙ quęlibet fœmina luxurioſe uiuens capi poteſt, quod nota: pro intelligẽtia.

h ¶ Lena. Et hęc aſsimilatur meretrici, nã dicit tex. in. l. palã. §. lenocinium, ꝙ lenocineũ cõmittere, nõ minus eſt, q̃ corpore quęſtum exercere immo ut ibi tradidit glo. maius delictũ cõmittit lena quia peccat ĩſe & ĩ aliũ. Adde huic. §. (pro ut credo) ꝙ hęc exẽpla nõ mihi uidẽtur tollere diſpoſita à iure

re cõi, cũ adsunt aliç q̃plures psonç, quç carcerari non possunt ut P. Marsil. d. §. attingam col. pen. vbi de doctoribus dicit secundum glo. in l. medecos: C. de profes. & medic, lib. x. Ang. in. §. eum quoq; inst. de actio. & de clerico carcerato a laico iudice, vide etiã Bar. in tract. de carcer. colu. ii. & multo latius per Marian. in sæpe allegato tracta. de citat. vbi ponit regulam, q omnes personæ quæ non tenentur nisi inquãtũ facere possũt, & nõ possũt realiter citari, vt maritus, patrẽs, patrõus, dõator, socius iux. ea quç habẽtur in l. alia. §. elegãter sol. mat. & i l. rei iudicatç, & l. sunt personæ. ff. de re iudicata.

præcario, alias posset capi, per supradicta, nisi forte dominus prohiberet ingressum l. diuus. ff. de ser. Ru. præd. & l. iniuriarum. §. fi. l. qui domum alienam. ff. de iniuriis, de quo dicto dubitat Philip. Dec. in d. l. nemo de domo sua, nu. 4. de regu. iuris. vbi vide.

ter, donec satisfecerit, etiã nullo termino ei dato. ¶ Mandantes quod aliquis pro debito[a] capi non possit, uel extrahi in, & de aliqua domo[b], uel horto[c], uel uiridario ipsius domus, uel apotheca[d] sua,[e] uel alterius,[f] sub pœna cuilibet nũcio prædictis cõtrafaciẽti uiginti quinq; bonon. auri applicandorum tali sic capto, si eũ ad carceres præsentauerit. Et nihilominus dicta talis captura sit nulla ipso iure: & dictus sic captus incontinẽti relaxari debeat. ¶ Adiicientes insuper quod si quis Debitor alicuius steterit in carceribus Communis Bononiæ ad petitionẽ alicuius sui creditoris, unius, uel pluriũ spacio quatuor mẽsium[g], uel ultra a die carceratiõis ipsius numerandorum: & dictus debitor, uel filius dicti debitoris, uel eius uxor non habeãt[h] in bonis mobilibus, uel immobilibus unde possit ipse talis carceratus

a ¶ Pro debito. Subaudi quando debitor aliàs nõ esset supectus de fuga, nam tũc capi potest, etiã die feriata gl. fin. in l. fi. C. de feriis, eodẽ modo etiã quolibet loco, quia validum est argumentũ de tempore ad locum l. vinũ. ff. si cer. pet. Bal. & Ias. i l. pleriq;. ff. d in ius vocando, habetur in l. nemo de domo sua. ff. de reg. iuris.

b ¶ Domo. Dicitur in domo etiam si sit in hostio domus, quãdo hostium est clausura domus, quia pars domus, ad hoc Bal, in l. si ita. §. idem ait. ff. naut. caup. stab. secus si esset hostium extra clausuram domus vt habent Veronenses, vide Ias. in d. l. pleriq; in 4. limi.

c ¶ Horto. Vel viridario ipsius domus. i. domui destinato, taliter q vno prætio comparata sunt, argu. l. prædiis. §. penul. de leg. 3. licet nõ esset vnitus domui, pro vt forte requiritur de iure, arg. d. l. prædiis. §. fina. vel saltem q per domum habeatur accessus ad hortum, arg. d. l. §. Balneas, & idem potest dici de stabulo, & horreo, ut per Bal. & Pau. Castr. in l. fin. de serui. vrba. prædiorum.

d ¶ Apoteca. In contrarium est l. lex cornelia. ff. de iniuriis, Ias. in d. l. pleriq; in prima limitatione de in ius voc. vbi intelligit, etiam si domui iuncta fuerit apotecha, vel per apotecam ad domum iretur: Cautelam vero vt capi possit in domo tradit Bar. in l. cum eo. ff. ad l. iul. pecul. quæ an subsistat disputat Ias. in d. l. pleriq; xi. fall.

e ¶ Sua. Scilicet quando in ea habitat, non si alteri locasset, Bar. in l. nec in ea. ff. de adul. Ias. in l. pleriq; in vii. limitat.

f ¶ Vel alterius. Quam inhabitet ex conducto vel

g ¶ Spatio quatuor mensium. De iure communi probaretur, q statim deberet præstare alimenta, per Ray. de Foriliuio in l. iudicis C. de Epis. aud. quem refert & sequitur Bar. in trac. de carc. vers. fi. Marsil. in d. §. attingã col. fi. & Ang. in. §. fi. in fi. inst. de actio. vide glo. in l. fi. in ver. agnoscere. C. de errog. milit. anno. quæ uidetur dicere q ille qui facit custodire, tenetur soluere custodibus mercedem, Corsetus in singular. suis sub verbo expensa. Et scias q si iste carceratus steterit p duos, vel tres menses in carceribus, postea fuerit liberatus, iterum creditor ex eodem credito fecerit eum carcerari, debet fieri cũmulatio temporis, et sic tenetur creditor ad istam diurnã præstationem, quia est misericordia quadam inducta huiusmodi prouisio, ita fere in terminis Ias. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdict. omnium iudicum, argumento l. paulus in fi. ff. de libera. causa, Ang. in l. fi. §. quotiens. ff. de publica. ubi dixit, statuto cauetur q qui steterit in carcere per annum liberetur amore dei, certe intelligitur de anno continuo, aliaq; adducit concordantia Barbat. inter cons. Alex. in consi. cxxxv. lib. 4. col. i. vide tamen latius Cassaneum in lib. consu. Burgun. in titulo des iustices. §. ii. in glo, iii.

h ¶ Non habeant. Nemo enim fraudandus est alimentis quotidianis ad tex. in l. qui bonis. ff. de cess. bon. & inquit tex. in c. pasce fame morientẽ lxxxvi. distinct. si non paueris occidisti, si autem habeat vnde viuere possit, tunc de suo alẽdus est, vt. ff. de re iudicata. l. si victum, & ff. ad l. aquil. l. quæadmodum. §. magistratus, & extra de regularibus. c. ne religiosi, in auth. ut cum de appell. cogno. §. si vnum de prædictis, & in auth. de incestis nuptiis. §. si uero contingerit, in quibus probatur q a suis alendus est, quæ iura citat Lucas de pena in l. fin. col. iii. versi, item de captiuo. C. de errog. mi. anno. lib. xii. & Afflictus decisione. lxxi, & vide Guid. pape. decis. cexi. & 448. & generaliter

alimēta opportuna percipere[a], & habere teneatur dictus creditor, seu creditores, ad cuius, seu quorum petitionem ipse debitor detentus fuerit, dare, & soluerit dicto debitori, (hoc uolēte, & petente ipso debitore semel tātum a principio legitime[e]) duodecim[b] dēarios paruos[c] pro omni die pro uictu[d], & alimētis quotidianis dicti debitoris: nisi ipse creditor ad cuius petitiōem fuerit detētus infra terminum statuēdum per Iudicē probauerit, & per eū probatum fuerit, dictum debitorem, uxorem, uel filium, seu filios habere in bonis, uel bona possidere unde possit alimenta percipere, & habere. Et possit dictus creditor soluere dicto debitori pro quanto tempore sibi placuerit, & uoluerit offerēdo realiter id quod soluere tenetur, & ultra uocato dicto carcerato ad fenestrā in præsētia duorum testium. Et hoc teneatur facere dictus creditor, seu ipsi creditores, donec in dictis carceribus eum debitorem detineri contingat ad petitiōem dicti creditoris, seu ipsorum creditorum. Et prædicta etiam locum habeant in carceratis qui iā dicto tēpore in dictis carceribus steterint seu stabunt, & in futurum carcerandis. Alioquin ipso creditore cessāte in dicta solutione, & non probante ipsū debitorem, uxorem, uel filium, seu filios habere in bonis, ut supradictum est, debitor de dictis carceribus relaxetur impune, nec ad petitionem dicti creditoris, uel habentis causā ab eo ex causa pro qua detētus fuerit, uel alia quacūq; detineri possit infra sex menses a die qua fuerit relaxatus: Et si aliter detineretur relaxetur impūe. ¶ Et si quis relaxatus fuerit

nerale est ut Alexan. dicit in cons. 48. viso statuto col. i. lib. iii.

a ¶ Percipere. Nunquid saltem quo ad immobilia intelligi debeant, hæc verba respectu fructuum percipiendorū ex talibus immobilibus, an uero ꝙ cogatur vendere ꝑ alimentis consequendis? videretur fortassis aliquibus quod dicatur respectu fructuum, argumēto tex. & quod notat ibi Bart. in l. qui bonis. ff. de cess. bonorum, vbi non cogitur is qui cesserat bonis, vendere prædiū pro satisfaciēdo creditoribus, ex quo percipit alimēta, & qđ ponitur in l. Imperator. ff. ad trebel. & per Alex. in cōs. lxxii. viso processu lib. v. et Bald. in l. fi. §. ipsum autem. C. de bonis quę lib. vbi dicit per illum tex. ꝙ filius non dicitur posse alere se si non habet tot redditus quot viuere possit, nec tenetur vendere proprietatem, quod reputat notatu dignū. Item pondero ꝙ in fine. §. dicitur, nisi constiterit filium, vel vxorem habere in bonis vnde possint alimenta desumi: esset autem valde iniuriosum, & absurdū intelligere, ꝙ ipsi præsertim vxor cogeretur vendere fundos dotales forte, pro alimentando carceratum maritū. Sed certe in præsenti casu alia videtur esse mēs statuentium, tū quia de mobilibus raro percipiūtur fructus, & propterea necessario intelligendū est, mobilia debere vendi, pari ergo determinatione, idem censendum est de immobilibus, vt vna determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinet l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. subst. & statuētes si aliud voluissent sciuissent exprimere, ꝑ ut expsserūt ĩ stat. de dotib. restitu. §. insuper sta-

tuīmus. preterea hic tractatur de damno creditoris sine culpa sua, vnde seruiūt quæ ponūtur per Alex. in l. maritum in fine. ff. solu. ma. adde etiam prędictis Philip. Deci. & modernos in l. nemo de domo. ff. de reg. iuris.

b ¶ Duodecī. Quid si esset tempus penuriæ prout nunc est, ut non sufficiāt nec. xxiiii? dicēdū est attendi debere mentē statuentium, qui si interrogati fuissent determinassent debere dari quantum sufficiens sit pro alimonia, ad notata in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, & quia sumus in fauorabilibus ergo &c.

c ¶ Paruos. Ad differentiā denarii Romani, q pro decem assibus in solutionem cedebat, pendebat autem denarius siliquas 24. siliq; duo de viginti cōficiebāt dragmas tres, tres itaq; denarii cōficiebant dragmas quatuor, octo aūt dragmę conficiunt vnciā, vncia aūt sex cōstabat denariis, hæc ex Prisciano. Budeus autem libro de asse non vno in loco ostēdit dragmam vnam, & Romanum denarium eiusdem fuisse valoris, & ad gallicæ pecuniæ ęstimationem reductum valuisse solidis Turnonensis tribus, cum dimidio, vide etiam Cassaneum lib. com. consue. burg. Rub. 4. §. 24. glos. prima: de dragma autem est tex. i l. fi. ff. de decretis ab ordi. faci. noster vero denarius bis ītrat ad q̄drātē, & duodecies ad solidū.

d ¶ Pro victu, & alimētis. Synonima sunt l. verbo victus de verbor. signif. iuncta l. legatis alimentis de ali. legatis. Sed ex paruitate pecunię interpretor potius pro cibariis duntaxat, nec vnquam auditum est ꝙ creditor dederit pro vestimento aut lecto.

Pro non

de dictis carceribus pro aliquo debito, uel maleficio, quod ea die, pro eodem, uel pro aliquo alio debito capi, uel detineri non possit. Et si plures fuerint creditores qui ipsum debitorē fecerint detineri, sufficiat inter oēs soluere dictos duodecim denarios dicta de causa, si soluere omnes simul uoluerint: alias si quidam sic, & quidam non, relaxari mandetur, nec legitime detentus esse intelligatur pro nō soluētibus[a] pro aliis cūt, detineatur donec soluerint, ut dictū est: nec ad petitionē dicti non soluentis, & requisiti, ut supra, capi, seu sequestrari possit infra dictos sex menses a tempore quo fuerit de dictis carceribus extractus. ¶ Eo autem casu quo in bonis executio fieret, si contradictor alius quàm debitor, uel pro eo ueniens compareat, & contradicat ipsorum creditoris & contradictoris iura examinentur summarie[b], & de plano, & qui meliora iura habuerit præferatur. ¶ Quæ proxime dicta sunt de contradictore omnino expediantur intra triginta dies[c] continuos[d] a die comparitionis contradictoris, qui triginta dies currant, & pereant dicto tertio comparenti; quibus diebus eidem tertio peremptis, & elapsis in expēsis condemnetur. ¶ Prouidentes quod debitor in casibus prædictis, uel aliquibus aliis,[e] bonis cedendo non liberetur,[f] nec si detentus fuerit relaxetur, nec inducias quinquennales,[g] uel maioris, aut minoris temporis ad soluendum obtinere[h] possit, & ei cōcessæ, uel indultæ non ua

a ¶ Pro non soluentibus. Simile habetur in iure q aliquis latitare potest ad uersus aliquos suos creditores, & non latitare aduersus aliquos alios, ut habetur i. l. fulcinius. §. quid ergo & §. illud. ff. q. bus ex caus. in poss. ea. & hic carceratus propterea potest dicere quo ad te, liberas ędes habeo, iuxta l. loci corpus. §. competit ff. si ser. vendic.

b ¶ Summarie. Hic §. uirtualiter extractus est ex l. à diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. & caue, quia hic non additur sine strepitu & figura iudicij, prout exprimitur infra statuto de uocatis in iure, & non ueni. §. hoc addito. vide P. Rebuff. in tracta. de Arestis dum allegat doctrinā Bart. in l. si perlusorio. §. 1. ff. de appella. quālate amplia.

c ¶ Triginta dies. In statuto infra de instru. & testa. §. eo uero casu, dicitur, q causa tertii cōtradicentis executioni terminatur infra instantiam, quę sit principalis causæ præfixa, de qua fit mentio ī statuto de uocatis in iure & ueni. §. causę uero triginta quinq. libratum. Item in statuto de uocatis in iure & non ueni. §. hoc addito q. si quis alius &c. dicitur i eo casu dari decē dies, infra quos cōtradictor demonstret de meliori iure suo. Cogita.

d ¶ Cōtinuos. Intellige detractis feriatis in honorem dei, ut cauetur infra in prouisione d. Angeli §. ac etiam uolentes, aliàs fuisset dubitandum.

e ¶ Aliis casibus. Et forte restringi posset ad casus similes his qui enumerantur hic, scilicet quādo habent executionem paratam, uel ex iuris dispositione, uel ex formæ nostrorū statutorum, hoc ac minus derogetur iuri communi permittenti cessionem bonorū, nec mirū, cū multi sint casus etiā de iure in quibus moratoriæ non suffragantur, quos ponit Rebuffus in tracta. de literis dilatoriis glosa. 1. nu. 17. usque ad finem illius glosę, sunt namque decem & nouem casus ibi ab eo relati quos expediet uidere.

f ¶ Non liberetur. Scilicet à carceribus, quin intrudatur uel si intrusus fuerit non debebit eximi, ita indicant sequentia uerba, & hoc modo istud statutum est contra l. 1. C. q bonis cedere possunt. Si autem exponeres non liberetur, scilicet ab obligationibus, qb. tenebatur creditoribus, idem est de iure communi, quia secūdum ueriorem opinionē si ad pinguiorem fortunam deuenerit, poterit exigi, saltem in quātum facere potest, dic ut per Bar. in d. l. 1. & per Ang. in §. fi. inst. de act. col. 3. An hoc statutum maxime simpliciter intellectū ualeat. Alb. in prima parte statutorum. q. 17. uidetur innuere q non, uelut contra bonos mores, & contra libertatem hominis, sed aliter tenent doc. in l. alia. §. eleganter, ubi Alex. nu. 13. solu. matri. Utrum autē possit renūciari beneficio cessiōis, ibidem etiam ponit Bar. & tenet q regulariter nō possit. Et quid si iuratū sit aliud esse plures uoluerunt, ut ibidem ponitur per alios recitatos ab Alex. tamen uide plenam disputationem ī ultimis decis. Rotę decis. 27. icip. primus in data, ubi uidetur tenere q ualeat.

g ¶ Quinquennales. Sumptum est ex l. fina. C. qui bo. ced. possunt.

h ¶ Obtinere possit. Non ligantur manus principi qui potest remittere hāc cautionem ex causa, ita tenent Cy. Alb. Bal. Saly. & Ias. in d. l. uniuersa. C. de preci. Imper. off. sic consuluit Ioannes de Anania consi. 82. uiso statuto, ubi latè probat & clarum est argumēto c. statuimus de maioritate, & obedien.

¶ Idonea

leant ipso iure, nisi prius idonea [a] cautione præstita [b] de soluendo creditoribus in fine quinquénii, aut maioris uel minoris sibi adsoluendum concessi, uel indulti. Ita tamē quod nullus ad cumulum seu in numero creditorū [c] numeretur uel admittatur uigore alicuius litteræ, uel scriptæ priuatæ, quæ manu debitoris scripta diceretur, nisi debitū dictæ litteræ uel scriptæ per alias probationes legitimas uerificetur: quæ inducię in aliquo Mercatore, Campsore, uel Artifice fallente, & rumpente [d] locū sibi non uēdicent. ¶ Itē dicimus quod in aliquo casuum prædictorum executionem tangētium neutri partium succumbenti liceat appellare, [e] uel quouis mō [f] reclamare, nisi ratione, seu respectu excessus. [g] ¶ Nec possit Iudex aliquis appellationum suam sententiam diffinitiuam super appellatione, uel nullitate latam, uel sententiam, quam confirmauerit executiōi [h] mādare modo præ

a ¶ Idonea cautione. Hęc forma loquendi est in. l. uniuarsa. C. da prec. imper. off. quę interpręratur ꝓ satisdatione, uel pignoribus, vt notat in. l. sancimus. C. de uerbo. significat. per Oldr. cons. 68. incipit nomine cautionis, per Abb. in. c. si cautio da fid. instru.

b ¶ Pręstita. Intelliga si modo petita sit, vt p glo. & docto. in. d. l. uniuarsa ubi Ias. multa congerit similia, quod fortè nun est de mente literę ibi, nac etiam nostri staturi, tamen Alex. uidetur etiā sequi in cōsilio. 105. col. prima versi. secundo, libro. 2. ubi tamē uidetur ponare unam pulchram declarationē, scilicet ut sola petitio debiti suffiaiat pro petitione satisdationis. Item unam limitationem, scilicet quando debitor essat in carcerib. à quibus uolabat se liberare, quia ultronee habet offarre cautionem sicut quādo uellet se liberare à missione in possessionem bonorum, ut probatur in cap. pastoralis de officio ordinaaij, & ast da māta Angeli in auth. da exhib. aeis. §. si uaro etiam circa penul. colu. dum citat vulg. l. Iul. §. offerri. ff. da act. empt. uide plura pulchra in practica, in glosa Rituū regni, sub titulo da saluo conductu uel moratoria, ad quam semper recuraes.

c ¶ Creditorum: Si, puta, data sit à dabirora elactio creditoribus circa alterū ex duobus illis beneficiis iuxta. l. fi. C. qui bonis ced. possunt, & discordia sit inter illos, ual etiam circa idoneitatam fidaiussiones: tunc enim huiusmodi craditores nō sunt admittendi, in numerum, ad pręiudicium aliorum creditorū, attento ꝙ de facili possat fraus ex cogitari inuentis amicis, qui constituerant se da magna summa creditoras & hęc ast pręsumptio. l. scripturas, vt Bar. ibi declarat. C. qui bonis ced. possunt, nō autem intelligas quin fidaiussio sit pręstanda, etiam illis talibus, quia per hanc nō infertur pręiuditium alicui alii q̄ dabitori, argumento auth. sed iam necasse cum ibi notat. C. de donat. propter nup.

d ¶ Et rumpente. Fallitis anim, sau decotis nulla ast fides adhibenda, quia vt plurimum mentiuntur, Bal. consil. 400. nu. 3. in. v. par. & cons. 382. num. 10. in. v. parte, ubi propriè dicit, falliti ergo fraudatores, nec excusantur ob aduersam fortunam Qui autem dicantur falliti vida Ang. consilio. 61 & Dec. cons. 268. vide tracta. Cacial. de Debitore fugitiuo in prima. q. in secunda colu.

e ¶ Appellare. Scilicet ab exacutiona, siue sit executio facti à iudice commissa siue pronunciet de exequendo, secundū magis commune opinionē, vt habetur in. l. ab executore. ff. da appellatio. & i. l. ab executione. C. quorum appellatio: non recipiun. sacus tamen est in executione instrumantorum vbi semel tantum licet, vt habetur infra de instru. & testam. §. saluo.

f ¶ Quouis modo. Hoc dicit, quia reclamatio, est quadam terminus generalis, & refertur ad illas santentias a quibus de iure nō appellatur, vnde potest referri ad sententias arbitrorum, & tunc ast idam ꝙ reductio; potest etiā referri ad sententias in quibus nō datua appellatio, bene autem concedi solet supplicatio autē. quæ supplicatio. C. de præ. imper. off. late docet Maranta in speculo in. vi. parte §. secundus actus versicu. Reclamatio &c.

g ¶ Excessus. Hæc limitatio habetur da iure communi in supra citatis lagibus, qui excessus, vt doct. declarant, potest contingere pluribus modis, val non admittendo exceptionas, val exequendo ante tampus, vel in re in qua nō dabet, vel aliàs, vt notatur per glo. in. d. l. ab executione, & plenius in. c. quod ad consultationem de re iudicata, ideo quando appellatua à tali excassu, requiritur, ꝙ inseratua causa, vt Bart. dicit, de quo latissime p Fely. in eodē c. quod ad consultationem, vbi post disputationem concludit vatioram opi. Bar. Et non omittas scire, ꝙ Bal. in. l. à diuo pio. §. 1. q. v. de re iudicata, dubitat ad quem iudicam appellari debeat, an ad superiorē ipsius exequentis, an eius qui tulit sententiam de cuius executione agitur.

h ¶ Executioni. Hoc ast contra Auth. si quis litigantium. C. de episco. audientia & l. præcipimus. §. à his, ibi axaquentibus iudicata. C. de appel. quem allegat Cyn. in. l. aos. C. de appellat. & doct. in. l. à diuo pio in princ. vbi Bal. colu. tertia vers. quæro reuoco in dubium. ff. de re iudicata. vbi Alexander & c. scribentes.

¶ Pre

a ¶Pro debito. Scilicet unius causæ, etiam si esset debitor ex aliis causis, quæ simul cumulatæ excederent summam librarum trium, argumēto l. sancimus. §. si quis autē, C. do dona.

tentia aut duæ,[a] uidelicet una ſuper cauſa appellationis, & alia ſuper negocio principali, & ab ipſa, ſeu ipſis appelletur, tunc talis appellatio, ſeu appellationes ſint, & eſſe intelligantur ſecundæ appellationes: & committi debeāt dictis tribus ſecundis iudicibus de Collegio iudicum, ſeu uni ex eis. ¶Et quod ſupra dictum eſt de cōmiſsione negocii principalis, etiam ſimiliter obſeruari uolumus de quacunque cauſa appellationis a negocio principali, in qua ferreretur aliqua interlocutoria, uel grauamen: quæ committi poſsint (ſi petatur) cum ipſa cauſa appellationis ab interlocutoria, uel grauamine. ¶Dicti autem iudices in cognoſcendo, procedēdo, & terminando appellationum cauſas eis cōmiſſas modo, & forma in præſenti ſtatuto compræhenſis omnino teneantur ſeruare formam præſentis ſtatuti. Et ante omnia (ſi petitū fuerit) cognoſcere, & pronunciare an appellatio deuoluat,[b] nec ne ſaltem infra octo dies utiles, quo ad cauſam, proxime ſecuturos poſtquā petitū fuerit, ſub pœna iudici prædicta nō ſeruāti librarū centū bon. applicandarū pro tertia parte Cameræ cōis Bonon. & pro una tertia parte appellanti, uel petenti ſuper deuolutione appellationis cognoſci, & pro reliqua tertia parte cuicunq; iudici qui dictam pœnā totam exegerit, ſeu exigi fecerit, uel perſolui. quā quilibet officialis, & iudex ciuitatis Bononiæ ad ciuilia, ſeu criminalia deputatus, qui fuerit requiſitus, ſeu aditus ſub cōſimili pœna applicanda, & exigenda, ut ſupra: exigere, & exigi facere teneatur. ¶Et ſi ab interlocutoria, uel grauamine[c] appellari contiget inhibitio[d] fieri nō poſsit: niſi primo pars citata fuerit in cauſa prædicta: & niſi (etiam ſi petitū fuerit) prius facta pronūciatione prædicta. ¶Et ſi plures[e]

filiis, circa fin. de appellat. & ideo inſtante parte iudex debet pronūtiare, quia aliquando non deuoluit, vt quia ſit appellatum nulliter, vel non legitime.d.c.vt debitus, facit.c. Romana.§.ſi vero vocatis, eodem titulo, vbi dicit, ꝙ conſtare debet iudici ad quem, an negotium per appellationem ſibi deuolutum ſit, quod fiet altera parte citata.

c ¶Grauamine. Scilicet iudiciali: nam ſi appelletur ab extra iudiciali, iudex ad quem etiam poſt quam cœpit cognoſcere, non poteſt inhibere parti, quia propter appellationem cuiuſque, quis non debet ſua poſſ. priuari, per appellationem etenim iuriſdictio tantū ad iudicem. transfertur, ita in terminis Speculator in.d.titulo de appel. §.de officio col.ii.verſic. quid ſi extra iudicium appelletur?

d ¶Inhibitio. Formā inhibitionis ponit Specu. in titu.de citation.§. dicto. verſic. porro: effectuſq; inhibitionis eſt magnus, vt habetur in cap. non ſolum de appell. in vi.per Specul. in titulo de appell.libro ſecundo § nouiſsime, verſic.& nota, ſcilicet ꝓpter reuocationem attentatorum, & pro his etiam vide omnino Aretinum cōſilio.20. qui not. declarat.

e ¶Et ſi plures. Idem repetitur ſupra in principio. verſic.ſi vero, & cōtradicit deciſioni tex.in clem. prima đ appella. & quę ibi notātur, Sed quid ſi aliqui detulerint, aliqui non? hæc.q.in terminis iuris cōmunis habetur ꝑ Card. in.d. clem.q 25. cū duabus ſeq. ſed hic videtur ꝙ ſufficiat ab vno eſſe delatum.

ſimul pronunciauerint, ſufficiat corã uno ipſorum appellari: ita quod appellatio ab,ſeu coram uno,ceſeatur ab,ſeu coram omnibus interpoſita. ❡Dictos namque ſex iudices,uidelicet, tres primorum ſex menſium, & tres ſecundorum ſex menſium primarum appellationum interpoſitarum, ſeu imponendarum a ſententiis diffinitiuis latis ſuper principali cauſa,uel ab interlocutoria,ut ſupra. Et ſimiliter ſex iudices,ſecundarum appellationum eligi debere anno quolibet ordinamus de menſe Decembris, uidelicet tres iudices,pro primis appellationibus,& tres alios pro ſecundis appellationibus, pro primo ſemeſtri anni proxime futuri incipiendi in Calendis menſis Ianuarii tunc proxime uenturi:& etiam alios tres iudices pro primis appellationibus,& alios tres pro ſecundis appellationibus,pro alio ſecundo ſemeſtri incipiendo in Calendis menſis Iulii, cuiuslibet anni per eximios dominos Priorem & Doctores dicti Collegii doctorum Ciuit.Bonon.uel per illos ex eis,per quos doctores dicti Collegii talem electionem fieri duxerint & ordinauerint:Quos per optatam ſalutẽ obſecramus, quòd in eligendis dictis iudicibus debeant diligenter aduertere, ita quòd tales eligãt ex eis doctores, de quibus ſpes uerisimilis miniſtrandæ iuſtitiæ haberi poſsit. Nec poſsit aliquis dictorum iudicum pro maiori tempore eligi,uel deputari, quam pro uno ſemeſtri ❡Eo tamen ſaluo quod etiam finito ſemeſtri,pro quo electi fuerint cauſas eis cõmiſſas, durante dicto ſemeſtri,continuare poſsint audire,in eis procedere, & illas per ſententiam cognoſcere,& terminare, nõ obſtante lapſu dicti eorum ſemeſtris,& modo & forma infra dicẽdis. ❡Et quod nullus ex dictis Iudicibus dicti Collegii eligi, uel aſſumi poſsit quouis modo in aliquem ex iudicibus dictarũ cauſarũ,niſi fuerint,& ſint Bononiæ doctorati,examinati, & approbati in examine Collegii dominorum Doctorum iuris Canonici,uel Ciuilis Bon. ❡Suprascriptæ autem appellationes per teſtes[a] probari non poſsint,nec probatio ſuper eis facta ualeat quoquomodo. ❡ Et etiam Ordinamus quod appellans non repellatur, quamuis ipſe,uel alius qui pro eo in iudicio interuenerit perſonaliter citatus, contumax fuerit, tacite,[b] uel expreſſe,uel tacens non uenerit ad ſententiam audiendam. ❡Quas quidem appellationes ſuprascriptas uolumus per appellantem[c], ſeu pro eius parte, & nomine a præfato

a ¶Per teſtes: Planum eſt de iure communi in appellatione, quæ fit in ſcriptis, at ubi appellatio fit uiua voce, licet redigatur in actis per notarium, vt ſupra dixi, & per Salyc.in l. cum ſpeciali nu.7.C.de iudi.tamen poteſt de iure communi probari per teſtes, quia eſſicitur de actis, acta autem de iure communi probantur regulariter per teſtes,vt concludunt Doc. mod. in c.in præſentia poſt Abb. in d. cap. quoniam contra verſ.fin.extra de proba. Ita in terminis vult Bal. in auc. litigatoribus C. de appell. Sed nunquid amiſſa ſcriptura tenor probari poterit per teſtes? De iure communi poteſt, quia illud quod dicitur,acta quæ ſcripturam exigunt, aliquando nõ poſſunt probari per teſtes, vt nota.in l.ne in arbitris.C.de arbitr.intelligitur quando ſcriptura facta non fuit, at vbi ſcriptura probatur facta, & probatur amiſſio,& illius tenor,admittitur talis probatio, ita Bart. declarat licet paucis verbis in d. l. ne in arbitris,late Phi. Decius in d.c.quoniam contra, & Panormita.in c. ſicut de re iudi. Vide gloſ.in c.cordi in glo.infraſcriptis extr.de appel.in vi.

b ¶Tacitè, vel expreſsè. Intelligo ſiue ſit uerus, ſiue fictus contumax, quicquid ſit de iure cõmuni, quo clare dicitur quòd uerus contumax, non appellat. l. ex conſenſu §.fina.de appellatio.vbi gloſ. declarat, & Felyn.in c.quo ad conſultationem nu. xxxiii. verſic.conſidera duos caſus extra de re iudi cum infinitis aliis locis, verus autem contumax eſt quando dixit nollo uenire, vel aliis modis, vt nota.in d.l.ex conſenſu per Bar.& in.l.1.C.quorum appellatio non recipiun.

c ¶Per appellantẽ; Quid ſi appellatus præueniẽs faciat ſupplicationẽ iuxta c.oblatæ de appellatio. an ſtatutum vendicet locum? nam verba non deſeruiũt, vide verbum vnum Alex conſi. 19.lib.1.col. fi. φ mens ſit attendenda.

fato

fato domino Legato, seu Gubernatore prædicto oblata in scriptis petitione, seu supplicatione debere peti[a] committi uni uel pluribus ex suprascriptis iudicibus modo, & forma, & ordine ut supra declaratis infra sex dies[b] continuos[c] proxime secuturos post diem[d] interpositæ appellationis[e]: de cuius petitionis, seu supplicatiõis, præsentatiõe[f] facta dicto domino Legato, seu Gubernatori prædicto sufficiat apparere per scripturam Datarii, seu Secretarii, uel Cãcellarii dicti domini Legati, seu Gubernatoris Bononiæ faciendam, & factam super carta ipsius petitionis, seu supplicationis in fine, seu a tergo ipsius per hæc uerba, uidelicet. Præsentata fuit die tali. apponẽdo diem in qua fuit præsentata, cum anno, & mense. Et dictam huiusmodi scripturam supplicationibus, seu petitionibus commissionum huiusmodi causarum sic factã, & scriptam diei datæ dictarum commissionum, & earum rescriptorũ præfati domini Legati, seu Gubernatoris prædicti in dubio censeri, & præsumi uolumus esse manu Datarii, seu secretarii, uel cancellarii, præfati domini Legati, seu Gubernatoris per eum ad hoc deputati: nisi contrarium probaretur. ¶ Et successiue post

a ¶ Debere peti: Ad hoc decisio Alexã. consil. 19. col. 2. lib. 1. post quodam angeli consil. de quo meminit, scilicet quia semper intelligitur, si petitum fuerit, & sic cum inducat hoc statutum aliquid de nouo dicitur data forma, vt per Ancha. consi. 36. nu. 1. nã & statuta omnia, vt patet in conclusione eorum in §. & ꝙ omnia, vbi mandat omnia contenta in statutis inuiolabiliter custodiri, habent in effectu decretum irritatiuũ, quod est præcipuum signum formę, iuxta not. in l. 1. ff. de libe. & posthu. & per Felyn. in ca. cũ dilecta in v. signo de rescrip. & addatur ꝙ statutum præfigit certum tempus ad actum faciendum ergo censetur tradita forma, vt in authẽ. quæ supplicatio, & ibi Salyc. C. de precib. imper. off. not. Bald. in. l. omnes populi in vltima col. ff. de iusti. & iure, dicendo a forma statuti non esse recedendum, adeo quôd si statutum requirit tempus, & nos requiramus, & plures concor. cõgerit Brutus in tract. de forma, Rub. Quid & quãdo aliquid censeatur traditum pro forma col. 46. versicu. sit ergo conclus. est folio mihi 44. col. 2. secũdum magnam impręssionẽ, sequitur igitur, quòd sit nulla cõmissio non præsentata infra tempus, dato ꝙ sit signata.

b ¶ Sex dies: Caue notanter, quia hoc tempus est præfinitum supplicationi, non autem commissioni, seu impetrationi, quia mora signaturæ non debet esse damnosa appellanti ad auth. sed lis C. de tempo. appella. vbi Bald. vnde cautela est pro appellante ꝙ curet, atque faciat principem se offerre paratum cõmittere causam appellationis, ita visum fuit alias seruari Bono. vide Alex. consi. 164. secundo volu. nu. 5. vbi docet, ꝙ appellans debeat vti maxima diligentia in faciendo causam committi per l. fin. §. illud, ibi summa ope nixum de temp. appell.

c ¶ Continuos; Hoc etiam de iure communi est, vt formaliter dicit Saly. in l. 1. C. de feriis.

d ¶ Post diẽ interpositæ appellationis; Et sic dies appellationis cedit commodo appellantis, prout dicitur in tempore prosequendæ, quod currit a die interpositæ appellationis cle. sicut de appellation. cuius decisio fuit summè vtilis ad sedandam controuersiam inter antiquos, quorum opin. recitat Accursius in l. fi. C. de temporibus appellationum, & latius in d. clem. sicut.

e ¶ Appellationis; Si duę appellationes pręponantur altera in uoce, altera ex post inscriptis à qua incipient hi sex dies? est controuersia non modica, & secundum magis communem opinionẽ legistarũ, videtur quòd debeat ĩcipere a prima: ideó cautius agit appellare nolẽs solummodo in scriptis appellationẽ facere, & quidem vltima die, Bald. in auth. litigatoribus C. de appellati. & Bar. in l. cum procurator. §. si dominus versic. iuxta prædicta de no. ope. nunti. sed Canonistæ tenent, ꝙ imò currant a tempore secundę appellationis in scriptis, vt per Abb. in c. bonę de appe. vbi latè Deci. col. fina. latius omnibus Francus in ca. tua nobis 3. col. cũ pluribus seque. de appe. Sed quid de illa practica. appello viua uoce saluo iure appellãdi in scriptis? vide eundem Bar. & alios doct. in locis supra citatis, volentes pro maiori parte standum esse primę, licet etiam multi contradicant. Adde Lanfrancum in c. quoniam contra in verbo interlocutorię nu. 42. de prob.

f ¶ Pręsentatione. Nã habet literas pręsentare, & ante pręsentationem non acquiritur iurisdictio iudici, est enim secundũ aliquos in potestate sua pręsentare vel non, quia potest lacerare: Alij dicunt, ꝙ imò cogi potest per alteram partem pręsentare, quia sunt effectæ communes postquàm sunt impetratę ita refert Inno. in c. ex cõquestione de resti. spol. sed certe verior est prima, vt per Abb.

commissionem,[a] & rescriptum dictæ appellationis, & eius causæ teneatur, & debeat ipse appellãs infra quinq; dies[b] utiles quo ad causam a die cõmissionis prædictæ exclusiue numerãdos. (Saluis tamen infra dispositis quo ad causam comitatinorum, seu habitatorum comitatus Bononiæ, de quibus infra circa finem præsentis statuti aliter est dispositum) producere, & præsentare dictam commissionem, & eius rescriptũ, coram eo, uel eis, cui; seu quibus contmissa fuerit, si eius copia haberi poterit, alias coram uno alio ex reliquis tribus iudicibus illius numeri de quo fuerit talis iudex, cuius copia haberi non posset, una cum instrumẽto[c] appellationis parte appellata præsente, uel legitime citata, uel eius procuratorę, seu alio, qui eius nomine, seu pro eã interuenisset ad faciendũ[d] proferri sententiã, seu fieri grauamẽ a qua, uel quo fuisset appellatum, & ad cuius petitionem tãlis sententia, seu grauamen lata, uel latũ

Abb. in c. 1. nu. 7. de seq. poss. & fructu. & literæ secundæ non reuocant primas nisi facta præsentia c. si duobus de appella. Abb. ex illo text. in c. audita de resti. spoliatorum.

a ¶ Commissionem, & eius rescriptum. Nota duo nomina pro eodẽ, sunt & alia nomina in iure aliquando enim vocantur sacri affatus. l. penult. C. de diuer. rescrip. & sacrum oraculum. l. & si legibus. C. si contra ius, vel vtil. publicam. l. fin. C. de diuer. rescrip. & aliquando sacræ formæ, aut iussiones, vt in authen. in medio litis non fieri sacras formas, nominatur principalis concessio in l. si quando. C. de inoff. testamento, & diuersa iussio, & sacræ literæ l. vni. C. de mãd. princ. vel simpliciter literæ, vt in c. ij. & per totum de rescriptionibus, Et q; legatus possit concedere rescripta facit. c. fin. & ibi Antonius de butrio de off. lega. probat tex. in clem. 1. de rescrip. iuncta rub. & c. j. de locato, & dici potest rescriptum, quasi rursus scriptũ habita rõne supplicationis partis, pars enim scribit supplicationem de qua supra, & legatus illam rescribit, & quia rescribitur narratio & supplicatio partis ideo rescriptum dictum est hodie ex stilo sola signatura apposita supplicationi, producitur suplicatio in causa appellationis, & sufficit, propterea rectius vocatur commissio.

b ¶ Quinque dies. Caue quia hoc tempus non erit necessarium obseruari vbi appellatio facta fuerit ad Papam immediate, quia statutum non loquitur hoc casu, vide in hoc multa argumenta per Ludu. Gozadi. cons. 101. incip. audio dubitari contra quoddam cons. Rom. in ordine secũdum vbi tenebat, etiã si ad sedem sit appellatum nihilominus deuolui ad legatum, cũ Gozad. cõtradicit abunde diserens, & placet mihi.

c ¶ Instrumento. Appellans habet pbare se appellasse, & producere instrumentum appellationis, quia est fundamentum intentionis suæ. l. quoniã C. de app. Bald. in. l. hi qui ad ciuilia. C. de appell. vbi etiam Alex. nec potest constare iurisdictionẽ deuolutam, & q; sit appellatum congruo loco & tempore nisi ostensa etiam sententia Io. And. in c. Romana. §. si vero de appell. in. 6. ideo si iudex ad

quem absque causæ cognitione saltem summaria appellationem statim recipiat. potest ab eo appellari, & fortius si concedat inhibitorias secundum Bart. in. l. j. in fi. C. quorum app. non recip. tempera tamen nisi appellatus preueniret, quia ei incũbit onus pbandi appellatum fuisse, vt not. in c. 1. de elect. lib. 6. & c. causam de elect. Abb. in c. in præsentia col fina. de renuncia. vide Iasre. decis. 466. vide tamen Perusi. in c. ex ratione nu. 43. de appellat. vbi allegat Ang. in cons. quodã tenere q; iudex potest interrogare quandocunq; ante sententiam ipsum appellatum, an lata fuerit sententia a qua dicitur appellatum, & si cõfessus sit sufficit, qa constat de sententia per confessionẽ. si negauerit latam bonum erit pro appellante, quia amplius non molestabitur, & imponi poterit appellato perpetuum silentium, vt non possit amplius se de illa valere fuit dictũ prius ab Inno. in c. G. ppetuus de fide instru. de quo Bar. meminit in. l. ij C. de edẽdo. Vide latissime congesta in libro meo manu scripto sub signo C cõclu. 220. Quid si iudex a quo, vellit sibi exhiberi instrumentum appellationis an cogatur appellãs? tractat Gemin. in c. appellatio de app. in vi. & eum refert Frãcus in c. si iustus metus in. xij. q. de appella. vbi distinguitur aut est talis appellatio in qua requiritur causę expressio, vt interlocutoriis, & i diffinitiuis quãdoque iuxta. c. Romana. §. sin autem de app. & tunc tenetur ad petitionẽ iudicis a quo ei præsentare, vt scire possit causas expressas & deliberare super illis in tradendis apostolis, sed cum iure isto municipali non arctetur ad apostolos dandos ideo cessabit prædicta distinctio, quia in dubio debet deferri appellationi secundum Inno. in c. dilectus de rescrip.

d ¶ Ad faciendum. Nota ergo debere citari procuratorem appellati constitutum iam in causa principali, quod videtur mirum, quia functus videtur officio suo. maxime appellando, sed non tenetur prosequi, vt habetur in. l. inuitus. C. de procur. nã alia est instantia principalis, alia appellationis. vt probatur in. l. fina. C. de testib. & in. l. per hãc. C. de tempotib. appella.

¶ Reuocatum.

fuisset: ita quod sufficiat productionem talis commissionis, & rescripti, & appellationis prædictæ facere, & factam esse, infra dictos quinque dies utiles, quo ad causam, præsente, uel legitime citato eo, qui suo, uel alieno nomine talem sententiam, uel tale grauamen proferri, uel fieri instituisset, etiam si appareret ipsum post prolationem talis sententiæ, uel grauaminis fuisse interim reuocatum [a] expresse, [b] uel tacite. ¶ Et prædicta sufficiant quo ad præsentationem, & productionem commissionis, & rescripti, atque appellationis prædictæ, & quæ tunc temporis, uel ante in causa ipsius appellationis: seu eius uigore fieri debuissent ante dictam productionem. et siue dicta reuocatio dicto appellanti ante dictam productionem dictarum commissionum, & appellationum, innotuisset siue non. In aliis uero actis postea faciēdis, etiam sufficiant illa cum eo fieri, qui sententiam, seu grauamen fieri, uel proferri fecisset, donec appellanti, uel eius procuratori, cum quo, uel per quem causa ageretur, legitime constiterit de reuocatione [c] prædicta. ¶ Et fiat, & fieri debeat productio commissionis, & appellationis huiusmodi die iuridica, seu utili quo ad causam. ¶ Et quod coram illo, uel illis, cui, seu quibus causæ prædictæ commissæ fuerint, ut supra, processus causæ fieri possit, & debeat, & per eum, uel eos, seu coram eo, uel eis solo, uel solis: si eius, seu eorum copia haberi poterit: alias coram uno ex coniudicibus prædictis procedi usque ad sententiam, seu sententias (de quibus infra proxime dicetur) exclusiue. ¶ Et an in suprascriptis casibus, uel eorum aliquo copia Iudicis haberi possit, uel non, stari debeat scripturæ, seu actis requisitionis talis iudicis scriptæ rogatæ per Notarium causæ, seu per alium Notarium: quæ [d] fieri debeat in Palatio [e] ueteri iuridico, & ad discum appellationum hora in talibus iuridica, seu in alio loco in tali causa iuridico. ¶ Ordinantes quod nullus doctorum iudicum in causis prædictis sibi commissis, uel earum aliqua sententiam diffinitiuam, aliquam quæcunque fuerit, nec aliquam interlocutoriam super desertione [f], uel super deuolutione, uel non deuolutione ipsius causæ appellationis, uel impedientem, seu tollentem ulteriorem processum, uel super restitutione [g], seu reuocatione [h] attentatorum, seu innouatorum post latam talem sententiam, & ante, uel post appellationem interpositam a tali sententia diffinitiua, uel interlocutoria, seu grauamine, aut dicta lite, & causa pendente reuocare, nec aliquam aliam declarationem super eo de quo principaliter ageretur finem imponentem facere. Nec aliquam aliam, quæ uim, seu naturam sententiæ

a ¶ Reuocatum. Et sic nota ꝙ non intelligitur cessare officium procuratoris ad lites lata sententia habemus tex. in. l. inuitus. C. de procura. c. non iniuste ext. eod. ideo si reuocetur præsumitur in fraudem factum.

b ¶ Expresse vel tacite. His duobus modis procuratorum reuocatur: prosequere late per practicum papi. in forma respons. libelli in act. hypotecaria in glo. mandatū, traditur in. c. si quem de procu. in vi.

c ¶ Reuocatione. Iuxta regulam. l. i. C. de satisda. & l. si procuratorem. ff. de proc. iunc. l. vero procuratori. §. primo. ff. de solut. vbi glo. & doc. qui distingunt ꝙ debet innotescere iudici, & parti quando procurator fuit deputatus in actis contra certas personas, si autem extra iudicium sufficit quôd innotescat parti.

d ¶ Quæ. Scilicet scriptura, vel quæ requisitio.

e ¶ In palatio. Facit. l. i. §. dies versic. quid ergo. ff. quando appell. sit.

f ¶ Super desertione. Hoc videtur habere uim diffinitiue, ex quo diffinit articulū, seu causam appe. ita Bald. in. l. a. circa fin. C. de episc. et cler. Et Rota decis. lxxxvi. in nouis incipit si a pronūc. Phil. Franc. in. c. cum cessante nu. xlvi. de appe. Feli. in rub. de re iud. nu. xxv.

g ¶ Vel restitutione. Scilicet in integrum; facit. l. metum la. 2. §. sed ꝙ prætor ait, ibi me assidente interlocutum. ff. quod me. cau.

h ¶ Reuocatione. Quia per eam non diffinitur negotium princip. glos. in. c. non solum in gloss. magna in fin. de appell. in. vj. sed Rota decis. 86.

diffinitiuæ saperet proferre possit, uel debeat: nisi cum reliquis suis consociis[a] iudicibus appellationum prædictarum, seu uno ex eis simul[b] conuocatis: & nisi ipse simul cum dictis reliquis ex dictis tribus sui ordinis, & numeri, uel cum uno eorum. Qui omnes, seu duo ex eis concorditer talem debeant proferre sententiam, seu facere declarationem.

¶ In quibus quidem sententiis proferendis per quoscunque iudices, & officiales, tam in causis principalibus[c] quam appellationum[d] quaruncunqne[e] prædictarum inseri, & exprimi debeant causæ principaliter mouentes ipsos iudices, & eorum animos, ad tales sententias sic proferendas. Volentes ideo dictam causam, seu causas exprimi: ut magis aduertant, & considerent, qui habent iudicare, & ut erubescant ponere falsa pro ueris: & ut facilius cognosci possit quantum iuste iudicauerint. ¶ Et si aliqua causa expressa in sententia reperiretur non fuisse uera, ex hoc non uitietur ipsa sententia: nisi si, & prout uidebitur Iudici, & seu iudicibus: qui de iniustitia uel nullitate dictæ sententiæ per uiam appellationis, seu quærelæ cognoscere, uel iudicare haberet: uel nisi Iudici, seu iudicibus qui de nullitate dictæ sententiæ per uiam principalis petitionis, de qua & prout in sequenti statuto continetur cognoscerent, & ostenderent dictam sententiam ex ipsins sententiæ tenore ex illa sola causa, seu ex illis solis causis expræssa, seu expræssis, & quæ falsa, seu falsæ dicerentur latam esse, & dictam causam, uel causas falsas esse. Quibus casibus irritari, & annullari possint, seu nulla pronunciari: si & prout iudicanti uidebitur iuris esse.[f] ¶ Pena cuilibet Iudici, qui in prædictis, uel eorum aliquo contrafecerit uice qualibet librarum ducentarum bononenorum de facto auferendarũ per dominum Potestatem Bononiæ, & quemcunque ex suis iudicibus, qui super hoc requisitus fuerit, & pro tertia parte applicandarum Cameræ Communis Bononiæ, & pro alia tertia parte illi parti, uel partibus contra quam, uel quas dicta sententia lata fuerit in totum, uel in partem: & quæ ex ea sentiret, seu sentierent se grauatam, seu grauatas: & pro reliqua tertia parte domino Potestati, uel Iudici, qui eam totam exegerit, seu exigi, & persolui fecerit. ¶ Pœna ipsi domino Potestati, & cuiliber ex suis Iudicibus qui in prædictis requisitus negligens fuerit librarum centum bononenorum auferendarum tempore sui sindicatus per sindicos ad eum, uel eos sindicandum deputatos, & applicanda similiter pro tertia parte Cameræ Communis Bononiæ, & pro alia tertia parte illi qui ex dicta sententia aliter lata sentiret se grauatum: & pro reliqua tertia parte ipsis sindicatoribus, si dictam

pœnam

in nouis dicit, q habetur uim diffinitiuę Franc. in.c. cum cessante, num. 47. de appel.

a ¶ Consociis. Intelligo quando pluribus fuerit commissa causa appellationis, nõ si vni tantum: facit. l. si intres. ff. de arbitris & l. duo ex tribus ff. de re iudi.

b ¶ Simul. Idest si omnes tamen sint citati & moniti, vt simul conueniant.

c ¶ Principalibus. Hoc est contra ius communi ex quo oritur illud dictum, fatuus est iudex qui ponit causam in sententia sua quia cũ non teneatur exprimere exprimendo ponit eam in discrimine probato q dicta causa nõ esset vera. c. sicut de re iudi. per Bar. in. l. qui testamento. §. fi. de excus. tut. nulla enim expressa causa videtur motus iudex ex illa veriori, quæ ex actis colligi posset, & licet sit Regula talis, tamen habet plures limitationes quas ponit Laufrancus in. c. quoniam contra in verbo interlocutoriæ numero. 39 de probat. & Fely. in dicto. c. sicut numero. 22. vide etiam Firma. in verbo sententia cum causa versicu. octauo, vbi multa citat. corrigitur tamen infra in prouisione Angel. §. qui iudices, & rectius.

d ¶ Appellationũ. Hæc fuit opinio glosæ in dicto c. sicut, sed Panor. ibi tenet q nullibi iure caueatur, & propterea sufficit dicere, bene appellatum & male iudicatum, licet honestius esset exprimi causam propter honorẽ iudicis à quo.

e ¶ Quarumcunque. Siue super interlocutoriis, siue super causis principalibus.

f ¶ Iuris esse. Est autem iu

pœnam totam exigerint, & persolui fecerint. ℂ Et quod dicti reliqui Iudices, seu alter eorum quibus relatio, seu communicatio dubiorum prædictorum facta fuerit teneantur, & debeant sub consimili pœna ut supra, dictis iudicibns imposita, & exigenda, & applicanda ut supra, dictam sententiam pro ferre infra tempus instantiæ. ℂ Et an, & quantum de instantia super sit, & quæ, & qualis, & quanta instantia sit seruanda in quolibet casu, & in quacunque causa, & tam principali, quam appellationis, seu querelæ, stari uolumus declarationi iudicis coram quo uerteretur: nisi ex actis causæ contrarium constaret, & appareret. ℂ Hortantes [a] dictos iudices, & mandantes eisdem sub dicta pœna, quod debeant esse studiosi, & diligentes in iustitia ministranda, & quod in se habere debeant cordium puritatem, & manuum munditiam, & consiliorum suorum sanitatem, & integritatem, ita quod honori suo, uel iustitiæ debito in nullo detrahant. ℂ Et quod singulis diebus, & solum horis iuridicis durante eorum officio possint, & debeant conuenire in palatio ueteri iuridico domini Potestatis ad banchum appellationum, & ibidem sedere, & ius reddere in causis sibi commissis. ℂ Et etiam finito tempore eorum semestris pro quo electi fuerint, possint causas sibi durante dicto semestri commissas expedire, [b] & cognoscere, & perinde, & modo, & forma, & quibus, & prout poterant, & fieri debuissent ante finem dicti semestris, & alia facere ut supra dictum est. ℂ Et pro prædictis etiam finito dicto semestri conuenire debeant, si & quotiens fuerit opportunum: & super hoc fuerint requisiti: nisi fuerint aliquo iusto impedimento impediti. ℂ Ipsam autem appellationem; & appellationis causam interpositam a sententia diffinitiua, uel quæ sapiat [c] naturam diffinitiuæ quantitatis rei, uel facti, uel æstimationis a uiginti quinque libris bononenorum supra, uel quæ æstimationem non recipiat. De qua tamen æstimatione maiori, & an æstimationem recipiat, uel non, stetur declarationi [d] Iudicis: si in dubium uertatur, teneatur dictus appellator per se, uel alium prosequi, & terminari facere infra uiginti dies [e] utiles, & iuridicos probatorios a die præsentationis ipsius appellationis legitimæ faciendæ, & factæ, & sine alia petitione,

tis secundum communem conclusionem quã tradit Ange. in l. qui Romæ. §. duo fratres Alexander numero 38. de verbo. obligationib. vbi sententia habes causam falsam non est nulla, fallit tamen in quinq; casibus, prout per ipsum Ang. cui Alex. addit duas alias, ad ibi dicta te remitto.

a ¶ Hortantes. Quale autẽ debeat esse iudicantis officium, vide Specul. de officio ordi. §. officium ordinarij, & aliquid in l. secunda. C. de edendo vbi dicit, ꝙ debet iudex præstare se diligentem in inuestiganda veritate & vide Firma. in suo aureo repertorio in verbo iudex qualis.

b ¶ Expedire. Hoc est regulariter etiam in negotiorũ gestoribus, vel sociis & similibus. ff. de nego. gestis. l. nam & seruius. §. si uiuo &c. ff. pro socio. l. heres socij gl. ist. mandati. §. itẽ si adhuc cum aliis similib. vbi ẽt notatur ꝙ validũ est argumentũ de mãdato ad delegationem regulariter de quo etiam per Ias. in. l. more in vij. notab. ff. de iur. om. iudic.

c ¶ Sapiat. Magis enim põderandus est effectus q̃ nomen Bald. in l. minoribus. C. de his quibus, vt indignis, propterea ĩfert ꝙ de iure communi non est necesse inserere causas in huiusmodi sententiis, sicut nec in diffinitiuis facit. l. si vno. ff. locati, & quæ Bart. dicit in. l. coram §. qui maximos. ff. de publica.

d ¶ Declarationi. Qui iudex, vt recte pronuntiare possit habet se informare à fide dignis de pretio rei, eo modo quo tradit Bart. in. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcid. videlicet quanti vendebatur communiter tali tempore ante, & post, in foro publico. traditur Decision. Neapolitan. 316. numero quinto.

e ¶ Viginti dies. De iure communi nouissimo notum est præstitui annum, & ex causa iusta alium annum quo transacto lite non completa remanet firma sententia authen. & qui appellatio. C. de temporibus appellati, vnde hoc tempus viginti dierum videtur subrogatum loco illorum duorum annorum, quæ tempora fatalia dicuntur,

uel libello[a], & sine alia cõtradictione, uel litis contestatione[b]: quas uolumus in appellationum, uel quærelarum causis non requiri. ¶Et si dicta appellationis causa non fuerit, infra dictos uiginti dies utiles terminata: possit, & debeat nihilominus dicta appellatio, & appellationis causa infra alios decem dies utiles, & iuridicos, & decisorios subsequentes ex eisdem tantum actis[c], saluis tamen infra dicendis, terminari. ¶Ubi autem causa, lis, uel quæstio esset uiginti quinque librarum bon. uel rei, uel facti extimationis dictæ quantitatis, uel abinde infra, teneatur dictus appellator per se, uel alium prosequi: & causam ipsius appellationis terminari facere, infra uiginti dies continuos probatorios, a die præsentationis dictæ appellationis computandos: in iis nõ computatis diebus solennibus, & feriatis in honorem dei, & diebus quibus est præconizatum, quod nullus iret ad Palatium, uel ius petẽdum, uel quod ius reddi non deberet. Nec diebus Rogationũ, uel processionum publice factarum per Ciuitatem Bononiæ: & etiam aliarum Rogationum indictarum ante festum Ascensionis ex dispositione iuris, Nec dieb⁹ Iouis Edipatarii, & Carnispriuii: Nec primo die Quadragesimæ, Nec aliis dieb⁹ quibus palatium uetus staret clausum: nec etiam aliis diebus feriatis in huiusmodi causis secũdum formam statuti de feriis. ¶Quos dies continuos quibus procedi permittitur, ut supra non computatis dictis diebus superius exceptis, declaramus quantum ad instantias dictarum causarum appellationum uigintiquinque librarum Bon. & abinde infra fore utiles, licet Iudices ordinarie non sederint pro iure reddendo uniuersaliter in omnibus causis: & licet quo ad alias causas maiores suprascriptas, pro inutilibus & feriatis per Notarios ad id deputatos describerentur. Et si nõ fuerit terminata dicta appellationis causa infra dictos uiginti dies continuos, nihilominus possit, & debeat infra alios octo dies utiles, & iuridicos in causis maioribus decisorios, ex eisdẽ actis tantũ terminari. ¶Causæ uero appellationũ ab interlocutoria[d] terminari dẽant infra xv. dies continuos probatorios, de quib⁹, ut supra proxime dictũ est, a die præsentatiouis dictæ appellationis

tur, eo ꝙ imponunt fatum .i. mortem, & finem liti Alex. cons. 24. nu. 5. lib. 4. Prępositus in. c. ex ratione col. 16. quęst. xi. de appellat. Neuizanus consil. 41. cha. 1. & nunquid cõsensu partiũ possit post lapsos. xx. dies corã iudi. ad quẽ prosequi app. ? dicendum est, ꝙ nõ per clem. si app. extra de app. Roma. ĩ. l. 2. ff. de re iudi. nu. 16. vbi ẽt paulò inferius versi. 2. principaliter dicit, ꝙ si infra tempus instantiæ appellatus ĩcepisset prosequi causam impetrando rescriptum delegatorium poterit etiam ultra tempus prosequi, & eius occasione ipse appellãs; & sic ex ꝑsona alterius appellans obtinebit, quod ex sua non potuisset, iuxta regulã petendæ C. de in integr. restit. mi. facit plura argumenta, quę videantur vbi opus erit, Iaffred. decis. 413.

a ¶Vel libello: De hoc hęsitatur a doct. nostris, Papiensis in forma libelli, appellat. prima glosa tradit istam dubitationem. Videndus est Bar. in l. 1. §. libelli appellatorii, qui est §. fi. ff. de appella. qui dicit de cõsuetudine obtentum ꝙ libellus concipiatur, sed de iure sufficit producere appellationem absque libello, vt in authẽ. de his q ingred. ad app. §. volumus, cui opinioni adhærẽt nostri statuẽtes: latius ꝓsequitur Francus in c. per tuas de appell. col. 2.

b ¶Litis cõtestatione. Ad istud vide eundem practicum in forma d. libelli, vbi citat glosas contrarias, quas tamen cõciliat dicẽdo, aut vtraq; pars est præsens, aut absens: primo casu requiritur litis contestatio, & idẽ Fran. in alle. c. col. 4. diffuse prosequitur. nihil determino hic de iure, quoniam satis est ꝙ per statutum nostrum decisa est altercatio.

c ¶Tantũ actis. s. Factis in probatorio, in quo ꝓbatorio non deductũ in prima instãtia deduci, & nõ probatum probari poterit. l. eos §. 1. C. de appella. & similis modus loquendi est in statuto de voca. in iure, & veni. §. si terminatæ, & §. seq.

d ¶Ab interlocutoria. De hoc statuto meminit P. Anchar. consil. 342. Vicarius potestatis Bono. dicens quòd sententia adiudicationis insolutum est interlocutoria simplex, & comprehenditur, sub instantia ista xv. dierum. non sic si saperet uim diffinitiuæ, ut supra uisum est.

¶Suspensa

nis exclusiue numerãdos,& inchoãdos,& alios quinq; dies utiles,& iuridicos decisorios, ut in maiorib⁹ causis ex eisdẽ actis tantũ non cõputatis in dictis diebus continuis diebus feriatis in honorẽ Dei,& alijs diebus, ut supra exceptuatis. ¶In quibus omnibus diebus decisoriis omnium dictarum causarum maiorum,& minorum,& interlocutoriarum fieri posse uolumus infrascriptas probationes, uidelicet, quod instrumenta fuerint registrata secundum formam statutorũ. Et quod sententiæ, priuilegia, decretaque sint in Camera actorum, seu in officio defensorum deposita, uel registrata: Et quod soluta fuerit gabella. Et hoc si de prædictis oppositum fuerit in instantia probatoria, alias autem de prædictis opponi non possit. Et quod etiam dictis diebus decisoriis peti, & deferri possit iuramentum semiplenæ probationis, & aliud quodcunque iuramentum succedens loco probationis, Et fieri correctio per Iudices competentes de errore cuiuscunque scripturæ factæ, uel productæ in processu, uel actis causæ. Et dicta sententia correctionis erroris produci: in quo casu petitionis correctionis erroris causa principalis siue appellationis sit,& esse debeat & intelligatur ipso iure suspensa, [a] donec causa erroris fuerit terminata. ¶ Et etiam Ordinamus quod ab interlocutoria semel [b] tantum pro qualibet [c] parte possit appellari, in casu quo alias appellari [d] possit, ut supra. [e] ¶ Et etiam adiungentes quod in causis appellationum prædictarum consilium [f] sapientis peti, uel dari non possit, nec recusari aliquis dictorum iudicum: nisi esset, uel essent aduocati, coniuncti, uel affines alicuius partis infra sextum gradum secundum ius ciuile, seu alias in dicta causa de qua agitur aliquam sententiã protulissent, uel consuluissent. Quibus,& eorum quolibet uolumus talem, uel tales aduocatos coniunctos, uel affines, uel alios prædictos unum, uel plures quandocunque recusari posse infra dimidiam instantiæ supradictæ per aliam partem. Et si negaretur illum, uel illos, qui recusatus, seu recusati fuerint esse aduocatos coniunctos, uel affines, seu protulisse aliquam sententiam, uel consuluisse, uel colloquium

a ¶Suspensa Et nota hũc casum Aadde etiã q pendente causa attentatorũ fatalia non currunt Rota decis. 102. fatalia &c. in nouis vide tamen q nouiter additum fuit in ꝓuis.domini Ang.§. si vero causæ appellationum, itẽ donec disputatur circa desertionem, instantia nõ currit, ita Paul. castr. in cons. 135. in causa desertionis col. penultima versic. illud etiam videtur volu. secundo, de quo meminit Decius cõs. 356 in fine vbi loquitur stor tioribus terminis statuti illius loci.

b ¶Semel tantum. V de Augustinum Beroum.q. 16. statuto &c. vbi determinat non procedere statutum, si duo laici subditi litigent coram iudice ecclesiastico, etiã in causa prophana, put potest accidere, nam multis respectib. (dicit ipse) causa ecclesiastica appellatur, vt per ipsum latius, Et nota hic vnam differẽtiam, inter appellationẽ. à diffinitiua, & appellationem ab interlocutoria, habes alias apud Maran. in suo speculo in vi. parte char. 582. & seq. vbi tamẽ hãc nostram non ponit, quia est contra dispositionem iuris, quo datur secunda appellatio à sententiis appellabilibus. C. ne liceat i vna eademque causa, tertio prouoca. Specula. tit. de app. §. quotiens libro secundo, vide si libet Roma. cons. 501. incip. vt declarationẽ accipiat &c. qui post Archi. & Antonium enumerat decem requisita de iure communi, ad hoc vt appellatio ab interlocutoria subsistat.

c ¶Pro qualibet parte. Istud fuit expressum ad tollendum dubium an semel tãtum ab vtraque pro vt accidit dubitari in casu super quo habuit consulere Phi. Decius consilio. 49. præstantissimus Doctor.

d ¶Appellari. Constitutio Rotæ non concedit appellationem ab Interlocutoria, sed recursum quẽdam, vt habetur ibi nu. 62.

e ¶Vt supra. Scilicet in princ. statuti vbi refert se ad iuris ciuilis dispositionẽ, scd̃m quã i certis casib. tñ est pmissa, vt ibi dixi regula autẽ de iure ciuili est i cõtrariũ. l. ante sñtię. C. quorũ app. nõ recip.

f ¶Cõsiliũ. Forte hoc inductũ ne lites protelẽtur, quæ ratio visa est leuis, immo potius tunc tẽporis adhiberi debet, qa de maiori. ꝑiuditio agitur, ꝓpterea hęc decisio fuit correcta. j. in prouisione Angeli sub rubricella d iudicib. app. §. ac ẽt corã eis.

prestitisse,stari uolumus ipsius,seu ipsorum sic recusati, seu recusatorum sacramento,per eum, uel eos præstando ad requisitionem partis,quæ recusationem fecerit, & si recusauerit iurare,uel requisitus non iurauerit dicta causa, propter quam recusatur, pro uera habeatur, & nihilominus probatio in contrarium admittatur. ¶ Qua recusatione facta nō possint tales recusati amplius de tali causa se quomodolibet intromittere : sed eius,uel eorum loco, & etiam loco cuiuslibet alterius absentis,uel impediti,seu deficiētis morte, uel alio quocunque modo,seu casu aliquis alius, seu aliqui alii subrogari possint per Reuerendissimum dominum Legatum,seu Gubernatorem prædictum ad petitionem dictarum partium,uel alterius earum neutri partium suspectus,uel suspecti. ¶ Et si subrogati non fuerint nihilominus ualeant,& teneant ea quæ in prædictis, & circa prædicta fierent per reliquos non recusatos, uel per maiorem partem ipsorum,ut supra,iuxta modum, & formam, de quibus, & prout supra dictū est, si, & prout melius in reliquis possint adaptari,& locum habere: & perinde ac si per eum, uel eos, per quē,seu quos fieri debuissent facta fuissent. ¶ Et quod dicti iudices quibus dictæ causæ commissæ fuerint salaria eis debita pro diffinitione huiusmodi causarum debeāt cōmunicare æqualiter cum aliis duobus eorum sociis,seu Collegis, seu uno ex eis: qui præsentes fuerint in sententia proferenda,ut supradictū est. Et quod dicti reliqui iudices processus,iura,& allegationes partium,& aduocatorum uidere & audire teneantur. ¶ Declarantes etiam quod in omnibus prædictis causis,tam maioribus,quam minoribus,& tam diffinitiuis quam interlocutoriis ciuilibus,uel mixtis, & in quibus dies sunt continui [a] non currant tempora,uel instantiæ a uigilia Sancti Thomæ Apostoli de mense decembris usq; ad festum Epiphaniæ inclusiue. Nec a Dominica palmarum usque ad octauā Paschæ Resurrectionis dominicæ inclusiue. ¶ Et ꝙ instantiæ omnium causarum prædictarum, tam principalium quam appellationum dies, & tempora, tam probatoria quam decisoria super quacunque quantitate,re uel facto fuerint, bis prorogari [b] possint per partes, seu per intercessores [c] earum per decem dies utiles: quo ad causam, & in stantiam pro qualibet uice, & ultra, uel aliter etiam per rescripta, uel alio quocunque modo prorogari non possint instantiæ prædictæ, nisi [d] processerit de partium uoluntate, & nisi ipsa instantia non esset per partes prorogata: quo casu instantia possit prorogari bis pro qualibet uice per decem dies utiles, quo ad causam

per

a ¶Continui. Vidi interpretari, vt duntaxat procedat hic.§. in temporibus instātię iudiciariis, non autem in extraiudicialibus, puta in tēpore dato ad præsentandum supplicationem,& in dato ad appellandum,quia sunt semper continua, quia non sunt de causa, vt dicit Saly.in.l.2.C.de feriis.aliqui dicebant cōtrarium,per generalitatē tex.approbo primam,vt minus derogatoriam iuris communis.

b ¶Prorogari. De iure cōmuni clarum est ꝙ tempus primæ instan. prorogari non potest glo.& cōmuniter Doc. in.l. properādum in princip.C. de iudi.licet instātia statutaria bene posiit proeogari iuxta ea quæ ibi traduntur per doct. Circa etiam tempus secundæ instantię sunt opiniones,vt ibi patet & latius prosequitur Rob.maranta in specu. in vi. parte char.605.Nunquid in ꝓrogatione huiusmodi habeant interuenire duo testes pro vt in principali instāria cauetur vt supra de vocatis in iure, & veni.§.adhibēdo &c.? credo ꝙ sic,quia eadem ratio est.immo maior.

c ¶Intercessores.Idest procuratores, vt dicitur in statuto supra de uoca.in iure, & veni.§. volentes, & decernentes,aliquādo dicitur intercessor,sponsor,siue mādator,vt di cā infra in glo. ꝓmissorū.
¶Decē. Scilicet ad plus, vt clare dicitur in principali instantia in statuto de voca.in iure,&veni.§. adhibendo semper &c.

d ¶Nisi processerit. Quomodo ista exceptio intelligenda sit declarat Barba.inter cons. Alex. cons.64.incip.circa præsentem per totum illud

cons. volu. 4. videlicet ꝙ intelligatur mediante rescripto, de quo proxime dixerat, & sic ꝙ voluntate partiũ non potest prorogari, absq; rescripto, quia lex multum confidit de assensu principis rescribentis.

a ¶ Per rescripta. In quo casu non exigo consensum partium, prout exigitur in ꝓximo mẽbro.

b ¶ Semel. In .l. præcipimus §. illud C. de tẽpo. app. dicitur quòd summa ope niti debet appellator, quod importat facere omnem conatũ, & sic nõ tantum semel, sed pluries, vt est de mente Bal. ĩ auth. si appellatio. C. de tempo. appella. vnde corrigitur ius cõe, & ideo infero ꝙ Bart. in. l. mora ff. de vsuris poterit saluari circa illud statutum dictans ꝙ instantia pereat quinque mẽsibus vbi per actorem instatũ fuerit, quia dicit ꝙ sufficit appellantem semel institisse per illum tex. de qua decisione recordatus fuit Bal. in d. auth. & non videtur approbare, nam certe potest transire illius dictum attento ꝙ loquitur circa statutum; Bald. autem circa ius cõmu. Sed quicquid sit iam nostrum est clarissimum, quo stante infero etiam ꝙ non potest esse locus limitationi quam posuit Anton. de But. in c. ex ratione in v. quęst. de appell. vbi inqt ꝙ in casibus in quibus dicimus ꝙ si per iudicẽ stetit quominus causa fuerit terminata nõ currunt tempora ipso iure, vt in d. authẽ. si appella. hoc est sane intelligendum quando sibi appellanti per recursum ad superiorẽ, vel alia uia prouideri nõ potest, alias secus, allegãdo d. §. illud,

per rescripta[a] loco duarum prorogationum per dictas partes fieri permissarũ, ut supra dictum est. Ita quod dicti iudices omnino teneantur, & debeant dictas causas terminare, & expedire infra sua tẽpora superius declarata, & limitata. ℂ Et si dicti iudices requisiti, prout infra proxime dicetur, dictas lites, & causas non expediuerint, & terminauerint infra suas instantias, & tempora su prascripta, cadant ipsi & eorũ quilibet, qui negligens fuerit uel in culpa uice qualibet in pœnam cẽtum librarũ Bono. applicandarum pro dimidia Cameræ Communis Bononiæ, & pro alia dimidia parti lesæ, quæ requisierit: & de facto auferenda per dominum Potestatem Bononiæ, uel alium quemcunque iudicem, qui fuerit requisitus. Et nihilo minus etiam parti lesæ ad interesse teneatur, & ad illud persoluendum de facto cogi & compelli possint & debeãt, per præfatum dominum Potestatem Bonon. & hoc si dicti iudices, unus uel plures fuerint requisiti, saltẽ semel[b] personaliter simul, uel separatim infra tempora instantiarum decisoriarum, & eis protestatum quod debeant tales causas infra suas instantias decisorias terminare. ℂ De qua requisitione, & protestatione apparere, & constare debeat, per acta Notarii causæ, uel per aliud publicum instrumentum, per alium quencunque Notarium rogatum, & scriptũ ualiturum etiamsi non registratum sit in registro instrumẽtorum, uel si in eo non sit cognitor iudicis, uel partis, per eos, uel per duos ex eis steterit quominus causa fuerit infra sua tempora terminata. ℂ Et quod dicti iudices quoquo modo a prædictis se excusare non possint, nisi infirmitate[c] euidenti[d], uel absentia[e] necessaria,[f] & probabili, uel si causa Reipublicæ fuerint impediti di-

quia summopere nititur qui nihil ommittit, vt ꝑ ipsum latius, & Alex. eũ referens in consi. 72. videtur nu. 55. lib. 3. nam huiusmodi limitatio nõ adaptatur ad terminos nostros quia satisfit statuto semel ĩterpellãdo.

c ¶ Infirmitate. Facit. l. si lõgius in princ. ff. de iudic. & l. aut si valetudine ff. de procur. & ꝙ infirmitas iudicis excuset appellantem extat consil. Old. 208. num. 7. incip. quoniam ex tempore allegando. l. sed si per prætorem ff. ex quibus cau. maiores.

d ¶ Euidenti. I. non ficta, uel dic. i. non leui, quia leuis febricula, quæ impedimento negotiis gerendis non est, minime attendenda est l. 5. §. proinde. ff. de edilitio edicto, ex regula illa ꝙ minima non sunt in consideratione, quam multis cõcordantibus confirmat Marsil. noster in l. furem nu. 11. ff. ad l. Cor. de sicar. & alibi sæpe. facit. l. quæsitum ff. de re iudi.

e ¶ Absentia, ego (salua correctione) reputarem absentem quando a ciuitate uel continentibus ędificijs abesset motus per l. absentem. l. collegarum §. 1. ff. de verbo. significa. & per nor. per Bar. in l. 4. §. prętor ff. de damn. infec. vbi declarat quando sufficiat abesse a loco iudicii, & quãdo a ciuitate, licet loquatur in reo citando.

f ¶ Necessaria, & probabili. Pondero hanc copulatiuam, quãdoquidem reperiatur ẽt absentia probabilis de per se & aliqua necessaria tantum, alia probabilis, & necessaria, vt militia, vel causa reip. prout declarat Bar. post glo. in l. fin. ff. de in integr. restitu. mi. Et hic notabis

ctas causas infra dicta tempora terminare. Quibus casibus tempora infirmitatis, absentiæ, uel impedimenti subducantur, & in instantiis non cucurrisse declarentur per illum, cui causa esset commissa, & subduci posint etiam finito impedimēto: licet neutra partium interim præsentiam iudicis, seu iudicum requisierit, uel non fuerit protestata de impedimento prædicto. Et posint, & debeant dictæ appellationum causæ terminari infra sua tempora supradicta, non computato tempore infirmitatis, absentiæ, uel impedimenti, de quibus supra proxime dictum est. Et stari debeat declarationi judicis: cui causa commissa fuerit de infirmitate, absentia, uel impedimento, & de eorum temporibus, seu diebus: si & in quantum declaratio huiusmodi fieri contingat lite seu causa coram eo indecisa pendente. Et si postea de prædictis dubitari cōtingeret, siue per uiam principalis petitionis, siue per uiam incidentis, uel emergentis stari uolumus declarationi cuiuscunque alterius iudicis competentis, coram quo lis seu causa uerteretur, seu esset. ¶ Volumus tamen quod liceat in casu, & casibus infirmitatis, absentiæ, uel impedimenti iudicis de causa principaliter cognoscentis partibus, uel alteri earum, uel suis procuratoribus, seu intercessoribus petere, & facere eius loco subrogari unum alium, ex dictis tribus iudicibus eiusdem ordinis, seu numeri per præfatum dominū Legatum, seu Gubernatorem, & seu per partes litigātes, uel earum causidicos eligi, si super hoc inuicem concordauerint. ¶ Si uero contingat unum uel plures, ex dictis tribus iudicibus, quarumcunque causarum prædictarum ipsis causis, & earum instantiis durantibus mori, aut alio longo, seu perpetuo impedimēto, seu infirmitate, aut absentia impediri, ita quod processui, terminationi, & cognitioni dictarum causarum interesse non posset, seu non possent, tunc etiam eo casu seu casibus, & quolibet eorum altera parte instante, seu petēte, per Reuerendisimum dominum Legatū, eligi, & subrogari debeat unus alius, uel duo iudices, & Doctores de numero dominorum doctorum supradictorum, prout erit opportunū ipsis partibus litigantibus non suspectus, nec suspecti: qui eādem, & similem habeat, seu habeant cognitionem. ¶ Declarantes quod si unus uel plures, ex dictis tribus Doctoribus, & iudicibus eligeretur, uel electus esset de numero Magnificorum dominorum Antianorum, quod talis, seu tales sic de dicto numero eligendi non intelligātur per hoc esse impediti; nec posint tales causas pro suspensis dare, sed coram eo, uel eis in ipsis causis procedi posit: & causæ ipsæ cum aliis consociis, per sententias cognosci, & terminari ualeāt in audientia

notabis tres casus in quibus nulla culpa imputari potest iudici circa impedimentum superueniens, & propterea non requiri instantiā, & protestationem, secus autē ubi culpa iudicis interuenerit, ut īfra, volumus tamen. Quid ergo si iudici facta esset inhibitio a iudice ecclesiastico superueniēte aliquo emergenti, seu incidenti, requirente forum ecclesiasticum, puta de usuris, vel de iuramento? nō audeo decidere attento, quod sunt rationes hincinde, tamen videretur potius inclinandum quod non sit recedendum a iure communi. s. l. fi. §. illud C. de tempo. appella. & vide Alex. consi. 69. in causa & lite num. 6. lib. 7. licet posset dici quod forte in casu suo non aderat statutum simile nostro.

a ¶ Subducantur, Idest nō currant tunc fatalia ipso iure, licet inter glosatores, & doct. Legistas, & Canonistas fuerit altercatio, plurimis volentibus currere, sed dari restitutionis auxiliū per. l. sed & si per prętorem. ff. ex quibus caus. maior. vide Phil. Franc. in c. ex ratione nu. 35. de appellatio. adde Paris. consil. 124. nu. 1. lib. 4.

b ¶ Requisierit Prout de iure requirere teneretur per d. l. fin. §. illud. C. de tempo. appell. qui loquitur indistincte. s. quando stat per iudicem, vel alia causa inexorabilis intercedat, quod interpretari potest. si sine culpa iudicis, factum sit quominus expediri non posit. habetur per Cano. in ca. ex ratione de appell.

c ¶ Declarationi: Ad quod glo. nota. in c. pastoralis in gl. exonerare de off. de leg. alias dixi nō repeto.

dientia solita publica præfatorum dominorum Antianorum. Quæ audientia in casibus prædictis intelligatur, & sit locus idoneus, & iuridicus dictarum causarum, non obstante statuto de causis dominorum Antianorum, seu alio aliquo statuto aliter disponente. ¶ Itē Statuimus, quod de cætero in causis quarumcunque appellationum, si pro parte appellata petitum fuerit quandocunque infra dimidium[a] instantiæ probatoriæ satisdari, &[b] pignora præsentari; teneatur, & debeat appellans[c] per se, uel eius causidicum[d] sufficienter, & idoneæ[e] per sufficientem[f] promissorem[g], & fideiussorem principaliter[h] se obligā

a ¶ Dimidiū. Hodie ī curia R. alius ordo datus est.

b ¶ Et. Pro aut, ut patet ex inferioribus, facit. l. si nrio fundus. ff. de usufr. legato. et. l. fi. C. de codi.

c ¶ Appellans, Hæc satisdatio specialiter reseruata est, a statuto in appellante, quia videtur habere quandam præsumptionē, contra se propter sententiam quam contra se reportauit, non sic est in actore primæ instantiæ, nisi in casibus infra statuto de satisda. præstanda; quicquid sit de iure communi inductum quo. s. & actor tenebatur iuxta authen. generaliter C. de episc. & cleri. licet dicat glo. insti. de satisdat. §. 1. d. cautionem non præstari de consuetudine, & attestatur Alex. cons. 37. viso & oportune nu. 11. lib. 2.

d ¶ Causidicū, Colligi potest ex hoc verbo, ꝙ procurator ad lites uidetur habere mandatū ad promittendum de expensis reficiendis, in casu succūbentiæ, quod non credo uerum, quia nullibi Inuenio hoc in iure probari, imo potius suaderi contrarium a simili. ut in satisdationibus, de iudicio sisti, & de iudicato soluēdo l. clericis & auth. generaliter C. de episc. & clericis & certè est contractus stipulationis, qui habet negotium in se magis quâm sit quid mere iudiciale, quanquâm in iudicio celebrandus sit, & ideo succedit ꝙ procurator ad indicia non potest exercere negotia, absque speciali mandato, vt habetur in ca. si duo procuratores in glo. causis de procu. in vi. insup uideo nullam specialitatē esse, in istis prętoriis ex parte procuratoris eius, qui pro domino stipulatur, vt habetur in. l. generaliter. ff. de præto. stipu. vnde intelligo quòd datum sit, hoc specialiter in mandatis; vel (quod magis placet) referas. hoc ad determinationem participii appellans.

e ¶ Idoneę. Intelligo. i. cum obligatione bonorum prout etiam consuetudo admittit. Bar. in. l. prętoriæ la iii. ff. de prætoriis stipulat. cum ergo appellator ita promittat proculdubio fideiussor propriè dicetur, ille qui pro eo intercedit, ad plene notata per scrib. in l. si fideiussor. §. si quis, ex his ff. qui satisd. cogantur licet glo. ibi dicat, ꝙ fideiussor proprie non sit, qui promittit aliquem sistere in iudicio, quę non est uera maxime quando principalis est obligatus ad sistendū, vel quia erat iam citatus, vel expresse promisisset sistere.

f ¶ Sufficientem, Quando dicatur quis sufficiens, & idoneus nota est materia in. l. sciendum, & in l. si uero §. qui pro rei qualitate. ff. q satisd. cog.

g ¶ Promissorem. Qui & fideiussor est, & ita & exponitur pro idest, ut alibi pluries, vt l. 1. ff. de pactis Bar. in l. de quibus nu. 1. ff. de legi. alias differentia ést inter fideiussorem & expromissorē, vt habetur in auth. de fideiuss. in princi. quę ponit varias species nominum illorum, qui pro alio intercedunt, nota itaq; hoc nomen promissorem esse nomen generale, vt etiam probari potest, ex. l. sciendum §. dictum. ff. de edi. edi. & ex his quę ponit Ias. in l. lecta in 3. not. ff. si certum petatur, & dicit ꝙ aliqñ expromissor ponitur pro fideiussore, ut habetur in. l. stipulationum alię §. satis acceptio cum glo. in verbo expromissores. ff. de verbo. oblig. & Alexan. in. l. si quis accepto, ff. de condict. ob causam.

h ¶ Principaliter, Hoc uidetur contra substātiam fideiussionis quę est, ut accessorie pro alio obligato promittat, iuxta. l. fideiussor obligári. ff. de fideiussoribus, & sic etiam regulariter prius est, conueniendus principalis authēt. pręsente. C. de fideiusso. & l. s. ff. de fideiussoribus, ideo Hostiē. diffiniuit. Fideiussor est, is qui alienā obligationem in suam suscipit fidem, principaliter tamē debitore remanente obligato. Hæc est quęstio antiqua, in qua oēs fere uidetur transire, ꝙ sit uerus fideiussor, adeo ꝙ prius conueniendus sit ipse debitor, seu appellans deinde fideiussor d. auth. pręsente, & in corpore unde sumitur, & hoc dixit glo. in auth. de fideiuss. in princ. in glo. fideiussorem versic. itē quid, & fuit opini. Azo. ibi in summa, & Specula. sequitur in titulo de renuntiat. & conclus. §. s. versic. sed quid si fideiussor quia (inquit ipse) verum est talem pro alio interuenire effectualiter, & origo inspicienda est. ff. de dona. l. qui id quod, tamen Marsili. conciuis noster in Rep. Rub. de fideiussorib, nu. 62. pluribus motiuis residet talem posse conueniri prius quam debitorem, cuius opin. reputo verá, non tamen nego quin sit verus fideiussor, & pro alio intercessor, quia non offenditur substantia fideiussionis, licet fideiussor renunciet beneficio de fideiussoribus, vt. s. possit prius conueniri Spec. titu. prę allegato, vers. viso de beneficio epistolę nam etiá de iure. fforum hoc erat regulare, & ita procedāt argumenta Specul. intelligendo tñ qñ unus post alium promittit, secus ubi cōstituisset se aliquia principalem debitorem animo nouandi anteriorem obligatum, vt declaratur in glo. supra citata.

¶ Satisdare

tem[a] promittere, et satisdare[b], aut pignora[c] sufficientia præsentare[d] infra tempus probatorium de expensis[e] reficiendis appellatio, si succubuerit[f] appellans. Alias autem dicta satisdatione petita, & non præstita, seu pignore non deposito. ut supra, non ualeat[g] processus ad fauorem appellantis, & appellatio sit deserta. ¶ Et si uictus per se uel alium appellauerit, sed non infra terminum supra declaratum, uel aliter seu alio modo, uel casu quam supra dictum sit, uel appellauerit legitime, ut supra dictum est, & appellationem suam, & eius commissionem nō præsentauerit, ut supra, uel ipsam appellationem suam, & eius causam nō fuerit prosecutus, ita quod non fuerit causa appellationis infra sua debita tēpora terminata: & per ipsum appellantem factæ non fuerint dictis iudicibus protestationes infrascriptæ: uel si satisdatum non fuerit, uel pignora non deposita, ut supra: ipso iure firma, & ualida[h] remaneat ipsa sententia a qua fuerit appellatum. & sine mora[i] executioni mandetur, facta prius

a ¶ Obligantem. f. Per stipulatione. l. blanditus. C. de fideiuss. l. stipulationum. §. satis acceptio. ff. de verbo. obliga.

b ¶ Satisdare. Nunquid releuetur si possideat immobilia, iuxta. l. sciēdum. ff. qui satisd. cogantur? quidam φ sic tanquam statutū determinetur a lege antiqua, sed contrarium uidetur aliquibus, quia illa loquitur in reo, qui tenetur præstare de iudicio sisti, nos in actore seu appellante, & ad hoc uidetur decisio Bal. in d. authen. generaliter, in prima oppositio. sed cauebis; quia ratio quā adducit Bald. post Iaco. Butriga. ibi non uidetur militare in expēsis quas faciet pars appellata, quia poterit mitti in possess. bonorum eius, qui temere litigauerit, & φ imó sufficiat possidere immobilia faciunt decisiones, duę ille quas citat Marsilius in Rubrica de fideiuss. nu. 179. versi. & teneas, vbi dicit post Bal. in. l. mulier. C. de iure dotium, quôd vbi quis tenetur, ex forma statuti satisdare pro forma, in aliquo casu, tunc si ipse est diues, & idoneus potest pręstare quemlibet fideiussorem, etiam inopem, & egenum, quia bona principalis, & fideiussoris in tali casu aggregantur, & pro uno reputantur patrimonio, & idem si principalis debitor sit pauper, & fideiussor sit ditissimus, quia sufficit, & satisfactum est legi. Item quotiens quis tenetur satisdare ex forma legis vel statuti, tunc remittitur sibi talis satisdatio si sit homo honestæ vitæ, ita dicit gloss. singul. in. l. 1. ff. de Ripa munien. vide etiam Bart. in. l. quicunque la ii. C. de fundis patrimo. lib. xi. citatum ab Alexan. in consf. 37. supra allegato nu. 15. cogitabis tamē si dabitur casus, quia nostrum statutum utrunque videtur requirere expresse vlterius procedendo, & loquēdo, per uerba germinata & prægnantia.

c ¶ Aut pignora, Et hoc est expressum pro remouenda difficultate, quæ est si quis tenetur satisfdandum, seu ad dandum fideiussores possit dare pignora, de quo articulo habetur, post glo. per doc. in. l. 1. ff. qui satisda. cogantur, vbi Ias. nu. 52. & per Marf. in Rub. de fideiussorib. nu. 296. in quadragesima quęst. facit enim negotium. l. prætorię la 2. ff. de pręto. stipulati. quam videbis, & vide Specul. titulo de satisd. §. vlnmo vers. & nota ubi formaliter dicit, φ vbi idoneę, vel sufficienter caueri præcipitur, prout proprie, hæc sunt verba nostri statuti, pignora, uel fideiussores pręstari debent, per iura allegatā ab eo, vide Alex. in consf. 37. viso, & oportune nu. 14. lib. 2.

d ¶ Præsentare: Repete te neatur.

e ¶ Expensis. Scilicet factis in causa appellationis duntaxat, prout extat consilium Io. de Imo. 89. incipit in casu præmisso, quod refert Marf. in repe. Rub. de fideiussor. nu. 108. vbi late prosequitur, & quid in fideiussore dato in causa principali an teneatur, etiam in cā app. vide ibi.

f ¶ Si succubuerit: Subaudi nisi appareat iustā causam habuisse, & ea quæ infimi. dicit Bal. in auth. generaliter, in quinta oppositione. C. de episc. & cleric. licet loquatur in prima instantia.

g ¶ Nō valeat; Vidi ob cessationē istā multos processus corruere i magnū præiuditium appellātis, & dixit mihi quidā not. causidicus, φ hæc petitio debet fieri in una posta, seu scriptura, quę aliud nō cōtine.at, prout habetur in statuto. j. de satis. pręstāda. §. quę satisdatio, & φ ita obseruat stillus pallatii, & nō caret rōe. s. ne inter multa capita inclusa hęc petitio non sic de facili animaduertatur ab appellāte. Induci potest etiam. l. item apud labeonem. §. ait pręto r. ff. de iniuriis.

h ¶ Valida. Adeo, φ propter fideiusso. nō pręstitā viciatur processus, quud quidem iure communi, cautum non reperitur. Imo ipse Bal. in d. auth. generaliter col. fi. vers. v. quęro C. de episc. & cle. dixit φ illa ordinatio pręstandi satisdationem ibi non est de forma substantiali iudicii, taliter φ processus reddatur nullus; refert Alex. in consf. 37. viso & oportune nu. 14. lib. 2.

i ¶ Sine mora. Non data etiam dilatione decem dierum, quę dari solet iudicatis, glo. est ita de iure affirmans in l. 2. C. de temp. appellat. & sic inter desertionem, & executionem nullum est medium

dium tempus, ita dicit, & sequitur Bal. ibi. facit etiam tex. in l. quoniam nulli, in verbo mox. C. illo eod. titulo. Adde etiam Perusinos in cap. ex ratione nu. 78. de appellationibus, & Cald. consi. v. sub Rub. de re iudicata.

declaratione[a] super prædictis uel corũ aliquo per dictos iudices[b] causæ appellationis. Nec ab ea[c] posit ulterius appellari uel nulla[d] dici, uel contra eum de nullitate opponi[e], seu contra eam iudicis officium[f] implorari: Ita quod de nullitate prædicta quoquo modo non audiatur, si ipse appellãs dixerit dictam sententiam nullam[g]. & si qua esset appellauerit, nisi dicta sententia nulla foret ratione incompetẽtiæ[h], uel defectus iurisdictionis iudicis ipsius causæ appellationis, uel lapsus[i] instantiæ causæ su-

a ¶ Declaratione: Necessario requiritur sententia super desertione appellationis. l. si præses. C. quomodo, & quando iudex Bar. in l. eos C. de appellati. vbi declarat glo. ibi, quæ videbatur contrarium dicere. s. vt intelligatur, vt iudex non habeat dicere condemno uel absoluo, idem dicit ibi Bald.

b ¶ Iudices; Equidem de iure communi vbi dubium est, an appellationis tempora sint decursa, tunc pertinet declaratio ad iudicem, ad quem & hoc quando aliquid est actitatum coram eo, si uero nulla facta fuerit prosecutio coram iudice ad quem pronunnatio pertinet ad iudicem a quo, ita procedat glossa in d. l. eos in verbo, vel iniustam, versicu. item quid si tempora, ita Ang. ibi: laté Peru. in c. ex ratione nu. 61. de appellat. cuius dictis adde etiam eundem in eod. c. col. fin. versic. & quia vtilis, vbi dicit, semper quando instantia prosequendæ appellationis est certorum dierum utilium pronũtiatio est fienda per iudicem ad quem, quia tempora utilia requirũt inquisitionem facti, ad hoc facit. l. 3. §. si a die ff. de re militari in ratione sui, & quia tempora vtilia regulariter non currunt ignoranti, uel impedimento, secundum ea quæ habentur in c. quia diuersitatem de concess. præben. & hoc fuit nota. dictum Bal. in d. l. eos col. 3. versicu. ex his apparet quod ita habet intelligi, & talis decisio bene appropriatur huic nostro statuto, quia instantia est dierum vtilium, vt supra §. ipsam autem appellationem. Et scias ꝙ sententia ista, est interlocutoria non lata super meritis, sed super processu, ita Bald. in d. l. eos, & saltẽ sapit vim difinitiuæ, quia imponit finem negotio qñ. est appellatum a diffinitiua, vide latius ipsum Franc. nu. 74. & Fely. in Rub. de re iudi.

c ¶ Ab ea. s. Diffinitiua sententia, & hoc de iure etiam communi verum est, quia transitum fecit in rem iudicatam, a sententia autem de exequendo bene potest appellari, secundum magis communem sententiam, vt habetur in glo. in l. ab executione C. quorum app. non recip. Alex. laté in consi. 113. nu. 10. lib. v. licet non posit appellari ab executione facti.

d ¶ Nulla dici. Principaliter.

e ¶ Opponi. Excipiendo.

f ¶ Officium. Scilicet quærelando.

g ¶ Nullam. Nota istam formam libelli appellatorii a iudice a quo, probatur per c. constitutus extra de in integr. restitut. & eam ponit gl. s. in l. 1. in glo. magna C. quando prouo. non est necesse, & consuetudo admittit istum libellum, vt Bar. ẽt attestatur in l. si expressim col. 3. versic. 3. quæro. ff. de appellati. recip. vbi laté examinat nunquid de iure procedat, & determinat ꝙ ualet, prout declarat practicus Papien. in for. lib. app. a diffinitiua in gl. & inquantum sit, & ideo admittitur, quia nõ dicitur proponi utraque causa simpliciter, & coniunctiue, sed disiunctiue, seu conditionaliter, sicque secũdum idem tempus non reperiuntur contraria, cum una proponatur in defectum alterius, argum. l. qui de inofficioso. ff. de inoff. testam. Sed cuius effectus sit huiusmodi forma, hic necessarium est docere glo. in d. l. 1. dicit ꝙ principaliter dicitur, mota causa appellationis, sed incidenter quæritur an ipso iure sit nulla; Iacob. autem de Butrig. ibi tenet contra gl. dicens quôd si de nullitate sit mentio in appellatione, tunc sit uerum ꝙ veniat incidenter, alias si est dictum, dico sententiam nullam, & si qua est appello videtur, deduci nullitas principaliter, ita videtur voluisse Bart. in d. l. si expressi, vbi ponderat, an de nullitate non sit facta mentio in appellatione, & tunc veniat incidenter, sentit ergo ꝙ vbi est facta mentio, ꝙ veniat æque principaliter, ita sequitur Imol. ibi col. 7. ex his inferunt Perusin. in c. dilecto q. 48. de appell. ꝙ eo casu quo est deducta principaliter, & fuerit confirmata sententia per iudicem appellationis, amplius de nullitate dici non potest, secus si incidenter, quia nõ esset plene cognitum, quia postea in iudicio principali deduci posset, & hinc dicit nostrum statutum, ꝙ deserta appellatione nõ pót amplius dici de nullitate, qñ. s. sub illa forma fuit appellatũ.

h ¶ Ratione incompetẽtiæ. Ponunt tres exceptiones fauorabiles, & vide Specu. tit. de exceptionibus §. dicto col. fin. ver. hoc quoq;, & clarius in §. nunc videndum versic. sed quæro nu. 26. Abb. in c. sciscitatus col. 3. & 4. de rescrip. Roma. cõs. 43. Cor. cons. 144. col. 2. in primo volu. sed octo fallentias ponit Perus. in c. dilecto q. 55. quæ est sub nu. 133. de app. Et quando statutum prohibet dicere de nullitate, quæ nullitas dicatur exclusiua, inter quas adsunt duæ ex descriptis hic.

i ¶ Lapsus. Notum est enim sententiam extra, instantiæ tempora latam non ualere regulariter, l. properandum

per qua lata fuisset ipsa sententia. Quibus casibus, & eorum quolibet ius dicendi, & excipiendi de nullitate dictæ sententiæ, prout alias de iure competeret, cuilibet saluum remaneat. ¶ Volumus tamen quod si per dictos iudices per partes, uel alteram earum, seu earum uel alterius earum nomine, ut prædicitur, & in tempore decisorio requisitos, staret, quominus dicta causa expediretur non noceat parti, quæ requisiuerit ex quo per eum non stetit, sed per iudices. Nec eidem post requisitionem huiusmodi tempus aliquod instantiæ currat, sed continuo tantum tempus saluum sit, & remaneat de instantia prædicta quantum erit illud, quod sibi supererat a die, & tẽpore per ipsum factæ requisitiõis prædictæ. ¶ Et quod dictum est supra de requisitione dictorum iudicum appellationum, & quod tempora nõ currant similiter locum habere uolumus in omnibus iudicibus causarum principaliũ, & in principalibus instantiis. ¶ Et nihilominus dicti iudices, & quilibet eorum sic requisiti pœnam incidant supradictam, applicandam & auferendam, ut supra dictum est: si causam ipsam debito tempore non expediuerint per eorum sententiam. ¶ Si autem simpliciter[a] appellatum fuerit de nullitate perpetuo audiatur excipiendo[b] principaliter uero, agendo[c] solum secundum formam[d] sequentis statuti positi sub rubrica De causa nullitatis: nisi de ipsa nullitate cognitum fuerit, & appareat ex processu facto in causa in qua simpliciter fuisset appellatum: quo etiã casu nullo modo ulterius audiatur, ex ea causa, seu ratione, seu defectu nullitatis: de qua seu quo cogniũt[e] fuerit. ¶ Saluo[f] tamen cuicunque beneficio restitutionis in integrum: si & prout alias de iure, uel ex forma statutorum nostrorum competeret. Et saluo quod ubi nullo modo infra tempus prædictum ad appellãdum: uel per uiam principalis petitionis

l. properandum in glo. triennii versi. item quid si sententia. C. de iudiciis, quia perempta instantia, omnia acta iudicii corruunt l. 2. ff. iudi. solu. vbi iureconsultus vocat litem mortuam, & sic reperitur sententia lata sine litis contestatione, & sine aliis actis iudiciariis necessariis. l. prolatam vbi Bar. C. de sententiis ergo vide quinq; limitationes traditas p Ias. ibi. & idem est in sententia super secunda instãtia. idem est in laudo arbitrorum, quia si est latũ post tempus præfixũ compromisso non valet l. si cum dies. §. si intra, & l. non distinguemus §. compromisso, & §. si. de arbitris, Rob. Maran. in trac. de ordi. iudi. parte vi. car. 528. nu. 90.

a ¶ Simpliciter. Continuat distinctionem suprapositam versi. nec ab ea possit, Sed nonne in appellatione etiam simpliciter emissa uenit de nullitate cognoscendum l. quædam mulier. ff. famil. hercis. l. talmelia pia ff. de iure patronatus? Dic q Bar. in d. l. 1. col. 3. quando prouo. nõ est necesse, versic. nec obstat si dicas, Respon. q tunc venit incidenter, vnde infert quód poterit finita causa appellationis, principaliter de nullitate dici Clem. 1. de re iudicata, quia licet incidẽter sit in causa appellationis, quia tamen plenẽ cognitum non fuit, poterit in principali iudicio, moueri causa nullitatis argum. l. sed si ante. ff. de excep. not. in l. penult. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu.

b ¶ Excipiendo. Hoc conuenit reo, quando actor peteret executionẽ. Nota duos modos dicendi contra sentẽtiam de nullitate, quos etiam ponit glo. in l. 1. ff. quæ sententiæ sine appella. rescind. in glo. quæstionis, & ibi Bar. & in d. l. 1. col. 3. C. quando prouoc. non est necesse, & ratio quare perpetuo, quia quæ sunt annalia in agendo, sunt perpetua in excipiendo l. licet C. de exceptionib. l. purè in fi. ff. de doli exceptione Perusi. in terminis in c. dilecto nu. 164. de appella. vbi pulchra allegant.

c ¶ Agendo. Sed quo remedio? Innoc. extra de. off. iudi. dicit q officio iudicis, & videtur probari in l. 1. §. 1. ff. de feriis, ita Bar. in d. l. 1. col. fina. sub num. 13. C. quando prouoca. nõ est necesse.

d ¶ Formam. Scilicet vt infra tempora data ad appellandum dicat de nullitate, vt ibi dicitur.

e ¶ Cognitum. Intelligo plene cognitum secus si semiplene, vt supra dixi. Nam Barto. in d. l. 1. nu. 13. admittit quôd si in exceptione succubuit reus non prohibetur postea ordinarie agere, nisi plenè fuisse cognitum de nullitate, ita subintelligit Rip. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 27. ff. de verbo. obligatio. & idem dico in actore succumbente in d. exceptione proposita a reo.

f ¶ Saluo. Quia paribus passibus ambulant glo. in l. vnica si de mom. poss. fuerit appella. vbi doctores.

nis

nis de nullitate proponendum præfixũ appellatum fuerit, uel de nullitate per uiam principalis petitionis propositũ. nihilominus de ipsa nullitate postea perpetuo audiatur excipiendo secundũ formam iuris, & nostrorum statutorũ, ut prædictum est. ¶ Decernentes insuper quod ab aliqua sententia diffinitiua, uel interlocutoria, uel ab alio quocunque grauamine a qua, uel quo de iure ciuili, [a] uel ex forma [b] statutorũ prohibitum est: [c] uel a qua, seu quo liceat ex dispositione iuris cõmunis, sed prohibitum sit appellare [d] ex forma, & dispositione statutorum præsentis libri causarum ciuilium non licere quoquo modo appellare. ¶ Et quod ab aliqua sententia diffinitiua, uel interlocutoria aut, alio quocunque grauamine ferendis, uel faciendis in aliqua causa criminali, seu mixta respectu solum [e]

a ¶ Iure ciuili. Prosequere late per Azo. casus quibus non licet appellare de iure ciuili. C. quorum app. non recip. latius apud Spec. isto titulo. §. quibus autẽ casib. latiss. p Nicell. i Trac. cõ. gl. nu. 15

b ¶ Ex forma. Disputari solet an per statuta possit tolli remedium appellãdi, vide Bal. in. l. fi. C. de sent. & inter. om. iudi. col. secunda ver. sed nunquid, vbi dicit ꝙ quãdo ciuitas habet suos Iudices appellationis, sicut est ciuitas Bon. vt not. illo eo. titulo. l. eum sentẽtiam, valet tale statutũ, sed si pendeat à superiore electio, seu confirmatio iudicum non valeret statutum, quia non possunt statuere de iure superioris, videatur etiam Bart. in. l. si cui de aqua. plu. arcen. Idem Bart. in l. omnes populi in. 3. q. vers. iuxta præmissa de iust. & iure. & iterum videatur Franc. remissiue tamen in rubrica de appella. col. 4. vbi etiam tãgit an videatur prohibita appellatio, quando statutum dicit, talis non audiatur tam in agendo q̃ in excipiendo, & tenet ꝙ sic, secus si simpliciter diceret non audiatur, & post specul titulo de app. §. ij. versicu. 32. & Bald. in addit. specu. in prin. & Butr. in. c. significauit in fine de excep.

c ¶ Prohibitum est. Regula in materia appellationis à diffinitiua est permissiua, in omnibus igitur casibus, quibus non est expræsse prohibita censetur permissa, glo. in. l. qui restituere in verbo restituitur. ff. de rei vendic. l. et in maioribus, vbi Bar. C. de appellatio. Specul. titulo de appell. §. in quibus lib. 2. vbi ponit. 37. casus in quibus est prohibita appellatio, Francus in rubrica de appellationibus, Lanfrancus de Oria. in. c. quoniam contra in glo. interlocutoriæ nu. 51. de probatio. Nicellus præ cæteris abundãtius in tractatu suo concordantiarum nu. 15. vbi innumeras ponit limitationes ad istam regulam, & Rob. Maran. in suo Speculo car. 618. In materia vero appellationis ab interlocutoria, regula est in oppositum negatiua. l. ante sententie. C. quo. appella. non recipi. ratio, quia eius grauamen potest reparari in diffinitiua sententia alias secus. l. ante sententiam. ff. de app. recip. istam regulam format Francus in. d. rub. nu. 14. & Firmanus in repertorio in verbo appellatio ab interlocutoria nu. 30. vbi subiungit Fall. ordinate magis q̃ aliquis alius, Secũdum autem constitutiones Rotę nostræ nullo modo appellatur, sed datur recursus ad rotam, etiam si grauamen esset irreparabile, vide ibi nu. 62. & intelligatur de mera interlocutoria, quia à sententia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, eo modo appellatur quo, & ab ipsa diffinitiua, & potest instificari appellatio ex nouis actis sicut appellatio à diffinitiua, quia mixtũ attribui debet extremo in quo plus icalescit iuxta reg. l. quęritur. ff. de sta. homi. Math. not. 39. nota ꝙ ab interlocutoria.

d ¶ Appellare. Superfluit hæc decisio, quia per ipsam vetatur id quod vetitum reperitur nam cõstat non remoueri querelam glo. sing. in. c. querelam secundum Card. ibi de procu. cum querela fit actus citra appellationem quam glo. abbas ibi dicit esse not. & per. c. concertationi de app. l. vi. late Corse. sing. in verbo querela nec parimodo prohibetur nullitatis dictio, quia ista sunt remedia diuersa. l. si expræssim. ff. de appellation. patet etiam in. l. vnica. C. si de mo. poss. fu. app. Bal. in. l. eos. §. nec temere. C, de appellationibus, qui dicit ꝙ statuta & iura pœnalia loquentia in appellatione, non extenduntur ad nullitatem, latius per Brunum Astensem in opere super statutis in verbo nullitas. §. fi. col. 1. Peruſ. in. c. pastoralis in. 2. nota. de appella. Habetur in. c. inter ceteras de re iudi.

e ¶ Solum. Immo etiam si esset pœna corporis afflictiua, vt clare cantat statutum inter criminalia, sub titulo de condemnationibus, & absolutionibus. §. item dicimus vbi ꝙ non possit appellari, nec restitutio in integrum peti, & pœna etiam imminet cuique contra prędictã dispositionem appellanti, vt in statuto de pœna indebite appellantis, quę tamen intelligenda sunt, si seruatur forma, & solemnitas in illis traddita, videlicet si fiat duplex scriptura de dicta sententia, & ausculte tur publice in palatio per alterum notarium, atque incameret, & prius datus sit terminus competens ad faciendum suas defensiones, aliàs non valent, & de nullitate dici poterit, & profecto magna, & terribilis est decisio contra prudentiã tantorum legislatorũ, quibus placuit admitti, & qui

pœnæ[a] Communi Bononiæ, & eius Cameræ applicandæ per dominum Potestatem Bonon. uel aliquem ex suis iudicibus, uel per aliquem alium iudicem, uel officialem Ciuitatis uel Comitatus Bonon. aut per alium quemcunque in criminalibus iurisdictionem habētem. Et de quibus & prout supradictum est nullus audiatur appellās. ¶ Et quod ab aliqua sententia interlocutoria uel diffinitiua quantitatis rei, uel facti extimationis trium[b] librarum bon. uel abinde infra appellari non possit, nec restitutio peti, nec de nullitate opponi[c], uel proponi agendo, uel excipiēdo, aut alio quouis modo: et si contra fiat ipso iure non ualeat. ¶ Saluo quam a sententiis latis seu ferendis super accusationibus damnorum datorum, seu maleficiorū paruorum, & turbatæ possessionis, uel calūniosæ accusationis, a quibus liceat unicuique condemnato, seu grauato semel tantum appellare, modo, & forma prædictis. etiam non obstante quod talis sententia sit super causa, re, uel facto minoris quantitatis, uel extimationis triū librarū bon. et non obstante quod talis causa sit criminalis, uel mixta. ¶ Et quod a pœnis[d], seu declarationibus uel condēnationibus pœnarū Fisco applicandis, uel applicandarum in totum ex dispositione nostrorum statutorū: uel alias de iure, appellari nō possit[e]. ¶ Volumus tamen & Ordinamus quod pendente causa appellationis a dictis sentētiis accusationum, calūniæ, seu turbatæ possessionis accusatus ullo modo ante quam sententia prima in rem transiuerit iudicatā ad soluendū pœnas in quibus condēnatus fuisset occasione dāno rum datorū, seu calumniæ, uel turbatæ possessionis cogi uel compelli nō possit. Et si finaliter obtinuerit in causa uel causis appellationum a dictis sentētiis,

dem promptius appellationes, i. huiusmodi causis criminalibus, quàm ciuilibus, velut magis præiudiciabilibus, nisi concurrant tria. s. quod argumentis sit cōuictus, testibus superatus, uoce etiam propria vitiū sceIusque confessus, iuxta. l. 2. vbi glo. C. quando prouoca. non est necesse, & forte secundum Aliquorum Docto. opi. quæ multum æqua est, ista procedūt tñ in quinque criminibus i d. l. specificatis nō in aliis, vt gl. tangit in. l. creditor. §. iustus vbi Barto. approbat. ff. de appellationib. de quo vlt. non disputo ad præsens, addo Bald. in quadam sua practica sub Rubrica vtrum iudex appellationis possit supplere, ver. item regulariter nullus, sed fuit quæstio si etiam instigator possit appellare a sententia absolutoria rei delati, & inquisiti, & dicebant valentissimi uiri nec posse, quia non debet melioris conditionis esse accusator quàm accusatus, nec ad imparia iudicari, iuxta. l. fin. C. de indi. vid. toll. & l. fin. C. de fru. & litis expensis cum multis similibus argumentis quę valere videntur in correctoriis, & odiosis.

a ¶ Pœnæ. Secus ergo in multa quę differt proprie loquendo a pœna. l. si qua pœna. ff. de verb. significa. indiget enim. hoc statutum, meo iudicio, magna restrictione, vt statim demonstrabo.

b ¶ Trium. Quia sunt vilissimæ causæ argumen. authē. nisi breuiores. C. de sententiis ex breui. recit. tamen de iure communi licitum est appellare in istis etiam. l. & in maioribus, & in mino-

ribus C. de appellationibus, sed placuit statuentibus regulare istam appellandi facultatem ab ipsa restitutione in integrum, quæ non datur pro modica lesione. l. scio. ff. de in integr. restituno. minorum. ita Pau. Castr. in consi. 164. in casu præmisso lib. 5. vbi declarat quomodo verificetur hoc statutum: scilicet an intelligatur si quis accusauerit plures pro vno damno dato taliter ꝙ non ueniret infligenda pœna maior trium librarum pro quolibet accusato an sit locus appellationi, & determinat, fore, non obstante hoc statuto quia reputatur causa una taliter ꝙ fit coaceruatio summarum.

c ¶ Nullitate opponi. Lex proculdubio potest tollere dictionem de nullitate ex causa, clem. 5. de re iudicata, veruntamen statuta huiusmodi sunt exorbitantia tanquā tollentia disensionem, Bal. in l. 5. C. de iur. & fac. ignor. 5. col. & sic non est intelligendum de omni nullitate, ideo videtur limitari debere pluribus modis. Vide octo limitationes per Albertum Brunum in trac. prædicto in verbo nullitas §. fi. versi. lex & statutum ad ibi longè scripta te remitto: & Perusinos in c. dilecto quæst. 55. de appella.

d ¶ Pœnis. Credo ꝙ hæc particula (maxime vt differat a superiori §. & ꝙ ab aliqua sententia) uelit se conformare cum. l. si qua pœna ff. de verbo. significat. & ratio est quia a pœna lege firmata, non datur appellatio, prout ibi not. Saly. in. l. 2. C. quo. app. non recip. in fi. commenti.

e ¶ Nō possit. Hęc decisio particularis

aut tali appellatione præcedente ipſæ partes eſſent in concordia, a dictis pœnis, in quibus in principali ſententia reus fuiſſet condemnatus, fuiſſe & eſſe intelligatur ipſo iure abſolutus[a]. ¶ Et quod[b] a ſententiis latis per dominum Poteſtatem Bononiæ, uel aliquem ex ſuis iudicibus, uel per aliquẽ alium iudicem, uel officialem Ciuitatis, uel Comitatus Bononiæ, uel aliquem alium, ut ſupra, in aliqua cauſa ciuili, quæ uerteretur principaliter inter Cameram Bonon. uel ipſius, & pro ea, & eius nomine interuenientem ex parte una, & aliam quamlibet perſonam, commune, Collegium, uel Vniuerſitatem, uel alium pro ea, uel eis ex altera, ſemel[c] tantum poſſit appellari pro qualibet[d] parte. ¶ Prohibemus etiam appellari ultra ſemel pro qualibet parte a ſententiis diffinitiuis, uel interlocutoriis, & ab aliis quibuſcunque grauaminibus latis uel illatis, per Dominum Poteſtatem Bonon. uel Capitaneum, uel per alium quemcunque iudicem, ut & tanquam iudicem in cauſis pupillorum, & uiduarum, & domicellarum ſui iuris, carceratorum, furioſorũ, dementium, mentecaptorum: & etiam in cauſis aliorum, quibus bonorum adminiſtratio eſſet interdicta, & aliarum miſerabilium perſonarum, eccleſiarũ, & locorum de quibus in noſtris ſtatutis continetur: & maxime in ſtatuto poſito ſub Rubrica De arbitrio domini Poteſtatis, & Capitanei Ciuitatis Bononiæ in cauſis pupillorum & uiduarum, &c. uel per quemcunque alium in ipſius domini Poteſtatis uel Capitanei, ut & tanquam iudicis antedicti loco ſuccedentem uel ſubrogatum, ſeu deputatum ordinarium uel delegatum. ¶ Item etiã Ordinamus & Declaramus quod dicti iudices pro ſuo ſalario poſſint & debeant pro pronunciatione diffinitiuæ ſẽtẽtiæ uel interlocutoriæ, quæ uim diffinitiuæ[f] ſapiat, & aliarũ, quas ſupra dictũ eſt, ferri debere cũ præſentia aliorum iudicũ ſui numeri, de quib[us], & prout ſupra dictum eſt, tantum quantũ ſolui debuiſſet ſeu deberet ex diſpoſitione præſentium ſtatutorũ conſultori talis cauſæ ſuper qua huiuſmodi ſententia lata foret: ſi ipſa cauſa commiſſa fuiſſet conſilio ſapientis communicandũ & ſoluendum inter eos, ut ſupra eſt ſtatutum & ordinatum. ¶ Et

particularis eſt conformis regulæ communi, quæ habet, quòd appellatione pendente nihil eſt innouandum iuxta titulum. ff. nihil nouari appellatione pendente, & factum contrarium, vt attentatum reuocandum eſt c. non ſolum de appellatio. in vj. & hoc vbi appellatio tenuit, ſi autem nulla fuerit, vt quia iura inhibeant non eſt reuocandum, quia non præſtat impedimentum quod iure non ſortitur effectum d. ca. non ſolum, iuncta gloſ. vide Vital. Camb. in ſuo clauſulario clauſula nil nouari, vacat ergo hic argumentum a contrario ſenſu, ſi quis forte dicere auderet, ergo in aliis caſibus quam hic exceptis licebit pendente appellatione ad executionem procedere.

a ¶ Abſolutus. Hoc autem mirum, & contra ea quæ ponit Bald. in .l. ſi quis in hoc genus C. de epiſcop. & cleri. & Bart. in l. 1. §. vſqueadeo. ff. de iniuriis, vbi Alexand. in additio. not. etiam in d. l. tranſigere C. de tranſa.

b ¶ Et quod. Ponuntur hic tres caſus, in quibus tantum ſemel licet appellare, a diffinitiua ſententia contra Regulam quæ concedit Binam appellationem extra de appellatio. Directæ & C. ne in una eademq; cauſa. Speculat. titulo de appellatio. in lib. 2. §. quotiens vbi in fine, ponit plures caſus in quibus ſimiliter ſemel tãtum licet appellare non ultra.

c ¶ Semel. Caue tamen quia ſi iudex appellationis pronunciaſſet ſententiam nullam, & etiam illam reformauerit a tali reformatione, iterum poterit appellari, quia ſtatutum loquens de ſententia debet intelligi de ualida l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. ſecundũ Cum. ibi faciunt quæ latiſsime ponit An. Tiraquel. in .l. boues. §. hoc ſermone in vi. limi. ff. de verb. ſignific.

d ¶ Pro quolibet. Bene fecerunt ſtatuentes, quia tollitur altercatio an intelligeretur ab vtraque parte, an ab una parte de qua per Decium in conſ. 49. col. 1.

e ¶ Vim diffinitiuæ. Bonũ fuit exprimere iſtud, quia ceſſat diſputatio & ſubtilis conſideratio Salyce. in .l. ab executione col. 2. C. quorum appellatio. non recip. vbi ſicut erat mixtura quædam in hac ſententia, ita volebat eligi mediam viam in ſalario præſtando.

quòd aliquid ultra uel aliter aut alio casu pro aliquibus aliis petere habere uel a sponte dare uolentibus recipere non debeant, audeant, uel præsumant: nec etiam alii coniudices antedicti, sub pœna periurii & librarum centum bono. pro quolibet & qualibet[a] uice qua fuerit contrafactum, applicanda pro dimidia alteri parti, & pro alia dimidia Cameræ Communis Bononiæ, exigenda ut supra. Sub simili pœna domino Potestati & eius iudicibus, de qua & prout supra dictum est: si dictam pœnam non exegerint. ¶Notarii uero appellationum de prædictis rogati habeant, & habere debeant pro salario pronunciationis sententiarum prædictarum id quod & quantum, & prout habere & recipere debēt notarii deputati ad causas ciuiles secundū formam dictorū statutorū. ¶Præterea Decernimus quod a qualibet sententia super possessorio[b]

a ¶Qualibet; Hæc vox vniuersalis ponderanda est vt comprehendat etiam interlocutoriam sententiam, licet alias appellatione sentētiæ veniat proprie diffinitiua, iuxta glo. not. in. l. 1. §. biduum ff. quand. appell. fit Decius in c. super eo el. 2. de appell. & reperio ꝙ Hierony. Gratus in consilio vlt. lib. 2. maxime in 4. & 5. fundamento hanc dictionem ponderauit, licet non admodum pertinēter, visum enim fuit sibi idem esse dicere a qualibet sententia uel a quolibet petitorio quę tamen maxime differūt, vt dicit D. Gozadinus hoc in loco, quia subiungit ꝙ istorum verborū, nostrorum sensus est, ꝙ a qualibet sententia siue interlocutoria, siue definitiua licet appellare semel tantum, dummodo sit a iure ciuili permissum, quia in multis casibus appellatur, de quo postremo dicto uidendū erit latius infra in glos. possessorio; & proculdubio in iudicio possessorio cadere possunt interlocutoriæ variæ non minus quâm in petitorio, & videntur uelle Doc. ꝙ licet de iure cōmuni ciuili nō possit appellari a sententia diffinitiua super possessorio bene tamen possit appellari, a. pronunciationibus ante sententiam, puta, si non admittātur testes, vel admittantur non admittendi, vt dicit Bal. in. l. post sententiam versic. pone ergo C. de sentētiis post Innoc. ratio quia grauamen huiusmodi non speratur reparari per sententiam diffi. super petitorio, quæ vere diffinitiua est secundum magis cōmunem opi. scrib. post Accurs. in l. vnica C. si de mo. possess. fu. app. & in c. cum ad sedem de resti. spoli. per tex. in cle. vnica de. seq. poss. & fructuū. adde tamen dicta Abb. in c. si. de iudiciis nu. 12. & ꝙ ab interlocutoria in possess. appellari possit Ang. dicit in cons. 46. viso puncto versi. prętcrea & Decius refert in c. pastoralis nu. 4. de appell. & Nicellus in suo trac. concor. gl. §. 6. nu. 26. ver. 4. moderatur &c, attamen, vt mihi videtur data ter minorum paritate, & tunc a diffinitiua in possessorio appellari posset, sed hoc parum intentioni nostrę officit quandoquidem constet dictionem quamlibet etiam interlocutoriam comprehendere, quę satis dicitur super possess. argu. not. in cle. dispendiosam de iudiciis, & per Bart. in. l. solent col. 3 .ff. de ali. & cib. lega dum allegāt. l. cū hi. ff. de trans. vbi cōcludit ꝙ causa alimentorum dicitur quicquid incidens occurrit.

b ¶Possessorio. Siue retinendæ, siue recuperādę, siue adipiscendæ, prout non sit differētia in pñti materia ꝑ gl. i l. vnica. C. si de mo. poss. fu. appell. Pro scientia vberiori sciendum est controuersiam fuisse circa intell. l. vnicæ. C. si de mo. poss. su. app. an. s. illa prohibitio appella. sit quo ad vtrunq; effectum. s. & suspensiuum, & deuolutiuum, an duntaxat quo ad suspensiuū, & Bar. tenuit post quosdam antiquos de quibus non meminit in. l. 2. ff. de app. recip. col. 2. illam esse quo ad effectum suspēsiuum tm. i. vt nō retardata execut. appellatio deuoluat, sed magis cōis opi. est ꝙ vterq; effectus sit prohibitus, vt attestatur Deci. cōs. 28. col. 3. & ratio est quare non appellatur est quia reputatur causa modici pręiudicij, cū possit illud grauamē reparari per sñiam diffinitiuā super possess. quæ ēt rō cōsideratur in sñia interlocutoria, vt habetur in. l. ante sñiæ. C. quorū app. non recip. & per Bart. in d. l. 2. cum locis simi.

Itē præmitte qualiter reperitur possess. merū, & possessoriū mixtum, inqt. n. Ange. in. l. incerti circa finē. C. de interdictis ꝙ iudiciū possess. dicitur simplex qñ cōpetit circumscripto dominio, si vero nō cōpetit circūscripto dñio illud est mixtum, refert illud dictū Deci. pro not. in cōs. 28. nu. 6. & istud est ꝙ vno verbo dixit Bal. in. l. vni. C. si de mo. poss. ꝙ mixtū est qñ est cum proprietate connexū, pōt forte exemplificari in quibusdam Interdictis iuxta. l. 2. §. quædā. ff. illo titul. de interd. vel in casu. l. si qs intantam C. vnd. ui scdm gl. in d. l. vnica. Itē si in possess. fiat cōdemnatio ad fructus vt dicit Saly. in d. l. vnica penu. q. & in l. momentaneæ. C. de interdic. vbi se diffundit in demonstranda ueritate huius exēpli, licet non careat difficultate, ut habetur per Rip. in ca. sæpe nu. vlt. de rest. spol. & uolūt Doc. ꝙ a possess. mixto possit appellari tanquam magis dignum trahat minus c. quod in dubijs de sepul. l. cum quæritur de statu homi.

Item præmittendum est quòd licet regula sit tradita a iure ciuili negatiue, tamen habet plures modifica-

modificationes quas ex pluribus locis congestas scripsit Nicellus in concord.gl.in §.sexto nu.26. sunt enim una & xx. computatis aliquibus Ias. in.l.s.col.2.C.de bo.poss.secundum tabu.& Soci. Regul.18. vide etiam P. a Duenas Regul.44. vbi addit nonnullas alias.

Item communem opi. esse ꝙ de iure canonico indistincte a quolibet possess. possit appellari ēt bis, vt attestantur scrib.in d.l.vnica & in ca. cum ad sedem de restit.spol.& Archi.2.q.6.c.fin.§. si quis. Appellabo ergo hoc possess.a quo non datur appell.priuilegiatum, ad differentiam illius, a quo datur appe.quia datur secundum regulam communem.l.& in maioribus C. de appell.l. nō tantum.ff.eod.titu.quod ualet ad intelligentiam consti. Rotæ de qua statim. Aliqui autem totum econtra: illud esse priuilegiatum in quo datur appell.parum tamen refert disputatio nominis dū conueniamus de corpore, videtur tamen ista denominatio magis conuenire, & sentit hanc denominationem Berous q.44.vocans possessoriū uigore edicti diui Adriani fauorabile propterea non dari appellationem.

Postremo sciendū est, ꝙ in constitut. Rotæ nostræ sub nu. 113.cauetur formaliter pro tollēdis difficultatibus inter Doct.super hoc §.sancitum est, ꝙ in quocūq; posses.mero, ēt priuilegiato intelligatur vendicare locum statutum, & vtrumq; effectum sortiri, excepto casu aduocationis possessionis, vnde cum illa constitutio veniat maxime ad aperiēdum intellectum istius §.seruari debet, meo iudicio, in quocunq; foro, etiam Reuerendiss.d.ad not.in c.1.de no.oper. nunc. & per Abb.in c.cum in tpe de arbitris, in quibus locis dicitur ꝙ vbi aliqd est clare decisum in uno iure puta iure ciui.non reperiatur aūt clare decisum, de iure canon.standum est iure ciuili, & econuerso qa qui interpretatur nihil de suo addit.l. hæredes palam §.sed si notam.ff.de testa. & authē.de filiis ant.do.instr.natis, & dum ibi dicitur de mero, excludi videtur mixtum.l.cum prætor de iudiciis c. nonne de pręsumpt. & iure, merito q̄, quia non intendit derogare quominus a respicientibus etiam petitorium detur appe.& profecto ēt circumscripta constitutione posset ostendi sic importare verbi proprietatem, nam possessorium (quod est uerbū positum in tex. isto) vnq; debet intelligi de simplici, & non secundū quid, l.hoc legatum de leg.3.habetur in l.2.ff.de verb. obligat. & ita formaliter intellexit etiam Berous in suis qq.fam.q.91.nu.2.& etiam q.44.nu.3.& ista est veritas: nec uerum est dicere, ꝙ etiā a mixto posses. semel tantum possit appellari. Sed stat dubitatio nunquid in mero posses. non priuilegiato uidelicet in casibus in quibus binę appellationes dari solent de iure, prout supra retuli in 3.pręmisso habeat locum.§.noster. Et quidē videtur argui posse, quod non, considerata phrasi istius §.quæ concepta est per verba concessiua, non autem per verba prohibitiua, dicendo liceat appellare quasi dixerit liceat appellare in casibus in quibus antea non licebat, videlicet in possess. priuilegiato, non ergo adaptari poterit ad possessorium non priuilegiatum, quia sic veniret statutum prohibitiue, cum prohiberet appellationem binam & reducendo ad vnam duntaxat, & ideo usum fuisse verbis negatiuis, vt fecit in §.decernentes supra eod.& ista ponderatio arguit, ꝙ hic §.tantum vendicet locū in mero possess. priuilegiato, non autem in non priuilegiato, nec enim videtur ꝙ in vtroq; pariter locum vendicare possit, qa respectu vnius veniret prohibitiue, respectu alterius concessiue, quod nō videtur dicendum, quia una determinatio nō debet diuersimode intelligi.l.cū qui ędes.ff.de usuc.propterea inaduertenter loquuntur illi qui dicunt hūc §.loqui gn̄aliter, & de quocunq; possess. vt facit Gratus cons.vlt.lib.2. Verum est ꝙ multum pro tali generalitate facit d.constit.Rotæ dum dicit, in quocunq; posses.etiam priuilegiato, nā dictio etiam includit non priuilegiatū adeo ꝙ de utroque loqui intelligitur: Ego responderē de necessitate per supradicta ibi dictionem etiam superabundare, prout dicitur de dictione maxime in l. pactum C.de pac.conuē.& inst.de acti §.inter pignus, sicut & aliquando subaudiri dēt. Vel capit priuilegiatum alio modo, quam supra accipi debere diximus, nēpe forte pro habente aliquā qualitatem fauoris, puta in posses. vigore edicti diui Adriani, quod quidē est huius nature de iure ciuili particulari ratione vt infra dicā. l. quisquis C.quorum app.non recipiātur, & hęc expositio destrueret opin.Bero.q.44.de qua infra multum dubitabo, & forte non tenebo eam.

Scias tn̄ ꝙ nō desierunt valētissimi viri, & adhuc sunt alii, q e cōtra tenent ꝙ totus hic. §.dēat intelligi tm̄ in possessoriis nō priuilegiatis (.i.vt hoc sępe exponam) in his in quibus de iure dabatur appe.bina, & consequenter ꝙ tota hæc dispō veniat derogatiuæ facultatis appellandi a iure cōi concessæ, & inter alios fuit d. Io. Harmodius Mediolanensis doctor quidem practicus, & tunc epis vicarius curiæ episcopalis Bono. extat eius consiliū apud me. Incipit in causa illorū de Gandulphis, & eandem opi.reperio fuisse venerando pręceptori meo D.Lud.Goza.prout apparet ex quibusdā notis nuper in lucē emissis. qui forte fuerat, ēt collega illi in ead. cā. Satagunt dd. domini demonstrare qualiter illa sn̄ia in casu sui possessorii non erat appellabilis, nec de iure cōi, nec etiam de iure statuti nostri, quod loqui intelligunt de sententiis a quibus alias dabatur appe. quā quidem appellandi facultatem statutum intendit secundum illos conseruare vsq; tamen ad vnam tm̄, & ita tenent ꝙ statutum veniat restrictiue non concessiuę, & mouentur in primis,

Quia in dubio fit interpretatio, vt sit ꝓhibita appe.in possess. Decius in c.super eod.app.in 2. not.qa sic sumus sub regu.titu.C.sid.mom.poss. su.app.& idē Decius dicit clare in cōs.28.nu.8.

Poteſt reſponderi fragile eſſe fundamentum, quia attentis verbis permiſſiuis, ſeu inductiuis debemus dicere clare conſtare ad quid faciendũ veniat hoc ſtatutum, prout ſupra dixi.

Secundo arguunt, Quia ſic intelligendo minus corrigetur ius commune, ſolum enim corrigeretur.l.1. ne in una eademq; cauſa liceat, &c. ſed tenendo ꝙ ueniat conceſſiue, vt poſſit appellari in caſibus non permiſſis corrigeretur.l.1.C. ſi de mo.poſſ.fuerit app. Addo dictum Anto.de Butrio in c.dilecti de fo.comp.vbi dixit, ꝙ quando ſtatutum poteſt operari unum & duo cõtra ius commune, debet interpretari vt unum tantũ, Sed ego non bene video qualiter hoc argumentum formari poſſit eo modo, quia intelligendo de poſſeſs.a quo non dabatur appell. dico ꝙ ſtatutum hic induxit ſuum beneficium ad fauorem rei, vt appellare poſſit, & in hoc bene corrigit.l. unica.C.ſi de mo.poſſ. fu. app. non autem video quantumcunque uelit unam tantum appellat. dari quomodo corrigat titulum, ne in una eadẽque cauſa, quia ille titulus de iſto poſſ. non loquebatur. vana eſt ergo hæc argumentatio.

Tertio (dicunt) ſtatuentes in princ. iſtius ſtatuti volunt poſſe appellari in quacunque cauſa permiſſa a iure communi, ſi ergo hic §. intelligeretur, ꝙ concederet appellationem a iure cõi non conceſſam contrarietur his quę ſupra in prin. dixerat contra l.nam ad ea.ff.de condi. & demonſtratio.vnde neceſſe eſt dicere, ꝙ hic loquatur in caſibus in quibus appellatur ſimiliter de iure cõmuni, at poſtea modificet, vt ſcilicet tantum poſſit. Equidem hęc inductio etiam facit contra illos, quia oſtendunt iam quòd corrigitur ius ciuile de duabus appellat.reducendo ad vnam, unde non ex toto inſeruiũt verba ſtatuti in principio, cuius intentio fuit ponere regulam iuris ciuilis permittentis appella.& vult eandem eſſe permiſſam a iure ſtatutario, & ſi eſt prohibitoria, in aliqua ſpecie appell. eadem ſit prohibitoria per ſtatuta, nõ negat autem quin ſtatutum poſſit excipere aliquem caſum de vtraq; regula, & hoc eſt quod ſubiungit, vel qua ſeu quo ſit licitum ex diſpoſitione præſentiũ ſtatutorũ, & dicta verba proprie videntur debere exemplificari per hunc tex.noſtrum.ſ.in poſſeſ.priuilegiato de iure cõi ſtatuẽdo quòd non ſit priuilegiatum de iure municipali, ſed quòd poſſit appellari, ſed ſemel tantum, & ſi intellexerimus hunc tex.ſecundum intellectum iſtorum patrum habebimus laborẽ in exemplificando dd. verba principij in ea parte, & ita retorquetur ponderatio eorum.

Quarto (dicit Harmo.) quod ſtatutum veniat ad reſtringendum ius appellandi, non autem ad ampliandum patet eum dicit; ſemel tantum appellari, nam iſta taxatiua eſt reſtrictiua.l.t. ff. ſi quis in ius vocati non obtemper.cap.cum eccleſia ſutrina de cau. poſſeſs.& propriet.ergo cum veniat ad reſtringendum ius appellandi nõ debet operari ampliationem.l. legata inutiliter.ff. de adim. legatis c. ſi a iudice de appellatio. in vi. Quæ argumentatio nullum mihi penitus negotium facit, quia dicimus quòd inducit ſed abſque minori correctione.i.vt poſſit appellare, ſed ſemel duntaxat, & ita dictio tantum reſtringit conceſſionem nouam appellandi nequis crederet binam conceſſam fuiſſe: principalis ergo intentio eſt in concedendo, non in reſtringendo, ideo fruſtra allegatur. l. legata inutiliter, vnde pro iſta quam defendo opi. allego.l. qui except. ff.de cond.indeb.l. ſiquis nec cauſam, &.l. non omnis.ff.ſi cert.petatur.

Aliqñ ego pro ead. opin.argumentabar ponderando dict.qualibet, quę vt dixi ſupra comprehendit etiam interlocutoriam, at ab interlocutoria ſuper poſſeſs. datur appell.vt dicit Angel. in conſil.46.& Bal.in.l.poſt ſententiam verſic. pone ergo C.de ſenten.& inter o.iud.licet non detur a diffinitiua, & cum datur appellatio vtique bina danda eſt de iure communi, iuxta not.in.l. vnica. C. ne in una eademque cauſa &c. ecce ꝙ reſpectu ipſius interlocutorię ſtatutum venit derogatiue non conceſſiue, conſequenter dicẽdum eſt quòd reſpectu ſententię diffinitiuę, intelligatur in tali poſſeſſorio, in quo dabatur appellatio bina, vt una determinatio &c. Et ſi reſpondebis, debere reſtringi hunc tex. ad interlocutoriã, in qua alias nulla daretur app. & ſic pariformiter determinabuntur, & interlocutoria, & diffinitiua. Replicabo fieri violentiam generalitati, & ei quod dixit Ang.in d. conſilio uolens dari ſemper appellationem a tali interlocutoria.

Dicebã etiam argumentãdo ꝙ regulariter app. ab interlocutoriis quibuſcunq; dicitur odioſa, vt dicit Fely.in c.cum Ioannes here.col.viij.de fide inſtru. eadẽq; rõne videtur idẽ i app.a diffinitiua ſuper poſſeſſorio, quia ambo grauamina poſſũt reparari in diffinitiua, prout equiparat per hanc rationẽ Bart.in.l.2.col.2.ff.de app.recip. adeo ꝙ dicitur in dubio pronuntiandum eſt appellationem non dari in huiuſmodi, ita Decius in ca.ſuper eo el 2.in 2.not.de appell.& in conſ.28.nu. vlt. ſi ergo ſimus in odioſis ſtricta debet fieri interpretatio, & intelligi ſtatutum procedere reſtrictiue, non autem ꝙ velit de nouo concedere.

Itẽ (vt dixi) ſunt equiparata, quo ad prohibit. appellationis ſententia interloc.& ſententia diffinitina in poſſeſſorio, ſed conſtat ꝙ ſtatutum ſupra.§. decernentes conſeruat prohibitionem iure ciuili inductam circa interlocutorias, ergo datur nobis intelligi ſtricte potius uelle procedere in ſententiis poſſeſſorii quàm ampliatiue. Sed hæc argumenta tollerari poſſent niſi vt (ſępe dixi) phraſis noſtri. §. aliud demonſtraret, & inſuper interpretatio conſtitutionis Rotalis cui ſtandum eſt, a qua poſſunt excuſari pręfati excellentiſſimi patres, quia eorum tempore adhuc nõ emanauerat. Item ſatis (vt tetigi) inſeruiunt illa verba ſtatuti noſtri in princip.a qua ſeu quo licitum ſit ex diſpoſitione præſentium ſtatutorũ ad

que

lata: uel ferenda liceat unicuique partium semel tantum [a] appellare. ¶ Insuper [b] uolentes nostros Comitatinos, & habitatores Comitatus Bononiæ, & litigantes cum talibus, ab expēsis, & uiarum oneribus subleuare prouidemus quod si contingeret aliquem appellare ab aliqua sententia diffinitiua, uel interlocutoria, aut alio grauamine a qua, uel quo posit appellari, ut supra dictū est, lata, uel illato per aliquem Iudicem, uel officialem: ut supra in Comitatu [c] Bononiæ, uel eius districtu; quod ad causam appellationis huinsmodi sufficiat [d] appellatum, si esset habitator dicti Comitatus, uel districtus citari semel personaliter, uel ad domum suæ solitæ habitationis: dummodo citatio facta ad domum fiat in præsentia duorū testiū. ¶ In qua citatione contineatur summarie effectns appellationis interpositæ, & sententiæ a qua fuerit appellatū: & etiam contineatur quod comparere debeat citatus ad uidendum produci

quę libenter audirem exemplum ab his qui nollunr accommodari debere istud, & puto q hęc sit communis intelligentia, & q obseruetur in palaciis, & non sine ratione, quia magnum est comodū possessionis iuxta tex. insti. de interdictis, & afferr sublata, prçiudicium: non leue esto millies q sit reparabile i diffinitiua super petitorio, nam etiam in petitorio ipso prçiudicat, quia facit aliqualem prçsumptionem pro ipso apud quem remāserat per sententiam in possessio latā vt Federicus dicit in cōs. 76. incip. D. auditori, de quo meminit Decius in allegato cons. 28. col. r. verlic. secūdo dubitationem &c. cui fateor q bene respondet Decius attento iure ciuili sed hoc fuisse prudenter animaduersum, puto a iure nostro municipali, & prouisum, vt hic videmus. Dominus Aug. bero. in q. 44. familiarium. qq. attentat nouiter demonstrare q statutum nostrū non vendicabit locum in possessorio concesso uigore. l. fi. C. de Edicto diui Adri. quia nulla dari debet appellatio tanquam illud sit notorium ius proueniens ex instrumento testamēti non cācellato &c. ut Bal. inqnit in. l. quisquis. C. quorum app. non recipian. Certe ex mente doctorum, & glo. decisio illius legis, est fundata sub regula tituli si de mo. poss. fuerit appella. & idem dicit glo. & doc. relati ab archi. in. c. fi. §. siquis, ubi registrata est. d. l. quisquis. ij. q. 6. dum dicunt q. d. lex non elt canonizata, seu recepta a canone, quo pmittitur appellatio a quolibet possessorio. Nęc uera est illa ratio particularis de notorietate quid enim si scriptura esset manu priuata licet in forma probante? certe non inducit notorium ad. cap. fiuale de cohab mul. & cleric. & . c. olim de uerbo. signif. & quæ ponit Bar. in. l. i. in prima. q. ff. de no. oper. nunciatione: Ratio ergo cōmunis illius. l. est quia sumus in possessoriis priuilegiatis, idest in quibus non datur appellatio, quę ratio cum non fuerit considerata a statuto nostro, sed uoluerit darem saltem semel appellationem, etiam uendicabit locū in huiusmodi particulari possessorio, quia lex generaliter loquens. comprehendit, et casus habentes promptiorē, seu maiorem rationē. l. in fraudē §. fi. de milit. restamento, Decius in. l. cum quędā nu. 2. ff. de iur. om. iudi. Euerardus in loco a ratione. l. larga. Nūquid autem sit licitum supplicare remota appellatione a possessorio? tradit Alex. & Decius signāter in. d. l. fi. nu. 49. C. de edi. diui Adri. ibi videbis q non, quia remota est appella. ex natura causæ facit. l. vnica, & ibi not. C. ne in vna eademque causa & ibi vide Bal. col. secūda dicentem formaliter q bene poterit de nullitate dici.

a ¶ Semel. Quasi ex gratia hoc indulgeatur, qua ratione videmus q non nisi semel supplicare fas. est l. si quis. C. de prçci. Imper. off. vbi Bal. not. Specul. in tit. de supp. §. differt in fi. verbis, si tamē vltra q semel appellauerit & iudex a quo detulerit appellationi forte valebit sententia si liquebit iudici primā sententiam fuisse iniustam ita singulariter Bal. i. l. post sententiam col. secunda C. de semet. ita dicit tenere Innoc. sequitur Alex. in cons. 2. in. 3. volu. incip. consideratis penul. col. Ias. in. l. patre furioso nu. 12. de his qui sunt sui, vel ali iuris Nicellus in suo tractatu concor. glo. §. sexto nu. 26. versi. decimo moderatur. Ego etiam subdo q licet non sit admissa appellatio nisi semel si tamen appelletur ad superiorem operabitur quo ad illum, vt si videt grauamen posit illud emendare & corrigere, licet non operetur aliquem effectum suspensiuum respectu iudicis a quo, ita dicitur not. Abb. in. c. pastoralis nu. 15. vers. in. 3. q. ff. de app. retulit etiam p not. Maranta in speculo suo in. 2. actu vltime partis iudicij nu. 106. versic. plus etiam dicit Abb.

b ¶ Insuper. Idem modus loquendi fere reperitur supra in statuto de voc. in iure & ven. §. intendentes vbl omnino videbis.

c ¶ In comitatu. Subaudi maxime: nam idem si esset lata ab aliquo iudice ciuitatis & in ciuitate.

d ¶ Sufficiat. Scilicet appellatori, Et nota non imponi necssitatem per hoc verbū. l. 1. §. sufficit. ff. de admi. tu. nihilominus mihi videtur q mens statuti sit arctare citantem ad hauc formam indu[illegible] beneficio vtriusque litig[illegible] vnde non uidentur

cõmiſsionẽ,& appellationẽ pro die ſequẽti iuridica, uel alia die,de qua iudiei uidebitur,dũmodo tẽpus octo dierum utilium quo ad cauſam nõ excedat infra quod produci debeât. Et ſucceſsiue[a] poſtea quod omnibus, & ſingulis aliis diebus, & horis quo ad cauſam iuridicis proxime ſubſecuturis ad omnes,& ſingulos alios actus, uſq; ad ſententiam diffinitiuã incluſiue. ¶ Volentes quod in proxime dictis cauſis ſufficiat commiſsionem, & appellationem produei debere,& productam eſſe infra octo dies utiles quo ad cauſam a die factæ cõmiſsionis excluſiue,non obſtantibus ſupradictis. ¶ Et etiam contineatur in ipſa citatione comminatio,quod ulterius nõ citabitur,& quod ad ulteriora procedetur, uſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue,eo ulterius non citato,nec expectato. ¶ Et dimittatur ei perſonaliter inuento, uel ad domũ ſuæ ultimæ habitationis,uel ad alium loeum,ad quem ex forma noſtrorum ſtatutorum citari deberet,ſi non eſſet habitator,uel ſolit⁹ habitare in Comitatu, uel Diſtrictu Bononiæ, eedula continens effectum citationis prædictæ,dummodo dimiſsio cedulæ prædictæ ad domum, uel ad alium locum, ad quẽ citari deberet,ut ſupra,fiat in præſentia duorum teſtiũ. & citatio,ut ſupra facta ſufficiat quo ad omnia, & ſingula facienda in tali cauſa,uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue. ¶ Inſuper etiam declaramus, quod omnes Comitatini, & omnes alii habitantes in guardia Comitatu,uel Diſtrictu Bonon.& omnes forenſes, ſiue actores, ſiue rei litigantes in Ciuitate Bonon.in eorum eauſis principalibus,& appellationum,& aliarum quaruncunque cauſarum teneantur, & debeant ſi ab eis petatur locum,ſeu domum eligere, & deputare in Ciuitate Bononiæ,ad quem,ſeu quam uelint eitari, & requiri ad omnes actus fieri opportunos in talibus eorum cauſis. ¶ Quæ electio & deputatio loei retractari non poſsit in totum,mutari tamen,ſeu uariari ſemel tantum[b] ualeat eligendo continue locum aliquem idoneum arbitrio iudican-

videtur ꝙ altera poſsit recedere arg. not. in.l.ſi quis in cõſcribendo. C. de pactis,alteri enim per alterum non debet iniqua conditio afferri iuribus vulga.

a ¶ Et ſucceſsiue. Nota hanc formam citandi, quæ obſeruatur ubi citandus eſt de lõginquo, uel ex aliqua iuſta cauſa ut habetur late per Bart. & Angel.in. l. qui ante Calend.de verbo.oblig. alias non eſt committenda huiuſmodi citatio,& ſi fiat poteſt appellari, prout ibi dicunt Doct. Caue tamen quia ſi citatus compareat uigore.d. citationis in uno actu non reputabitur poſtea in aliis actis contumax ſine noua interpellatione D.Ant.& Io.de Imol. in c.conſuluit,de offi.dele. Io.And. in addit.ad Specul.§.viſo,verſic.Idem licet,tit.de citat. Alex. in d.l.qui ante Calend. Vide Iaſ.deciſ.xliij.ubi dicit communem eſſe, & latiſsime Nicellũ in concord.glo.concordantia, 52. limitatione 10. vbi copioſiſsime loquitur, quam communem intelli ge,ubi non extaret ſtatutum(prout hic)ita imponens, ut aliquid addat iuri communi, doct. enim loquuntur circa permiſsionem iuris cõmunis,& multum uarii ſunt,quia non bene poteſt colligi quid præciſe uelint iura. Et ſi caſus occurreret latius deducerem, licet tutius ſit abũdare in citationibus. Et ꝙ dicitur in ſingulari comitatino putarem per eandem rationem idem obſeruandum in uniuerſitatibus ruſticanis habitantibusq; in comitatu.

b ¶ Semel tantum. Hoc eſt de iure communi ex regula,ꝙ in omnibus caſibus, in quibus permiſſa eſt uariatio non niſi ſemel permiſſa eſt.l. ſi quis juſiurandum in fi. C.de rebus creditis, ſicut allegat Bald.in auth.habita xiij.col. C. ne filius pro patre,Iaſ.in.l.prętor.§.aliquando in tertio nota. ff.de noui oper.nunt. Vide Rebuf.in tract. de electione domicilij in xij.quęſt.ubi concludit regulariter facta electione domicilij, non dari de iure uariationẽ etiam ſemel per tex.in.l.ſerui elect. ff. de leg.primo.ratio quia ubicunque a lege ſtatuto,uel conſuetudine alicui defertur electio, ſi ſemel elegerit non poteſt iterum eligere.l. ſi mihi,& tibi in principio.ff.de leg.i.l.cum qui certarum.§.i.de uerbo.oblig.c.ij.de reſcriptis. nam eligendo uidetur quaſi contraxiſſe cum parte ſicut in iudicijs ad.l.iij.§.idem ſcribit.ff. de peculio. ergo ſine conſenſu illius non poteſt reſilire l.j.&.ij.quando liceat ab empt. diſced.l. ſicut de act.& obliga.& prædictus author ponit limit. & caſus,in quibus poteſt uariare.ſ.ſi ex cauſa, puta peſtis,aut alia iuſta cauſa,non audet accedere ad

illum

tis in Ciuitate Bononiæ: ad quem citari debeat ad omnes, & singulos actus [a] usque ad sententiam diffinitiuam inclusiue. ¶ Et si infra duos dies immediate sequentes postquam per iudicem sibi, uel causidico suo mandatum fuerit, locum, uel domum [b] in Ciuitate Bononiæ non elegerit, tunc, & eo casu domus residentiæ dominorum Defensorum haueris populi, & Communis Bononiæ intelligatur, & sit ipso iure, & facto locus idoneus, & electus, & deputatus per talem eligere obligatum. Ad quam residentiam dominorum Defensorum possit, & ualeat citari, & requiri per quemlibet nuntium Communis Bononiæ cum dimissione cedulæ in hostio anteriori domus dominorum defensorum in præsentia duorum testium ad singulos actus fieri opportunos, usque ad sententiam diffinitiuam inclusiue in quacunque causa ciuili, seu mixta principali, uel appellationis, seu alterius qualitatis. ¶ Et ut lites celerius expediantur, etiam Volumus, & Ordinamus quod Iudices dictarum appellationum, & causarum possint, si eis uidebitur, expensas in quibus partes, uel earum alteram condemnauerint, & de quibus eis constaret, taxare [c] in eorum sententiis tempore quo sententias protulerint. ¶ Et prædicta omnia, & singula suprascripta in præsenti statuto contenta fieri, obseruari, & licere uolumus, modo, & forma, ac in omnibus, & per omnia, prout supra dictũ est. non obstantibus aliquibus aliis statutis præcedentibus, uel sequentibus in præsenti uolumine contentis, aut aliis cõtrariis quibuscunque, etiam si de talibus statutis, & aliis cõtrariis necessaria fuisset fieri mentio specialis: [d] quæ statuta, & alia contraria hic pro sufficienter expressis haberi uolumus, & declaramus. ¶ Postremo etiam Ordinamus quod Iudices quarumcunque appellationum, & eorum quilibet postquam sic ut prædicitur electi fuerint, & prius quam in aliqua dictarum causarum iudicent iurare debeant, & teneatur ad sancta Dei Euangelia manibus tactis [e] scripturis uice qualibet qua electi fuerint in manibus domini Legati, seu Gubernatoris Bononiæ de Iustitia ministranda, & de obseruatione contentorum in præsenti statuto, & aliis statutis Communis Bononiæ sub pœna librarum centum bononenorum de facto auferendarum, & pro dimidia applicandarum Cameræ Communis Bononiæ, & pro reliqua alia dimidia dicto Domino Potestati, si illam totam persolui, & exigi fecerit, ut supra. ¶ Cæterum etiam Ordinamus, & Statuimus quod a qualibet sententia lata contra

illum locum, quæ limitatio conueniet etiam hoc loco, etiam prius facta prima variatione, & sic est casus in quo licet bis variare.

a ¶ Singulos actus. Idem Bart. in extrauag. ad reprim. ĩ verbo per edictũ Alexander & Ias. in. l. q ante Kalendas de verbo. obliga. Alexãder in. l. statuliberos. §. stichus. ff. de statulib. Soci. plenè ĩ tractatu de citat. Articulo. xx. q. 16. alioqui si ad totam causam citaretur posset appellare, quia ex tãta generalitate citationis videlicet, vt intersit singulis diebus, & horis videtur grauari. Rebuff. in supra citato tractatu q. x. nu. 46.

b ¶ Domum. Vide Ang. in. l. qui ante Kalendas de verbo. obliga. & Abb. in, c. fina. de dillat. col. 3 vbi est materia; diximus supra in statuto de modo citationum, & adde multa per Rebuffum in tractatu de electione domicilij, qui ponitur ĩ tertio Thomo, vbi maxime nu. 19. declarat quando quis in secunda instãtia teneatur eligere domicilium, si in prima eligisset, & an sufficiat procuratorẽ constituisse habẽtẽ domiciliũ in ciuitate.

c ¶ Taxare. Non video qd addat iuri communi in hac particula, qa idẽ est de iure. l. terminato. C. de fructibus & litis expẽsis.

d ¶ Specialis. Materia hæc trattatur per Bart. in extrauagan. ad reprimẽd. in verbo non obstãtibus cuius dicta hic habeantur pro repetitis.

e ¶ Tactis. Quod appellatur Corporale sacramentum ad differentiam verbalis, & quotiensçunq; lex requirit ꝓ forma tactũ, si aliter præstetur nulliter præstetur, glo. in c. vt circa in verbo corporali de electione in. 6. Abb. in. c. laudabilẽ de frig. & maleficiatis; allegat & gl. not. ĩ clem. j. de hæreticis in verbo tacta.

¶ Curatorem

Curatorem [a] datum liti, & causæ indefensæ, seu bonis indefensis, tam super principali causa, quam appellationum, liceat, & licitum sit cuicunque contumaci, contra quem, seu contra tálem Curatorem sentẽtia lataeſſet a tali sententia appellare, & etiam de nullitate per uiam principalis petitionis proponere infra decem dies a die eius scientiæ proxime secuturos: non obstante scientia, uel præsentia dicti Curatoris: & non obstante appellatione aliqua interposita per ipsum Curatorem, aut aliquibus aliis statutis in contrarium, uel aliter disponẽtibus. ¶ Et quia per præsens statum prouisum est de causis appellationum prout in eo, & ut supra fit mentio: & de quærelis [b] & earum causis sufficiẽs nõ est facta dispositio. Ideo Statuimus & ordinamus quod ab omnibus & quibuscũque sententiis & grauaminibus, pronunciationibus, & declarationibus, de quibus supra fit mentio: & a quibus modò & forma suprascriptis licitum est appellare, liceat & licitum sit cuicunque cõdemnato, seu grauato a talibus sententiis, seu grauaminibus semel tantum [c] pro qualibet parte quærelare, & eius querelam proponere. Et quod dicta quærela cõmitti produci, & præsentari, & fideiussores, seu pignora in ea præstari, & præsentari, & alia omnia obseruari in eius causa debeant: quæ, & prout supra dictum est in & de causis appellationum, quæ causa quærele per omnia succedat loco appellationis. ¶ Declarantes in dictis causis quærelarum illas instantias esse præfixas, quæ præfixæ sunt in causis appellationum. ¶ Quæ instantiæ dictarum causarum quærelarum currere incipiãt a die productæ & præsentatæ dictæ quærelæ coram suo Iudice, seu Iudicibus parte præsente, uel legitimæ citata. ¶ Et ut uera, & certa scientia, & notitia omnium dictorum Iudicum primarum, & ulteriorum appellationum, & seu quærelarum haberi, & intelligi possit per Reuerendissimum

¶ Curatorem. Licet secus sit in procuratore, qa attẽdi debet appellatio illius, vbi appellasset. l. ab executore. §. alio. ff. de appella. & ratio est, quia curator litis indefensæ constituitur à iudice, vt defendat, & prosit, non vt obsit, ideo dictum fuit in statuto infra de voca. in iure, & non ven. §. & dato curatore q non satisdat nec respõdet positionibus, nec facit inuentarium.

¶ Querelis. Scias imprimis q querela potest accipi largo mõ & strictè, & propriè, quando accipitur largo modo ponitur pro omni remedio per quod quis recurrit ad superiorem per viam grauaminis & tũc includit appellationem, & restitutionem tex. est, & ibi glo. in verbo querela in. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex, ita illã glo. declarat Abb. in. c. querelam col. 2. in gl. 1. de procu. Fely. in. c. querelam col. penultima de iureiuran. idem glos. in l. ff ab arbitro, & ibi Bar. & Alex. & Doct. ff. qui satisd. cogan. Socy. cons. 96. col. 3. Secundo modo accipitur stricte tunc differt ab appellatione secundum glo. & Abb. in dicto. c. quærelã, q nõ potest appellare qñ propter aliquod impedimẽtum iuris. Est enim quærela quando oppressus reclamat, vt sibi succurratur, ita dicit Phil. Decius cons. 125. col. fi. & habet locum querela, vt plurimum quando quis grauatur in actibus extraiudicialibus, vel per aliquam interlocutoriã sine causæ cognitione prolatam, in quibus casibus si quis appellauit, & appellationem deseruit potest recurrere ad querelam, & sic desertio appellationis non præcludit viam querelę, ita Cardi. declarat in. c. cum sit romana col. 3. in fi. de appellat, nam fatalia quæ currunt in appellatione nõ habet locum in querela secundum Alex. in dicta. l. si ab arbitro in fi. verbis. ff. qui satis cogantur pro quo tex. in cap. concertationi, & ibi per Doct. de appell. lib. vi. vide tu Math. de afflictis in constitut. incip. appellationum tempora, latius prosequitur post alios Marãta in suo speculo. ch. 170. numero. 502. in. vi. parte vide Corse. in verbo querela & Marsilium sing. 88. sed hic non loquitur de supradicta querela, & videtur differre querela a supplicatione, quia supplicatio porrigitur principi a sententiis illorum maxime a quibus propter eorum eminentiam non datur appellatio. Quęrela vero etiã potest porrigi ad aliũ iudicẽ, dummodo superiorem illi qui eam tulit sententiam, & illos terminos, vt differẽtes posuit Rob. Maranta in suo speculo in vi. parte, Speculator autem non fecit mentionem de quęrela.

¶ Semel. Semel supplicatur etiam in. l. Si quis aduersus. C. de pręcib. Impe. off. specul titu. de supplic. §. differt in fin. verbis.

simum dominum Legatum, seu Gubernatorem Bononiæ, & per omnes litigantes in Ciuitate Bononiæ, & eorum causidicos, Statuimus, Ordinamus, & Declaramus, quod per eximios, & egregios dominos Doctores de Collegio iudicum ciuium Ciuitatis Bononiæ, uel per deputandos per eos, nominari, & eligi debeant omnes Doctores de ipsorum Collegio non prohibiti, & eorum nomina ad numerum trinarium in breuibus descripta imballotari, & ballotas ipsas breuium prædictorum in una bursa poni, & dimitti: & de quibus bursa, & ballotis annis singulis, donec prædicta durabit imbursulatio de mense Decembris per ipsos doctores, uel eorũ priorem, seu alium deputandum ab eis extrahi debeant ad fortunam quatuor ballotæ. ¶ Quarum prima sic extracta sit, & esse debeat ballota iudicum primarum appellationum, seu quærelarum pro primis sex mensibus proxime secuturis incipiendis in Calendis mensis Ianuarii anni sequentis. Secunda uero sit & esse debeat ballota iudicum primarum appellationum, seu quærelarum secundorum sex mensium, siue pro secundis sex mensibus anni prædicti. Reliquæ uero duæ ballotæ de dicta bursa extrahendæ sint, & esse intelligantur ballotæ iudicum secundarum, & ulteriorum appellationum, & quærelarum, & ipsarum causarum totius anni prædicti, una uidelicet pro primo, & alia pro secundo semestri. Et sic successiue, donec durabit dicta bursulatio, & alia ipsa finita nouiter facienda perpetuo fieri, & obseruari. Volumusque quod singulo anno de dicto mense Decembris de dicta bursa extrahi debeant aliæ quatuor ballottæ Iudicum prædictorum, qui modo, & forma prædictis intelligantur esse, & sint Iudices primarum atque secundarum, & ulteriorum appellationum, & quærelarum sequentis anni, & pro temporibus, & mẽsibus prædictis. ¶ Quorum doctorum, & Iudicum prædictorũ sic extractorum nomina per dictum numerum trinarium prout in dictis ballottis extractis descripta reperiuntur, præsentari debeant domino Legato, seu Gubernatori in carta membrana uni Tabulæ affixa, & suæ dominationi declarare qui fuerint, & sint Iudices per eos extracti pro primis sex mensibus, & qui pro secundis primarum appellationum, & qui secundarum, & ulteriorum appellationum totius dicti anni, & eandem. Et similem præsentationem faciant domino Correctori societatis Notariorum. Ita quod præfatus dominus Legatus, seu Gubernator possit, & ualeat, quandocunque fuerit opportunum, tales causas primarum, & secundarum appellationum, & quærelarum per eius rescriptum committere uni uel pluribus ex dictis tribus Doctoribus in numero trinario positis ad dictas causas remittendas deputatis: qui Doctores postea habeant in dictis causis sibi commissis procedere, & sententiare, & eas finire modo, & forma supra in præsenti statuto dispositis. ¶ Declarantes, quod si præfatus dominus Legatus, seu Gubernator in committendo causas prædictas eas committeret, aliter quam supra dictum sit, possit, & debeat ad supplicationem partis appellantis, seu appellatæ talem causam de nouo committere illi, uel illis iudicibus, cui uel quibus supra per ordinem fuit, & est statutum & ordinatum sine damno, & præiudicio dicti appellantis, aut lapsu aliquorum dierum, uel instantiæ talis causæ respectu solum personæ talis Iudicis non deputati: quos dies interim cursos ipso iure Decernimus, & Declaramus non cucurrisse dicto appellanti, seu quærelanti, respectu solum

personæ

PROVIDEMVS quod si simpliciter[a] sententia[b] diffinitiua,[c] uel quæ sapiat eius naturam dicatur nulla per uiam principalis[d] pe-

Quarto dicitur de nullitate principaliter absque mixtura aliqua appellationis per uiam quærelæ nullitatis, officio iudicis principaliter. Quinto per uiam exceptionis, nam petita executione sententiæ potest excipi de nullitate. l. iiij. §. condemnatum de re iudi. l. fina. C. de ordi. cognit. & inter prædictos modos magna est differentia, quia in primis tribus præcedentibus nullitas habet annexionem, & dependentiam quādā cum appellatione, unde operatur effectum deuolutiuum ad eundem iudicem sicut ipsa appellatio, nō sic quādo seorsum deducitur, & absq; appellatione. Item si nullitas deducitur una cum appellatione operatur effectū deuolutiuum, non solum ipsius nullitatis, sed etiam negotii principalis, ita tex. in d. c. exhibita de iudiciis, & ibi per Imolam, & per Inno. in c. dilecto de appell. per Bart. in .l. 1. C. de sententiis ex breuiculo recitandis, non sic passim dicendum vbi intentatur nullitas principaliter, & per Ang. in .l. si expressim de app. & Imolam ibi, & Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit q. xiij de pactis. tertio hoc idem patet, quia primis tribus casibus idē indicatur de nullitate prout de appellatione, quia impedit omnem nouationem, & executionem probat tex. in d. c. exhibita, ita Cumanus in d. l. si expressim col. x. nō sic si nullitas deducatur seorsum ab appellatiōe, quia nisi possit incontinenti probari non impedit executionem. l. fina. in fi. C. de ord. cog. per Bart. in d. §. condemnatum, Francus in c. dilecto nu: 33 de appellationibus Et de diuersis effectibus resultantibus ex nullitate quando habet annexionem cum appellatione, vide plene per Frācis. Aret. in d. c. dilecto in ix. & x. q. cuius dicta hic reperi debent, & Francum ibi, Adde multa per Afflictum in costitutiōe incip. dilationes nu. 13 lib. 2, & vide cautelas cepolæ 67 Incip. nota secundum Albertum, quibus demōstrauit posse post mille annos dici de nullitate sententiæ.

a ¶ Simpliciter: i. sine aliqua mixtura, & remedio aliquo appellationis, sed distincte, & deperse; hoc enim importat verbum simpliciter ad tex. & ibi notatur in l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verb. obliga. sicut supra statuto proximo. §. si autem simpliciter, uocauit appellationem simpliciter factā vbi nulla est facta expręssa mētio de nullitatis remedio, & sic non procederet hoc statutum, ubi dictum fuisset, dico sententiam nullam, etsi qua est, appello, secundum communem formam de qua in glo. l. 1 C. quando pro. non est necesse, loquor quoad facultatē optandi iudicem in causa nullitatis de qua hic; quia cum duæ causæ essent connexæ qui est iudex appellationis erit iudex nullitatis, quia appellatio deuoluit totum negotium. Ambo ista remedia declarat abundanter Francus in c. dilecto de appellationibus q. 54 ponendo diuersos effectus prouenientes, vbi nullitas est de perse: potest etiā intelligi simpliciter .i. non expressa aliqua causa in libello cur dicatur nulla, quia potest proponens intētionē suam quibuscunq; modis defendere, .l. iij in fi. ff. de appellatiōibus. & si fuerit unā causam nullitatis, puta defectum citationis, prosecutus nō obstabit sibi quominus ex alio capite non deducto impugnari possit, prout de appellatione dicit Bar. in d. §. fi. vide latiss. apud Vānium sub rub. quot & quibus modis, nu. 105. & Francum in. d. c. dilecto, q. 14 quicquid senserit Bar. ab ipso relatus.

b ¶ Sententia. s. A quocunque iudice etiam supreme dignitatis & iurisdictionis, ēt a præfecto pretorio, licet ab illorum sententiis appellari non possit. l. nemo C. de sent. & interloc. omn. iud. & .l. 1. circa finem. C. de temp. app. late demonstrat. Seb. uantius in suo tract. sub rub. an quelibet senientientia possit dici nulla.

c ¶ Diffinitiua. Hoc est ad differentiam interlocutoriæ, quia non datur optio dicenti de nullitate coram quo de nullitate dicatur, sed corā eodem met iudice dicere debet quia adhuc officio suo functus non est, loquor etiam in delegato ipso, c. cum cessante de appell. ita. P. Anch. in clem. 1 col. 2. vers. venio adq. de re iudi. & antea Inno. in c. dilecto de app. Fely. c. in literis, nu. viij de off. de leg. Francus in d. c. dilecto xxvii. q. versi. 3. limita adducens multos doctores, & rationem, ne. s. continentia causæ scindatur .l. vbi ceptum de iudi. iunc. .l. nulli prorsus C. de iudi. auth. & consequenter cum ibi notat C. de senten. & late Sebasthianus Vantius in d. suo opere sub. rub. coram quo nullitas pro. poss. nu. 2.

d ¶ Principalis. Attende quod principaliter dicitur nullitas intentata quando remedium istud a quouis alio remedio separatum per modum agendi, ad id nobili officio iudicis implorato in iudicio deducitur ad ea quæ ponit Barto. in .l. quæ sub conditione .§. final. ff. de conditio. instit. ita Vantius in trac. de null. sen. sub rub. quot & quibus modis in prima charta, vbi subdit q. principaliter dicetur etiā nullitas deducta in iudicio quando cum alio remedio rescindente proposita fuerit, dūmodo eque principaliter cū alio remedio deducatur, puta si in eodem libello cumularetur nullitas, & in integrū restitutio, qđ fieri potest ut in .c. constitutus de integr. rest. itē si intentetur nullitas simul cum appellatione, dicendo dico sentētiam nullā, & siqua est appello, aut remedio atiētatorū, prout fieri potest ut not. Inno. in c. dilecto de app. ac Bal. in .l. edita vi. q. C. de ædendo; vbi enim nullitas, & appellatio tāquam diuersa proposita reperiuntur utraque

petitionis,[a] quod fieri possit, & debeat solum infra decem dies [b] datos ad appellandũ, ut supra: ipse idem iudex [c] qui

principaliter expressa, & deducta intelligi debet, iuxta opin. quam tenuit Iac. Butrig. in. l. s. C. quã do pro. non est necesse, quæ opi. communis est, vt Alex. attestatur cons. ij. col. pen. lib. 3. cũ alijs authoritatibus ab eod. Vantio congestis nu. 12. & dicitur princip lis ad differennam quando incidenter proponitur quod est puta quando agenti pro executione sententię opponitur de nullitate, quia tunc uenit in iuditium per modum exceptionis, & sic incidenter, Bar. in. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nun. Francus in. c. dilecto in. 3. q. de appella. Item si peteretur ꝙ cassata, seu habita prima sententia pro nulla ex integro super negotio principali pronuncietur, ac sentẽtia prædicta reformetur, ita Bar. in. l. si expressim col. penul. ff. de app. per multa iura quæ etiam citat Vantius sub allegata rubrica sua nu. 17. Dicitur, & nullitas venire incidenter si simpliciter cõmissa causa appellationis idem iudex examinando eandem appellationem cognouerit etiam nullitatem processus, & sententiam ipsam tam respecta iniquitatis q̃ nullitatis reformauerit, prout potest, & tali casu incidenter cognouisse dicetur de nullitate, principaliter autem de appellatione, iuxta tex. in. l. calmelia pia. ff. de iure pa. l. quędam mulier. ff. famil. hercis. Franc. in. d. c. cum dilecto. q. 29. Sed licet ista declaratio de principali sit vera tamẽ quo ad nostrum statutum intelligi debet esse principalis petitio, quando est sine aliquo alio copulato remedio, prout patet ex dictione simpliciter proxime præcedenti ad not. in. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obliga. facit in simi. §. si autem simpliciter supra titulo. proximo, vbi dicitur tunc simpliciter appellatum esse, quando nihil dicitur de nullitate expresse.

a ¶ Petitionis. Si quæras quo iure fundetur dicta petitio promptum erit respondere ꝙ super officio iudi. Inno. in. c. fina. de offi. iudi. vt allegat, & approbat Bar. in. l. si expressim col. penul. de app. Bal. in. c. sępe de appella. dicit ꝙ offic. iud. nobili. Adde Francum in. c. dilecto in secũda. q. de app. Et formam extẽse ponit. d. Vãtius sub rubr. quot & quibus modis nu. 84. puta., peto per officium vestrum nobile quod humiliter imploro, vestrãque diffinitiuam sententiam pronunciari, & declarari sententiam per talem iudicem in huiusmodi causa latam de qua in actis ex defectu citationis mandati, uel iurisdictionis prout casu contigerit fuisse, & esse nullam, inualidam, irritam, & inanem, nullasq; uires habuisse, aut habere. sed continuo fuisse nullius roboris, & momenti, ac nomine, ac effectu, & authoritate sententie caruisse, & carere, & pro cassa, irrita, & inutili habendã & quatenus defacto processerit tollendã, & amouendam, omniaq; in pristinum statum reducendam. Vide bonum tex. in clem. pastoralis in fi. de re iudic. vbi docet etiam formã sentẽtię similem petitioni scriptæ.

b ¶ Decem dies. Scilicet continuos prout sunt illi qui dantur ad appellandum, scilicet a die scientiæ. l. s. §. biduum &. §. fina. ff. quãdo app. sit Gratus cons. 137. nu. 8. lib. secundo, vbi in terminis nostri statuti, & si nõ ita dixisset statutum metta proponendi nullitatem duraret per multos, nedum dies, sed annos, nẽpe ad. 30. quia officium iudicis nobile eandem vitam habet quam cętere actiones. l. querelã. C. de falsis. Insti. de per. & tẽp. acti in prin. l. omnes. l. sicut. C. de pręscrip. 30. annos. Perus. in. c. dilecto in. v. q. de app. Rob. marã. in Specul. in. vj. parte in verbo sententia nu. 554. char. 537. & Vantium in suo trac. sub Rub. quotiens, & intra quod tempus sub nu. 8. in quibus locis habes cateruas concordantiarum. Est quęstionis an statutum nostrum limitare dicatur hoc tempus etiam in nullitate notoria, quę scilicet cognoscitur ex facie actorum, vt docet Alex. cons. 59. nu. 17. lib. 4. remota enim nullitate non intelligitur de notoria & manifesta. c. inter cęteras. c. qua fronte. c. pastoralis de appell. cum simi. quę congerit. Vantius sub rubrica quis possit dicere. nu. 55. qui author subseq. pagina nu. 54. meminit opin. Alex. in cons. 225. col. tertia nu. 54. versic. item respondeo &c. lib. vj. tenentis ꝙ sic, quia non dicitur tolli simpliciter nullitas, sed modificari si infra certum tẽpus proponatur; idẽ Alex. propriè circa hoc nostrum statutum in consilio. 105. põderatis num. 7. lib. v. vbi probat per quędam similia optima, nec contrarium dicit Abbas in proposito in consilio. 55. incip. in causa num. secundo lib. secundo. Sed loquitur quando statutum simpliciter excludebat nullitatem, sed quia aliqui tenet contrarium relati per Vantium vbi supra poteris matutius cogitare, sed non recederẽ ego ab opi. Alex. hic tamen parum seruit decis. Franc. in. d. c. dilecto. q. 54. quia statutum in casu suo aliis verbis formatum erat.

c ¶ Idem Iudex. Vide hic dari optionem dicere volenti de nullitate quem iudicem adeat, quod quidem iuri communi correspondere videtur, recurre enim ad Bart. in sępe citata. l. si expressim. col. penultima versic. quęro coram quo, vbi distinguit inter delegatum, & ordinarium, delegatus enim functus fuit officio suo propterea delegans erit petẽdus, distinguitque in ordinario aut per sordes iudicis nulla fuit sententia aut alia de causa, & potest, quia non expirauit iurisdictio, ut est glo. ordinaria vbi Bal. & alii in. l. si ut proponis la prima C. quomo. & quan. iudex & l. si præses; facit text. in ca. diabertum ibi reiterari oportet quod male gestum est. 7. q. 1. vide latissime apud Perus. in allegato. c. dilectio q. xxvij. num. 72. vbi recitat opin. Sed ista est communis distinc. vt attestatur Vantius, sub. d. Rubrica coram quo &c. vbi doctissime procedit nu. 8.

¶ Vicarius.

tulerit sententia, uel Vicarius [a] Potestatis, uel iudex ad dictũ Aquilæ deputatus quem adiuerit ille qui dixerit de nullitate prædicta, possit de dicta nullitate cognoscere. ¶ Quam causam oullitatis principaliter motæ terminare teneatur ad eius partis petitionem quæ de tali nullitate dixerit: ut supra dictum est de causa appellationis arctatis dilationibus, & restitutionibus, & reiectis excdptionibus, ut supra dictum est in proximo præcedenti statuto: infra uiginti dies utiles si fuerit causa maioris quantitatis uigintiquinque librarum bon. uel rei, uel facti summæ, & ualoris prædicti, & abinde supra a die porrectionis petitionis si fuerit porrecta parte præsente. Si uero ea absente ex quo pars aduarsa fuerit legitimæ requisita, siue ueniat, siue non ueniat, & siue contraueniat, siue oõ: quo casu si non ueniat, uel ueniatur, & non contradicat possit procedi ad probationes. & ad diffinitiuam sententiam ac si foret legitime contradictum. ¶ Et si non fuerit causa infra dictum tempus terminatã possit nihilominus, & debeat infra alios decem dies utiles ex eisdem actis terminari: infra quos decem dies etiam possit peti [b] consilium sapientis assumi, modo, & forma, & in casibus ac secundum dispositionem statuti positi sub rubrica de confidentibus, & suspectis consiliariis: & alia fieri, & uerificari possint quæ superius dicta sũt in proximo præcedenti statuto. ¶ Causæ uero prædictæ nullitatis quantitatis uigintiquioque librarum bon. & abiode infra, & causæ armorum, equorum, & aliorum animalium, cibi, potus, & mercedum terminari debeant infra tempora, & instantias limitatas in causis appellationum causarum uigintiquinque librarum bonon. & abinde infra. Et si terminatæ noo fuerint causæ prædictæ infra dicta tempora probatoria, uel decisoria earum instantiæ, tam maiores quam minores sint peremptæ, & dictam nullitatem proponens debeat conuento in expensis condemnari, nisi staret per iudicem, uel cõsultorem, quo casu statuta nostra de negligentia iudicis, uel consultoris disponentia locũ habeant, & debeant obseruari.

a ¶ Vicarius. De vicario Episcopi in materia nullitatis, vt coram ipso possit inteotari Bal. loquitur in.c. dilecti de appell. vide late apud Franc. in.d.c. dilecto.q.28. in vltima limitatione.

b ¶ Quoniam. Causa restitutionis est proxima causæ nullitatis, immo annullari. quodãmodo videotur, ea contra quæ petitur restitutio in integrum, quo fit, vt illa clausula rescripti præceptiua nullius decernat esse valoris, possunt restitutioni io integrum conuenire.c. cum Bertoldus vbi glo. de re iudicata, ideo hic subiũgit titulũ istũ, vide tameo vnum dictũ Bal. cons. 136. statuto ciuitatis libro primo, vbi dicit si statutum disponat non posse appellari, reclamari, vel de oullitate dici non dicatur prohibere restitutionem in interim, vel dicas, quia in integrũ restitutio est quædam species defensionis sicut appellatio, vt Bar. dicit in.l. si expressim col. antepenul. de appellatio. ideo subiungit hic tractatum restitutionis, sunt tamen septem differentiæ quas pooit Rebuffus in eod. tracta. articulo primo glo. 1. nu. 41. quas videbis.

DE CAVSA RESTITVTIONIS [a] IN INTEGRVM.

a RESTITUTIONIS. Vt Hostien. & Specul. diffiniunt, est prioris status, uel iuris, uel audientiæ reintegratio l. fi. C. de senten. p. ff. l. quòd si minor. §. restitutio vbi Bart. ff. de minoribus Bart. in. l. gallus. §. et quid si tantum. ff. de libe. & posth. & hęc petitur offitio iudicis nobili, vt notatur in ca. secundo extra de offi. iudicis. Habet duas partes infrascriptum statutum prima loquitur de restitutione in iotegrum aduersus iudiciales actus, secunda aduersus extraiudiciales, vt in. §. & ordinamus. Et nota q̃ difficilius proceditur in obtienda restitutiooe aduersus sententiam q̃ aduersus contractum, quia clare probari læsio debet iuxta l. fina. C. si minor se ma. dix. Rebuff. articulo primo glo. tertia nu. 15. istius tract.



TATVIMVS quod si in integrum restitutio petatur [a] per uiam principalis [b] petitionis a maiore, [c] uel minore, Collegio, [d] uel Vniuersitate in casibus in quibus de iure ciuili [e] in integrũ restitutio peti potest cõtra sẽtẽtiã [f] aliquã, quæ lata nõ fuerit super incidẽti, uel emergẽti, ꝙ fieri possit

a ¶Petatur. Formam petitionis habes apud practicam Pap. vbi cõmiscet restitut. maiorum & minorum; Et licet hic non aperiat a quo peti possit dic tamen ꝙ a læso, vel etiam eius procuratore habente ad hoc speciale mandatum, generale autẽ non sufficit. l. illud. §. fi. ff. de min. c. coram extra de restit. in integr. Et nota hic requiri libellũ quando principaliter petitur restitutio, & lis contestata, & sententia extra de off. iudic. c. ij. Specul titulo de rest. in integr. §. pri. nu. 39. versic. vltimo nota. Intra autem quod tempus? si loquimur de ea quæ minori conceditur planum est ꝙ potest petere toto tempore minoris etatis, & etiam post completum. 25. annum secundum noua iura vsque ad quadriennium a prima die. 26. anni continue numerãdi, vt. C. de tempo. in integr. resti. l. fi. & hoc cum leditur per factum suum, siue per alienũ, siue per suam, siue alterius negligentiam, si autem ledatur in tempore, vt. s. quia patiatur tempus labi in præiudiciũ rei, uel actionis suæ, sunt opiniones; vide Bart. & Saly. in. l. fina. C. de temp. in integ. restitut. ponẽtem cõmunem distinct. s. ꝙ aut illud tempus erat plus quadriennio, uel tantundem, & tunc infra quadriẽnium debet peti, aut erat minus quadriennio, & tunc illud attenditur, & non plus, vt infra tantundẽ restitutio petatur, si vero loquamur de ea restitutione quæ conceditur maiori statim quadriennium a die læsionis cõputabitur si præsens leditur si uero absens computabitur ei tempus a die reuersionis, ita ꝙ tantum tempus sibi concedetur ad restitutionem postulandam quanto tempore fuit absens.

b ¶Principalis. Erit etiam petitio principalis si dicatur sententia nulla, & quatenus aliqua aduersus illum in integrum restitui, iuxta formam. c. constitutus de restit. in integrum. Egid. bellam. decis. 298. vbi dicit ꝙ etiam de consuetudine admittitur libellus alternatiuus nullitatis, vel iniquitatis, vel restitutionis in integ. Vãtius refert ĩ tract. de nullita. sent. Rub. quot & quibus modis nu. v. cum seq. addo Albericum in. l. conductores C. locati dicentem ita admittere vsum iudiciorũ, sed allego Bart. etiam in. l. si expressim colu. ante penul. ff. de app. nu. 9. vbi dicit etiam esse de iure, & Abb. in. c. ex literis nu. 18. de app. & sic caue, quia hic non dixit, simpliciter, prout dixerat statuto supra proximo, vbi declaraui hic enim non refert in proposito, si tamen poneremus tempora largiri ad dicendum de nullitate.

c ¶A maiore. s. ex edicto illo. ff. ex quibus caus. ma. subsistente, videlicet iusta causa arbitrio iudicis. potest etiam concedi restitutio maioribus ex persona minorum quibus successerunt. l. non solum. ff. illo eodem titulo.

d ¶Collegio. Conceditur etiam vniuersitati, seu reipub. item Castro, & villæ quæ regatur suis administratoribus secundum magis communem opinionem in. l. Respublica. C. ex quibus caus. maiores & l. rempublicam. C. de iure Reipub. lib. xj. Decius cons. xiij. in. fin. Rob. Maran. in Speculo suo in materia appellationis quam ponit in vi. parte vers. octauo datur restitutio, vbi aliqualiter latius loqtur, videbis.

e ¶Iure ciuili. Traditur, pro regula ꝙ aduersus sententiam quæ trãsiuit in rem iudicatam peti potest restitutio in integrum, iura sunt clara sub titulo. C. si aduersus rem iudica. rest. pet. sed dubitatio stat an impediat executionem, & omissa disputatione longa, magis communis opi. legistarum est indistinctẽ ꝙ impediat in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & Canonistarum in. c. suscitata isto titulo, contra Bart. qui distinguebat, aut requirebat altiorem indaginem, aut erant ꝓbationes in promptu, Sed opi. communis limitãda est, si constaret ex probabilibus coniecturis eũ peti posse animo calumniandi, vt differatur executio. d. c. suscitata secundum vnum intellectum. Rob. Maran. in Speculo in. 6. parte, vbi ponit materiã appellationis nu. 96. qui limitat tribus modis, non omittas videre Ripa. in. d. §. condemnatum, col. penul. qui considerat tres casus, vt per ipsum, & vult ꝙ vbi incidenter peteretur, ꝙ procedat opi. Bart. secundum Benedictum de Barzis, loco infra statim citando.

f ¶Sententiam. Scilicet diffinitiuam meræ; hic nõ apperit quo tempore petatur, vnde dic indistinctè intelligendum, siue anteꝗ transiuerit in rem iudicatam, siue post. Quando ante, dixi supra in gl. principalis. Si vero post, potest peti restitutio altero de duobus modis, vel aduersus ipsam sententiam iuxta titu. C. si aduersus rem iudicatam, uel aduersus lapsum decendij, vt sic deinde ordinarie appellare possit, uel si iam appellauerat aduersus lapsus fatalium, & hi duo modi sunt differẽtes saltem respectu probationis faciẽdę anteꝗ obtineatur restitutio. Demonstrat Saly. in. l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iureiurando, Item est differentia, quia vbi petitur restitutio ad appellandum si iam obtineat appellabit infra aliud decendium, ut declarat Rota decis. 446. incip. si lata numero secundo in nouis. Nunquid autem aduersus tres conformes possit obtineri in integrum restitutio? est certe non leuis inter Doc. disputatio. Vide eam apud Cassiodorum titulo de restitut. in integ.

& debeat solum coram iudice qui tulit [a] sententiam, aut successore, uel coram uicario domini Potestatis, seu iudice Aquilæ procedatur: ita quod causa ipsa restitutionis petite terminetur infra tempus, ut supra dictum est de causa simplicis nullitatis, siue [b] compareat aduersarius, siue non, siue contradicat, siue non. ¶ Si uero petatur incidenter, [c] uel emergenter in casibus præmissis procedatur, & terminetur secundum formam iuris, & statutorum nostrorũ, ita quod principalis causa infra sua tẽpora ualeat terminari. [d] ¶ Et ad prolixitatẽ litiũ amputãdã, statuimus quod si minor, [e] uel alius pro eo [f] a sententia

in integ. Decis. 1. vbi post multa tenet dari restitutionem, quia non procedunt paribus passibus denegatio appellationis, & denegatio restitutionis, vt tenet glo. in. l. vnica. C. si de mo. poss. fu. appel. Saly. in. l. 1. C. ne liceat. Tertio prouo. dicit tamen Rota Roma. Decis. 2. in nouis ꝙ nõ datur restitutio nisi prius cõstet de iniustitia sententiarũ idem habetur in Decis. Tholos. 54. & ead. Rot. Rom. Decis. 464. in antiquis Rebuff. in isto trac. articulo. 6. glo. 1. nu. 22. Et dum dicit sententiam subaudias, uel illius particulam. l. etiã. §. primo ff. de mi. vbi dicitur ꝙ quot capita tot sentẽtiæ & quomodo tunc formanda sit petitio. vide Roma. sinig. 113.

a ¶ Qui tullit. Hoc bene ponderandum est, nam de iure communi videtur, quod non omnis iudex sententiæ possit in integrum restituere, puta de legatus ab ordinario non habente administrationẽ, vel si sit Arbiter, sed tantum quilibet ordinarius potest aduersus sententiam suam, vel iudicis inferioris restitutionem concedere. pulcher tex. in. l. in causæ la secunda in fi. cum. l. seq. ff. de min. superioris autẽ iudicis nõ potest. l. minor autem magistratus. ff. de minor. & hoc vbi petitur restitutio super principali negotio, sed si super incidenti petatur dicitur habere iurisditionem, vide circa istam competentiam iudicis Bar. in. l. nam & postea. §. si minor, supra allegato, Item scias ꝙ de iure communi, si minor est læsus, quia appellauit, & non est prosecutus, quia ista lęsio contingit coram iudice ad quem, coram quo debuit prosecutio fieri, idem iudex restitnet, si uero contingat eo ꝙ non appellauit, contingit quidem læsio coram iudice, qui tullit sententiam, & ideo coram eo debet peti restitutio, vel coram superiore, ita distingnit Bar. in. l. præses. C. de appellatio. nu. 6. Rebuffus alia allegat in tractatu isto, in pręfatione nu. 6.

b ¶ Siue. Vt gustes vim istorum verborum, scias quod vbi principaliter imploratur officium iudicis, pro restitutione in integrum, si certus est, aduersarius, citandus est, & cum eo lis contestanda est, & eo non comparente, non potest vlterius in causa procedi, sed petens restitutionẽ mittitur in possessionem bonorum aduersarii ex primo decreto, vel ad excommunicationem, vel vti poterit aliis remediis similibus, ita glo. declarat in c. ij. de off. iudicis. Sed Bar. in. l. si ab hostibus. §. sed quod simpliciter col. 4. num. 10. ff. ex quibus caus. maio. tenet quod vbi pars citata comparuit, lis est contestanda, si autem non comparet, procedi potest ad concedendum restitutionem, sine litis contestatione, quod vltimum non placet Abbati in. d. c. & tenet indistincte ordinarie procedẽdum, sed per hoc statutũ videtur sublata difficultas, & approbata opi. Bar.

c ¶ Incidenter. Dicitur peti quando petitur super aliquo actu incidenti in pricipali negotio, & exẽplificat glo. c. ij. de off. iudicis quando minor aduersus ommissam probationem petit restitutionem, vel quando aduersus ommissam allegationem, uel quando aduersus aliquam sententiam interlocutoriam petitur. Item quãdo per viam exceptionis, uel replicationis deducitur. l. nam, & postea. §. si minor. ff. de iure iur. vbi Bart. & clarius Ias. in secundo not. habemus etiam alibi gl. sing. in. c. suscitata de in integrum rest. prout eam citat Abb. in. c. tum ex literis nu. 16. eod. met titul. dicentem ꝙ dicitur ꝓponi incidenter quando contra sententiam intra decendium petitur, & subiungit Abb. ꝙ si illa gl. est vera potest inferri ꝙ tunc non est opus litis contestatione, prout necesse est quando principaliter intentatur iuxta præallegatum. c. ij. Item dicitur incidenter peti quando petitur post executionem petitam ab aduersario ita Ripa in. l. 4. §. condemnatum nu. 30. ff. de re iudi. Vide August. Bero. q. 82. nu. 1. & Vestriũ in practica sua Rom. sub titulo de restitutione in integrum. Incidenter etiam dicitur si petatur aduersus lapsum fataliũ prout tenuit Rota in vltimis decis. xj. & in antiquis. 150.

d ¶ Terminari. Ad differentiam quando petitur principaliter, quia tunc illud est iuditium pręiuditiale ad primum, ideo non possunt simul tractari, Bart. in. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iure iur. & concordat ista decisio cum iure communi vt per Saly. in Auth. si omnes nu. v. C. si mi. se ab hęre. abstin. Rota decisione tertia in fi. sub titulo de restitut. in integ. in nouis.

e ¶ Minor. Cur non idem in maiore in casibus in quibus restitutio solet concedi? ideo subaudira debet textui.

f ¶ Alius pro eo. Scilicet qui habeat mandatum, & quidem speciale, quando intendit principaliter petere, secus si super incidenti articulo Bart. in. l. cum procur. in fine principij ff. de nou. ope. nuntia. Inno. in cap. suscitata

aduersus [a] eum lata appellauerit & succubuerit, posſit contra hanc sententiã auxilium in integrum restitutionis impetrare [b] in casu de iure permiſſo.

¶ Et si ipsa restitutio ei fuerit denegata non posſit ulterius appellare, [c] nec restitutionis beneficium impetrare. [d] Si uero contra sententiam aduersus eũ primo latam non appellauerit, sed restitutionem petierit, & sibi fuerit denegata, posſit ab ea denegatione appellare. [e]

¶ Et si in causa appellationis [f] succubuerit non audiatur amplius per uiam restitutionis nec appellationis. ¶ Item ordinamus quod si aliquis uelit in integrum restitui in casibus sibi a iure ciuili permiſsis [g] aduersus aliquem actũ extra iudicium gestum, uel obmiſſum, ex cuius gestione, uel obmiſsione, [h] uel alicuius eorum occasione diceretur se læsum: [i] uel eum in cuius locum succesſerit. [k] Si quidem aduersus contractũ aliquem, uel quasi transactionem, pactũ, dationem insolutum, obligationẽ, præscriptionem, [l] uel usucapionem, uel aliũ similem actum prædictis, uel alicui prædictorum posſit, & teneatur per se, uel alium accedere coram quocunque iudice ad ciuilia deputato, uel coram domino Potestate Bononiæ, & coram eis uel altero eorum qualem qualem petitionem [m] in scriptis porrigere, & offerre: & ea porrecta, uel oblata requiri, & citari facere legitime partẽ aduersam, siue eum de cuius præiudicio principaliter agetur coram ipso Iudice, coram quo fuerit porrecta, uel oblata dicta pe

de in integ. restitutione, vbi Abb. l. illud. §. 1. ff. de minor. notatur in. l. vnica. C. etiam per procur. in integ. restit. peti posse.

a ¶ Aduersus eum. Subaudi, uel aduersus eius defensorem. l. fin. C. si aduersus rem iudi. nam sententia mittitur executioni cõtra ipsum minorẽ, sicut fit contra maiores.

b ¶ Impetrare. Nihil mirũ cum etiam pendente appellatione posſit peti restitutio, ita Specu. titulo de restitutione in integ. §. qualiter versic. ꝙ si minori.

c ¶ Appellare. Scilicet ab ista denegatione restitutionis, nõ minus q̃ si vellet tertio prouocare, qa dicta restitutio petita succedit loco appellationis secundæ.

d ¶ Impetrare. Tum ea, quam dixi ratione, tum quia non solet dari restitutio aduersus denegationem restitutionis in integrum. l. j. C. si sępius in integ. restitut. postul. Tiraq. in trac. super. l. boues. §. hoc sermone in regula ipsa num. 137. ff. de verbo. signifi.

e ¶ Appellare. Non autem in integrum restitut. de nouo petere. l. 1. C. si sæpius in integ. restitutio postul.

f ¶ Appellationis. Caue, quia omittitur vnus casus, quid si non appellauerit a denegata restitutione, sed volebat restitui aduersus appellationem omissam sententiæ principalis, & indubitãter dicendum est ꝙ posſit casus est in. l. 1. C. si sępius in integ. restitutio postul.

g ¶ Permiſsis. Sunt plures casus forte viginti enumerari per P. Rebuffum in tractatu dę restitu. articulo. 1. glo. 2. in quibus restitutio non conceditur. recurras ibi. habetur per Host. in summa. §. & in quibus denegatur, vide etiã vnum casum apud Cor. cõs. 72. volu. 3. incip. pto decis. primi dubii.

h ¶ Obmiſsione. l. Minor vigintiquinque annis omissa. ff. de mino. Hostien. in summa eiusdem tituli. §. in quibus danda est.

i ¶ Læsum. Intellige considerabili lęsione ad vulg. l. scio. ff. de mino. sed non pasſim procedit. d. l. scio, vide Alb. ibi & quę congesta sunt in libro meo manu scripto signato litera C. conclu. 249.

k ¶ Succesſerit. Ad hoc etiam tex. clarus in. l. nõ solum, de in integ. restitutione. l. minor autem magistratus. §. fina. ff. de mino.

l ¶ Præscriptionem. Quę est, vel. 20. vel. 30. vel etiã xl. annorum, & de restituendis minoribus aduersus istas pręscrip. loquitur lex. non est incognitum. C. quib. nõ ob. longi temporis pręscriptio. & gl. in. l. 1. C. si aduersus vsucap. licet hodie ipso iure seruẽtur illęsi. l. fi. C. in quib. caus. in integ. restitutio nõ est necessaria; vnde clare tex. ille procederet in maioribus, quãdo essemus in casibus, quibus cõtingit dari restitutio. Et hic potest quęri, an in pręscriptio. quadraginta annorũ cadat restitutio, vide Decium cons. 29. vbi tenet ꝙ non datur per plura argumenta, limitando dictum Bart. in vulgata. l. 1. §. si quis autem. ff. de iti. actuq; priuato, sed Parisius in. c. vigilanti de pręscrip. dicit quod contra Decium est magis communis opi. tu autem subtilizabis cum fuerit opus disputare.

m ¶ Petitionem. Dicit Innoc. in. c. tum ex literis, in glo. fina. vbi etiam Abbas de in integ. restitutione, & Bart. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter columna quarta versicu. sed quęro qualiter. ff. ex quibus causis maiores ꝙ cum petitur restitutio in integrum aduersus contractum ordo iuris seruandus est, vt. s. detur libellus

titio, quo cõparente, uel non, & respondente uel non: procedatur usque ad diffinitiuam sententiam inclusiue: ita quod terminetur quæstio infra tempora statuta in causis principalibus in statuto posito sub rubrica De uocatis in iure & uenientibus, computanda a die contradictionis petitioni factæ, si pars cõparuerit & contradixerit: alias a die citationis factæ de parte ad respondendum ipsi petitioni, si pars non comparuerit. Si uero pars cõparuerit a die responsionis, seu contradictionis, si fuerit responsum uel contradictum in termino, alias a die elapsi termini dati ad respondendum. ¶ Si uero aduersus additionem[a], immixtionem, uel repudiationem, abstentionem, seu abstinentiã hæreditatis, uel alicuius legati, uel fideicõmissi uniuersalis, seu singularis, uel aduersus obmissionem[b] abstẽtionis hæreditatis, uel inuentarii confectionem accedere possit, & teneatur coram Vicario Potestatis, seu iudice Aquilæ, & suã petitionem, ut dictum est porrigere, & ea porrecta cridari[c] facere publice, & palam alta uoce per unum ex bannitoribus Communis Bononiæ, sono Tubæ magno præmisso in locis solitis ambarum scalarum dicti palatii, & ad Arengheriam dicti palatii, die & hora iuridica, & in contrata eius qui restitui peteretur, quod si est aliquis qui contradicere uelit, ne talis &c. nominando personam eius qui petit restitui clare, ita quod cognoscatur, siue cognosci possit ab audientib9, restituatur aduersus additionem hæreditatis, uel aliqua, uel aliquod de prædictis, specificando id aduersus quod restitui petit clare, & aperte comparere debeat infra quinque dies[d] continuos proximos dictæ cridæ cõrã quo fuerit oblata petitio, nominando iudicem coram quo oblata fuerit petitio, et coram eo infra dictos quinque dies dicere, & allegare debeat per se, uel aliũ omnia quæ uoluerit propter quæ ipsa restitutio denegetur. ¶ Et siue aliquis[e] comparuerit[f], siue nõ, elapso dicto termino fiat alia Crida similis, & cum simili termino statuendo ut supra: quo secundo termino elapso, siue aliquis comparuerit, siue non, detur curator liti, & causæ indefensæ,

bellus, & fiat litis contestatio, sed per hoc stat. utum ita demum fac. endã est, si compare at aduersarius, semper tamen qualis qualis petitio formabitur. Quid autem debeat inseri in d. libello. i. an vltra remedium ipsum officij iudicis, quod principaliter imploratur, posit proponi actio rescisoria, latẽ disputat, & distinguit Inno. & Abb. in d. c. tum ex literis, ibi vide, Et caue quia hic loquitur de restitutione principaliter petita, sed potest etiã incidenter peti restitutio, videlicet si minor agat aduersus suum debitorem, qui excipiat de præscriptione, nam poterit minor incidenter petere se in integrũ restitui Alexã. cons. 77. lib. 6. vers. potest etiam, Aug. Beroius in terminis q. 82. allegando Bar. in l. nam, postea. §. si minor, col. 1. ff. de iureiurando, vide Rebuffum in tractatu de Restitutionibus art. 1. glo. 2. in fin.

a ¶ Additionẽ: Adire extraneorum est, immiscere suorũ, vt not. in. l. in suis. ff. de libe. & posthumis, & institu. de hæredũ qualit. & differen. §. extraneis glos. in. l. 1. C. si mi. se. ab hæredi. abstinue. eodem modo repudiatio extraneis conuenit, abstensio suis. §. sed his pmittit prætor insti. de hære. quali. & diff.

b ¶ Obmissionẽ. Ex qua insurgit tacita repudiatio per lapsum scilicet tẽporis, vt not. in d. l. 2. C. si ut omissa hæred.

c ¶ Cridari. Restitutio enim causa cognita concedenda est, etiam uocatis creditoribus, alias nõ fieret, eis præiudicium l. etiam §. fi. ff. de mino. l. in causæ la 1. §. causa

eod. titu. & nota q ista forma est obseruanda, etiam si noti essent hi, de quorum præiudicio agitur, quia loquitur generaliter & indistincte, secus autem esset de iure communi, ut in authen. omnes, & ibi nota. C. si mi. se ab hære. abstinue. iuncta l. si eo tempore C. de remiss. pigno.

d ¶ Quinque dies: De iure tempus est arbitrariũ vt dicit Pau. Castren. d. Aut. si omnes.

e ¶ Aliquis. Scilicet uel creditorum, uel proximiorum.

f ¶ Comparuerit. Vbi cõparuerit lis est contestanda secundum opi. Bald. in auth. si omnes allegata, quam Abbas in ca. 2. de offi. iudic. col. 3. reputat ueriorem, & esse de mente Bart. in l. ne quicquam. §. vbi decretum de offi. procons. vbi generaliter ponit an & quãdo sit dandus libellus, quando imploratur huiusmodi officium iudicis, vide Rot. Rom. Decis. 9. incip. si petatur in nonis.

defensæ, cum quo curatore procedatur in causa restitutionis, & detur ei terminus ad accipiẽdum copiam petitionis, & opponendum, & respondendum quicquid uelit infra terminũ arbitrio iudicis statuendũ, & procedatur in causa. Ita quod causa ipsius restitutionis terminetur infra tempora statuta in causis principalibus in statuto posito sub rubrica De uocatis in iure, & uenientibus, computanda a die contradictionis dicti curatoris, uel elapsi termini dati curatori ad respondendum. ¶ Possit tamen quilibet cuius intersit comparere, ut adsit causæ cum curatore ne colludatur in causa, & prosequi defensionem, & alia facere quæ sibi crediderit expedire. Ita tamẽ quod dicta causa infra dictum tempus instantiæ ualeat terminari. ¶ Et ualeat quicquid fiet cũ tali curatore quomodocunq; comparente, ut supra quo ad omnes etiam nõ comparẽtes, seu specialiter nõ citatos, & eis præiudicet, ac prosit ac si comparuissent, & causam fuissent prosecuti; Ita quod rationes eius actus, uel obmissionis aduersus quem, & quam restitutio concessa fuerit, nullo modo, uel tempore possit restitutio aliquod præiudicium generari, uel ipse restitutus in aliquo grauari.

DE CAVSA REDVCTIONIS[a] ad arbitrium boni uiri.

STatuimus quod si per uiã principalis[b] petitiõis[c] petatur aliquod laudũ[d]

a REductionis. Hęc reductio est quędam species appellationis vt Bar. dicit in .l. societatẽ §. arbitrorum col. fi. ff. pro socio. & Paulus Cast. conf. 42. nu. 2. lib. 5. p l. nõ distinguemus §. cum quidam. ff. de arbi. ideo hic subiungit præsentem materiam. Et notandum est ꝙ à sententia Arbitri appellari nõ potest, casus est in l. 5. C. de arbi. vbi glo. extendit etiã si simus in casibus, in quibus actio iudicati oriatur ex ea iuxta l. fin. in princ. C. eo. titu. & ratio est, quia sentẽtia nulla est, & nõ obligatoria, propterea appellatio nõ reperit quod rescindat, ita Bal. & Bar. ibi, & licet Barto. velit eo casu quo omologata est, possit ẽt appellari, tanquã approbata ut appelletur, nihilominus communiter tenetur opi. glo. vt patet late ex deductis per Alex. in l. nemo potest de leg. 1. quapropter pœna adiicitur in compromisso, vt metu pœnę pareatur d. l. 1. C. de arbi. & iõ dicitur stari debere sententiæ arbitri, siue iustæ, siue iniustę. l. diem proferre §. statim de arbi. & nõ potest peti reductio ad arbitrium boni uiri, vt ibi nota. & pro Regula tradit Io. Baptista de S. Blasio in trac. de arbitris q. 76. vbi ponit aliquas fall. in quibus licet appellare a sententia arbit.

b ¶ Principalis. Hoc ad differentiam quando incidenter uel emergenter peteretur .s. per uiã exceptionis, de qua tex. in .l. nõ distinguemus. §. cum quidam in fi. ff. de arbitris, intellige tñ excipiẽdo nõ simpliciter de iniquitate laudi, sed adiungendo petitionem reductionis, & tũc qui est iudex primę causæ, est etiã iudex istius reductionis C. de iudiciis l. quoniens. & not. in. l. si suspecta §. fina. de inoff. testam. & ista exceptio perpetua est ff. de doli excepti. l. pure in fi. ista sunt verba Bal. in add. ad Specul. col. 4. versi. duobus modis.

c ¶ Petitionis. Quo iure petatur hic reductio an uigore actionis, an autem officio iudicis Bar. tractat, & distinguit in .l. societatem §. arbitrorũ col. 4. ff. pro soci. Bal. in addi. ad Specul. col. 4. versic. duobus modis.

d ¶ Laudum. Hoc Laudi nomen non inuenimus apud Iureconsultos, uel apud Canones, nouũ ergo nomen videtur esse quo doctores nostri sępissime utuntur in significato strictè accepto, quñ ex compromisso diiudicãt arbitri, & hoc ideo uoluerunt, quia sentẽtia arbitri non est proprie sententia, quia arbitri non habent iurisdictionem, ut dicit text. in .l. quid ergo §. ex compromisso. ff. ex quibus cau. infa. irro. & sic nõ est propriè iudicium, quia iudicium dicitur quasi iurisdictio quam arbitri non habent, sed notionem l. ait prętor ff. de re iudicata l. priuatorũ de iurisd. omn. iudi. vnde proprie arbiter dicitur ferre arbitrium c. cum tempore, & ca. 2. de arbitris, seu laudũ ut hic uidetis, Abbas in c. cum dilectus de arbi. & ca. 1. Sed caue quia de iure communi nõ petitur reductio sententię, seu laudi arbitrorũ quia scriptum est in. l. diem proferre. §. stari de arbitris, stari debet sñię arbitri, siue æque, siue inique, cuius rationem assignat Bar. in d. §. arbitrorum versicu. quæro quę est ratio, vides tamẽ hic dari recursum ad arbitrium boni uiri etiam a laudo arbitrorum, & ita obseruatur ĩ practica, & ita tenẽdum, licet siquis uellet disputando posset dicere ꝙ laudũ exponatur pro arbitramento, & ita dictio, uel, stet pro. i. ut minus lędatur regula iuris, tamen non recedo a primo dictis cum sciam alibi indistinctè peti reductionem, ut Rębuffus in suo tracta. de arbitr. & arbitra.

uel arbitramentum [a] reduci [b] ad arbitrium boni uiri [c], uel aliter annullari [d]: quæ fieri ualeant in casu præmisso [e] solũ coram Vicario [f] Potestatis, uel iudice Aquilæ prædicto, secundũ quod dictũ est in cã nullitatis [g], & infra decẽ dies [h] cõtinuos [i]: qui decẽ dies nõ currant [k] durante iudicio corã iudice [l] ecclesiastico [m]

arbitra. glo. 3. vnum certum est quod ubi dolus apparet arbitri potest obiici exceptio doli mali l.arbitrorum C.de arbitr.Bar.in d.§. arbitrorum in 3.oppo.

a ¶Vel arbitramentum. Hoc nomen proprie conuenit sententiæ arbitratorum, dicit tamen Ioã. Baptista Perusinus gener Bart.in d.suo eleganti trac. de compromissis cap.7.lib.1.de consuetudine introductum esse, ut etiam sententia arbitratoris laudum appelletur. Nota enim est differentia inter arbitrum, & arbitratorẽ, quam ponit Bar.in d.l.societatem .§. arbitrorum 2.col.vbi in effectu dicit quod arbiter super lite, arbitrator sup cõtractu assumitur.

b ¶Reduci ad arbitrium. Hoc remedium de iure communi proditum est per l.societatem §. arbitrorum ff.pro soci.& l.vnde si nerue. Nam arbitratore inique arbitrante, recurritur ad arbitriũ boni uiri, quod reductio appellatur, potest etiam appellari recursus. . . Et hęc reductio quacunque renuntiatione, quibusuis uerbis formata nõ potest impediri data enormissima uel etiã enormi lęsione, vt per Pau. Castr.cons.70. quia frustra lib.1.Guido Papæ q.519.multa per Cagno. in l.2.nu.88.C. de rescin. vend. vbi ponit plura alia ad materiam.

c ¶Boni uiri.i.iudicis l. continuus.§. cum ita de verb.oblig.& latè per Bar.in d.§.arbitrorũ 1.col.

d ¶Annullari. Nota qđ pro laudo nullo nulla datur reductio qa non entiũ nullæ sunt qualitates, sed tantum quãdo est iniquum, & scias ꝙ vbi est enormis excessus tunc dicitur nullus, ita Bald.in l.fin.§.1.C.comu.delegatir. Lanfranc.in trac.de arbitr.in v.parte principali vers.17. quęro Paris. in cons.45.nu.92.& 99.vol.1. Item nullum redditur quando in compromisso dictum est, ꝙ de iure sententiam ferret, & ipse inique sententiauit, ita Bart.in l.diem proferre §. stari de arbitr. quod dictum defendit Abb.in c. cum dilecta nu. 52.de rescrip. sed non transit absque dubio.

e ¶Præmisso. Quando per uiam principalis petitionis intentauit.

f ¶Vicario. Hic etiã tollitur altercatio inter doct. quia quidam uolebant ꝙ iudex competens esset is, qui fuisset iudex appellationis Aliqui, ut Bar. ꝙ sit iudex principalis causæ ipsius rei, vt latè tractat in d.§.arbitrorum nu.19.per Vital.Cãb. trac. clausularum in clausula renuntiauit.

g ¶In causa nullitatis. Nunquid sicut causa nullitatis principaliter intentata, maxime quando potest in continenti probari, impedit executionem sentẽtię, ita hęc reductio impediet executionem laudi, vide omnino Soci.in l.Iulianus nu. 12. ff. de condit.& demonstrat.vbi distinguit, aut petita est reductio Infra decem dies datos ad appellãdum, & impediet executionem, sicut appellatio. aut postea, prout peti potest, quia vsque ad triginta annos potest peti secundum magis communẽ opi.Doct.in d.§.arbitrorum, & cap.quintauallis de iur. tunc non impediet, quia absurdum esset, vt tanto tempore differatur executio dicens ꝙ ita alias consultum uidit per solemnes Doctores Bon. D. And. Barb. D. Gaspar de Arengheria. Aliter distiguit Bal. in add. ad Speculatorem vers.si pendente causa reductionis, qui est in 4. col. vbi disputat ad partes Abb.autem in d.c. quintauallis nu. 41. tenet indistincte non esse dandam executionem pendente causa reductionis, idem Perusinus c. dilecto nu.41.vers.4.limita.de appella.quia talis reductio quo ad effectum suspensiuum habet uim appellationis, vide Maran. in 6.parte Speculi.in verbo recursus, vbi indistincte tenet impediri executionem sicut appellatio.

h ¶Decem dies. Deciditur id quod maxime dubium est de iure communi, infra quantum tempus reductio ista sit perenda, & approbatur opi. Specul.in titulo de arbitr.§.sequitur vers.sed infra quod tempus.& tractat Bart.in d.§.arbitrorũ nu.22.& cõmunis opi.est ꝙ infra triginta annos ut Soci.attestatur cons.220.nu.5.

i ¶Continuos. Quo ad decursum, vtiles autẽ sunt quo ad initiũ, ut subsequitur; vide Ludo. Bolog. consi. 28.

k ¶Non currant. Idest non incipiant currere.

l ¶Iudice. Idest episcopo, vt plenè discutit Fely.in c.1.col.5. versi. extra glos. de iure iuran. Qualis autem sit episcopus an superior iurantis, an alterius tractat Caldar.consi.6. sub tit. de iureiuran.

m ¶Ecclesiastico. Quia absolutio a iuramento, de iure pertinet ad iudicem ecclesiasticum, etiam si causa sit prophana, & pendeat coram Iudice seculari ad glo.in c.cum sit generale de foro compe. in glo.fin.& facit tex.in c.venerabilẽ §. idem etiã de electione p Abb.in c.significãte in 1. notabi. de pigno.& Hosti.in c.tuam super glo.de ordine cognit.per omnes in c. fina. de foro competenti in 6.Fel.in c.1.de iure iu.in 3.q.vbi subdit.posset tamẽ iudex secularis in casu huius decretalis, & simi.compellere recipientem turpe iuramentum ut ipsum relaxet, vt expresse sentit Fęder.de Senis cons.272. incipit statutum ciuitatis prope finem, & de ipso facit sestum Roma. sing.462.incipit ubi iuramentũ, quia lex secularis punit periurium l.1.ff.ad turpi l.l.siquis maior C.de tran sact.ergo & iudex potest hoc declarare, & adducit quod not.D. Ant.In c. cum sit generale extra de foro competenti, vbi dicitur, ꝙ si secularis potest

super absolutione[a] a iuramento[b] præstito[c] in compromisso, & ipsius compromissi prorogationibus[d]. ¶ Nec sit necesse[e] dictam petitionem nullitatis, uel reductionis, coram dictis iudicibus producere: nisi demum facta relaxatione iuramenti per partem, uel absolutione per dictum iudicem ecclesiasticum, quæ in rem transiuerit iudicatam: quibus casibus, uel altero corũ sequutis talis petitio nullitatis, & reductionis produci, possit & debeat infra decẽ dies[f]

test punire, quod est quodam consequens, potorit etiam cognoscere quod est antecedens, sed intellige quando nõ est quæstio iuris, sed facti per. notata in l. titia. ff. solu. matri. per Bart. & etiam habetur per D. Anto. & Abb. in c. tuam de ordi. cognitionum.

a ¶ Absolutione. Quæ cõceditur ad finem habilitandi illum, vt absq; reatu periurii, possit dicere de enormissima lesione, quare potius dicatur suspensio quam absolutio ab obligatione etiam iuramenti, quia si modo habilitatus succũbet, reincidet in periurium ita Bal. in l. hæc scriptura. ff. de condi. & demonstra. Secus si cõcedatur absolutio ad finẽ ut contrauenire possit, nec in aliquo teneatur obseruare quia tũc requiritur citatio, ut per Fel. in d. c. s. nu. 26. & per Paris. q principales citat cons. 95. nu. 88. vol. 1. & Goza. cons. 69. nu. 22. Hæc enim est maioris preiudicii vide ad prædicta Marsil. in l. de vnoquoque nu. 163. de re iudica. Nunquid autem requiratur citatio partis aduersæ, est longa controuersia quam ponit Felyn. in cap. 1. de iure iurando, communis opinio videtur esse, vt non exigatur citatio, vt per plures auth. demõstrat Affli. decis. 220. nu. 10. et ita obseruatur Bononiæ inquit Fely. tamẽ Barba. cons. 85. lib. 3. col. 3. dicit contrarium.

b ¶ A iuramento. Caue quia hoc statuto non præfigitur tempus ad petendam absolutionem a iuramento, ergo remanet in dispositione iuris communis, ita dicit Bologni. consil. infra citando. Ergo præsupponitur valere iuramentum super compromisso in arbitrum quod est contra l. decernimus secundum ueriorem opinionem. C. de arbitris, quicquid sit de iure cano. vt latè per D. Baptistam in c. 9. lib. 6. sui tractatus.

c ¶ Præstito. Potest intelligi etiam si in compromisso adesset pactum de non petendo reductionem ad arbitriũ boni viri, & illo casu Bar. in d. §. arbitrorũ col. penul. dicit q nihil plus operatur quã simplex renunciatio sine iuramẽto, qa intelligitur secũdum qualitatem cõtractus super quo interponitur l. fi. C. de no. nu. pecu. sed de natura renunciationis est, quod non impediatur reductio ad arbitrium boni uiri, quando datur læsio ex proposito, uel etiam re ipsa, & esset lęsio enormis, vt idem Bar. in d. §. arbitrorum col. 6. versic. voluit igitur, & hanc opinionẽ prosequitur Ant. de butrio in d. c. quintauallis col. antepenul. & videtur magis communis opin. quicquid dixerit Federi. de Senis in quodam cons. volens fore necessariam absolutionem a iuramẽto, Sed quid si in renunciatione facta sit mẽtio enormis, & enormissimæ lęsionis; & lęsio fuerit reipsa in magna quãtitate sine dolo arbitri Hosti. tenuit isto casu attento ualere renunciationẽ qa standum est verbis volentis renũciare iuri suo iuxta vulgatam l. si quis in conscribendo C. de pact. nisi sit contra Deum, debet tamen quãdoque fore æquum, vt iudex subuenire debeat pensatis locis, & temporibus, ac qualitatibus personarum, & ita tenet ẽt Anto. de buttio, & dicitur esse de mente Barto. in ratione sui, & uidetur communis opinio, ut Abbas attestatur in loco prællegato, vbi autem dubitaretur de dolo arbitri, videtur quod possit peti reductio, saltem officio iudicis, quia præsumeretur dolus stante tanta læsione l. lutius. §. creditor. ff. de his qui in frau. creditorum. l. dolũ C. de dolo. Aduerte tamen quia videtur indistincte tenendum, quod possit recurri data enormi lęsione, vt tandem uidetur dixisse idem D. Anto. in d. c. quintauallis, referente Abb. ibidem nu. 32. vers. ipse tamen, dicendo quod talia uerba sic efuso modo prolata videntur dicta sub confidentia quandam quam habent partes in arbitrum, & ad captãdam beniuolentiam, ideo nõ debent latẽ interpretari prout sonãt, quia quis faciliter seruit se uerbis, si ergo reperiunt se deceptos huius cõfidentiæ ęquũ est succurri argumento cap. quinto de iure iurãdo, & ideo Bald. concludit in l. cum antea col. 3. C. de arbitris, quod nulla renuntiatio reperitur, quæ impediat reductionem data enormi lęsione, cuius opinionem æquam & iuridicã dicit Paul. de Castr. cons. 72. ante omnia col. fin. & dicit idẽ in cons. 70. quia frustra in 1. parte q ita se habet cõis opi. & obseruantia, & per nullam cautellam fieri potest. quominus reductio petatur data magna iniquitate, & ita practicant aduocati, ut Bal. inquit in l. si vnus §. illud de pactis & consi. 329. lib. 3. vt latè congerit Decius cons. 51. nu. 6. Rebuffus trac. de arbitr. art. 1. glo. 5. nu. 17.

d ¶ Prorogationibus. Innuere videtur quod necessarium sit recipere sacramentum in prorogationibus compromissi iam iurati.

e ¶ Necesse. Idest non possit, ita haber improbari quoniã alias uideretur quod posset si velet, cuius contrarium est uerum, quia incurreret periurium, posito quod sit necessaria absolutio, si autem tenemus quod non sit necessaria, sed ad bene esse, forte stabunt uerba ista secundum proprium significatum.

f ¶ Decem dies. Ad similitudinem appellationis, Sed hic quęrere licet an simili modo petens reductionem debeat satisdationem offerre de reficiendis

continuos immediate sequentes a die sententiæ ᵃ laudi uel arbitramenti prolati, possit ipse iudex delegatus uel dominus Vicarius Potestatis, uel iudex Aquilæ, quem pars adiuerit, cognoscere de prædictis: Ita quod causa talis arctatis dilationibus, & restitutionibus, & reiectis exceptionibus infra tempus declaratum in causa simplicis nullitatis debeat terminari a die porrectionis dictæ petitionis, si fuerit porrecta parte præsente. Si uero parte absente a die ex quo pars aduersa legitime fuerit requisita, siue ueniat, siue non ueniat, & siue contradicat, siue non: quo casu si non uenerit, uel ueniens non contradixerit, possit procedi ad probationes, & ad diffinitiuam sententiam ᵇ, Et infra tempus prædictum consilium sapientis peti possit secundum quod dictum est in causa simplicis nullitatis. ¶ Si uero petatur incidenter, uel emergenter in casibus præmissis procedatur, & terminetur secundum formam iuris, & statutorum nostrorum, ita quod principalis causa infra sua tempora terminetur, nisi partes laudum, uel arbitramentum post prolationem ᶜ ipsius emologauerint ᵈ seu aliter approbauerint: si de hoc appareat publicum instrumentū ᵉ: quo casu principaliter, incidenter, uel emergenter peti non possit reduci ad arbitrium boni uiri.

DE ᶠ EXPENSIS REFICIENDIS factis super incidentibus uel emergentibus.



Ordinamus quod si quæ quæstiones inciderint ᵍ uel emerserint antequam responsum sit petitioni actoris pro parte rei uel post, ante tamē diffinitiuam sententiam, uel aliam senten

a ¶ A die sententiæ. Subaudi, & relaxationis iuramenti, ita necessario interpretandum uidetur, prout facit etiam Ludouicus Bologninus in suo consil. 28. maxime column. 3. qui dicit, quod si bene ponderetur statutum istud non imponit necessitatē termini infra quem talis relaxatio peti habeat, sed demum obtenta relaxatione a die illius, incipiunt currere hi dies decem quod consilium citat etiam Parisius con sil. 45. nu. 63. versic. nec statutum Bonon. lib. 1.

b ¶ Sententiam. Nunquid sit licitum appellare ab ista sententia lata in causa reductionis, est magna discordia inter doctores utriusque facultatis, & Bald. fuit uarius in multis locis & Salyce. ponit in l. societatem. §. arbitrorū pro socio, eam disputationem ponit Lanfranc. in eodem tractatu in 22. quæstio. 7. partis principalis, vbi videtur tenere quod non detur appellatio: ille locus sufficiat pro omnibus, quia est multus in auctoritatibus.

c ¶ Post prolationem. Ista verba significant, ꝓ non posse approbari ante prolationem, & similia habentur in l. cum antea in fin. principii. C. de arbitr. ibi si quidem subscripserit postquam diffinitio procedit ꝙ non displicet ambabus partibus, vbi uide Salyce. omnino qui tenet quod non licet partibus approbare ante prolationem, quia daretur occasio delinquendi, & respondet contrarijs, vt per ipsum, idem tenuit Dy. in quodam consil. incip. Tolomeus. Paul. Castren. in l. ne in arbitris §. si quis. C. de arbitris, vbi limitat nisi dictum fuisset quod altē, & basse procederet, & Antonius de butrio ca. humilis de maio. & obe.

d ¶ Emologauerint. Melius Homologauerint, est autem homologare rogāri promittere & auctorem fieri, & assentarī usus est hoc verbo Iustinian. in l. ne in arbitris §. fin C. de arbitris uide Budeum in annot. prioribus ad Pande.

e ¶ Publicum instrumentum. De iure cōmuni sufficeret subscriptio partium ipsi laudo d. l. fin. C. de arbitr.

f De rubrica ista est generalior nigro, quia nigrū loquitur de expensis factis ratione consiliorum, & pronunciationis consultorum.

g ¶ Inciderint, uel emerserint, quæ dicatur quæstio incidens, & quæ emergens declarat glos. clara in c. 1. de ordi. cogni. quia quæstio incidens est illa quæ orta est etiam ante litem contestatam; emergens, quæ emergit in ipso processu & effectus illius differentiæ uno carmine continetur Incidens ꝑimit emergēs quęstio differt.

¶ Iudex

tiam, quæ diffinitiue naturam debeat obtinere, super qua uel quibus iudex coram quo causa uel quæstio principalis agitur, habuerit cõsilium sapientis, uel sapientum expensæ reficiatur tam consiliorum, quam etiam pronunciationis consilii per partem succumbentem parti, quæ obtinuerit in totum, uel pro ea parte pro qua obtinuerit. ¶ Quas expensas[a] iudex corã quo causa agetur teneatur refici facere parti obtinenti infra tertiam diem omni iuris, & statutorum solemnitate obmissa, etiam non obstante quòd talis sententia postea fuerit annullata uel reuocata. Et si pars succumbens non refecerit dictas expensas infra terminum prædictum non audiatur ulterius procedere uolens in sui fauorem, donec refecerit dictas expensas, nisi pars quæ obtinuerit expresse remiserit dictas expensas, & nihilominus ad alterius partis petitionem procedatur. In aliis uero expensis ius commune seruetur[b]. ¶ Volentes quod non obstante assumptione Consultoris facta in dictis incidentibus, uel emergentibus usque ad sententiam super ea uel eis proferendam possint fieri probationes[c], ita quod assumptio prædicta semper intelligatur facta uisis actitatis & actitandis, nisi partes expresse aliter conuenerint.

DE INSTRVMENTIS[d] ET

a ¶ Iudex. Nota ista verba quæ diriguntur iudici operantur enim vt non possint peti de per se lata sententia super principali quia non oritur nisi officiũ mercenariũ, & sic succedit regula. l. terminato. C. de fruc. & litis expẽs. & l. 4. C. comod. & vt statutum aliquid operetur dico ꝙ uictus debet condemnari de rigore statuti in expensis, etiam si habet iustã causam litigandi argumento eius quod not. Iac. de aren. in l. 1. §. nunciatio ff. de no. ope. nuncia. sed dicit Bald. in d. l. terminato ꝙ non placet sibi ista decisio, quia statutũ debet intelligi secũdum ius commune vbi aliter intellectum reduceretur ad absurditatem.

b ¶ Seruetur. Iure autem communi etiam ante diffinitiuam reficiuntur, licet non cum tanta celeritate prout habetur notatum in. l. sancimus vbi Bald. & Saly. post Barto. & in l. properandum. §. siue autẽ C. de iudiciis.

c ¶ Probationes. Nota igitur quòd non datur conclusio in causa in his interlocutoriis, & sic non datur tempus decisoriũ separatum a probatorio.

d INstrumentis. Licet appellatione instrumenti quandoq; large sum pro vocabulo ueniant plura quæ fidem faciunt iudici, & eius mentẽ instruant, vnde & testes appellatione instrumentorum cõtinentur ut. ff. de fide instrum. l. 2. & ff. de verbo. signi. l. notionem §. instrumẽtorum, & de testibus ca. peruenit, hic tamen specialibus intelligitur pro scriptura ad alicuius probationẽ in posterum faciendam. l. contrahitur. ff. de pigno. & de fide instru. ff. & C. & in authen. & decretal. vbi Hostien. in summa & propterea diffinitur instrumentum. Est solemnis riteque ordinata scriptura per manum publici notarii causa memoriæ, seu probationis facta, ita Specul. titulo de instru. edi. §. 1. & de instrumento huiusmodi loquitur statutum nostrum, ex hoc patet ꝙ sententia, & acta, & laudũ de quo patet publico instrumento, instrumenti appellatione continentur, quod tenet Bar. in . l. in fraudem §. neque ff. de iure fisci, ad quem semper recurrimus, quia bene declarat, eiusque declaratio ac expositio optime adaptatur ad expositionem huius rubrice quãdo sic formatur De instrumentis, & testamentis, & laudis, quasi quòd testamentum in scriptis redactum, prout debet ex forma statutorum ac laudum non sint instrumenta sed (dicit ipse) copula ponitur inter genus, & speciem vt in rubri. C. de serui. & aqua, & hinc ĩfert Ant. Cana. in trac. suo q. 35. quòd si petitur executio sententiæ in uim publici instrumenti coram iudice alterius territorii vbi sit statutum simpliciter quòd instrumenta publica exequantur, quòd fieri poterit absque aliquibus literis iudicis sententiam proferentis, secus si peterentur in uim sententiæ, Et cum dixi instrumentum plane intelligitur, vt tetigi, de instru. in formam publicam redacto, ita ut faciat fidem, iuxta. not. in glo. in l. generali C. de tabular. lib. 10. & Specul. de instru. edit. §. breuiter &c. non ergo dabitur executio protocolis licet habeant signa, & omnia substantialia tamen non probant sed opus est quòd transsumãtur in mundum Ant. de Cana. q. 38. post Io. And. in add. ad Specu. §. uidendum versi. & nota nu. 4. de quo tamen vide Pau. Cast. in l. contractus col. 2. C. de fide instru. vbi sentit oppositum. Quid autem erit in stipulatione quę tacitè subintelligitur seu fingitur in contractu puta dotis iuxta. l. vnic. C. de rei ux. actio. Bar. in. l. 2. in prin. ff. de his qui in testamento delentur tenere uidetur, quòd dabitur executio, quia licet non legatur oculis in

instrumento

instrumento. tamen non quærimus de tenore, sed de ipso instrumento, unde fictio, seu præsum ptio dicitur esse in instromento, ita Alex. post il los quos citat in.l. iurisg. §. quod fere. ff. de pactis asserens communem opi. esse. Canarius in q. 29. discurre latius apud Benedictum de Barzis in Trac. de lib. guarentigia tis, in quest. 9. versic. aliquãdo uero occurrir in prima parte, & in seq. q. tractat quid de interesse quod non est scriptũ in instrumẽto, pariter quid de æstimatione, quę pręstari debet ipsa re perẽpta, iuxta quæ legũtur. et not. in.l. seruũ. §. si. ff. de uerb. oblig. Adde supra dictis Galesium in commento ad formam camer. obliga. in quinta quæstione nume. 51. & Bald. Nouell. in tractatu Dotium in 12. parte quæstio. 14. versicu. effectus erit non paruus. Et hoc sane intelligendũ de instrumentis simplicibus, secus uero in instrumentis guarentigiatis, quia illa videntur de iure communi habere executionem paratam, quia guarentigia nihil aliud continet quàm confessio debitoris coram notario qui fungitur iurisditione ordinaria sibi tributa a statuto, vt possit facere præceptum debitori in ipso met instrumento, non minus quàm facere potuisset iudex alius contra confessum, iuxta l. si debitori. ff. de iudi. Alexan. in.l. si cum do tem §. eo autem tempore col. 3. ff. solu. matrimo. post Ang. & Imol. in d.l. ait prætor §. si iudex. ff. de re iudic. Canarius in trac. in 4. quæstio. nu. 9. vide Catellia. Corã in memor. in verbo instrumẽta, & Rebuff. in trac. de litt. obliga. artic. 6. glo. 3. vbi ponit ampliati. & fallen.

Testamentis, & Laudis [a] executioni [b] mandandis, & de modo, & forma cogendi hæredes, & alios adimplere nolentes uoluntates testatorum.

Ad hoc ut infrascriptis casibus lites breuius [c] expediãtur; Statuimus quod si quis debitor [d] esse dicatur alicuius ex aliquo publico instrumẽto facto, uel faciendo pro aliqua quãtitate pecuniæ, uel summa aliquarũ rerum, quæ in mẽ

a ¶ Laudis. Subaudi & arbitramentis, prout in nigro habetur §. idem in omnibus.

b ¶ Executioni. Dicit Bald. in.l. de quibus col. 2. versic. Item bona est. ff. de legi. quòd illa est bona prouisio qua causa dotiũ cognoscitur summariè, uel etiam instrumenta mandantur executioni, absque ordinario processu, est enim publicũ interesse. Refert & sequitur post Sieu. Roch. in cap. fina. extra de consuet. in glo. rationabilis, videbis autem in quid super his putet Galesius in proh. commenti ad formam came. obliga. versus fi. Et pro clariori introductione sciendum est, quòd dare instrumentis executionem, est contra regulas iuris, quia de iure ordinarie procedi debet, scilicet porrigere libellum, litem contestari, ac alia solemnia iudiciorum obseruari, ac super petitis ferri diffinitiuam sententiam, quæ postea mandabitur executioni, vel per officium iudicis, uel actione in factum ad not. in.l. intra dies ff. de re iudic. & pro ista regula est bonus textus in.l. extat. ff. quod metus causa ibi si quas petitiones habes actionibus experiaris, & dicit Ang. in.l. si cum dotem §. eo autem tẽpore. ff. solu. matrimo. quòd est tex. melior de iure in.l. minor 25. annis cui fideicommissum. ff. de mi. in illis verbis ad initium nouæ petitionis, probatur in l. ait prętor. §. si iudex. ff. de re iudica. vbi Ange. & Alexand. in 4. nota. & Angel. in auth. de hær. & falci. §. illud quoque.

c ¶ Breuius. Quo cùm fer uetur instãtia causarum communium, vt infra §. quæ causæ. itẽ & statutũ infra de voc. in iur. & nõ ueni? Dic q̃ saltem una sententia sufficiet. s. supro executione, sed in ordinariis duę ferri debent. Itẽ in ordinariis dantur duo appellationes in executiuis autem istis una pro qualibet parte ut infra. §. saluo semper, ultimo.

d ¶ Debitor. Hoc verbum proprie acceptum, ut decet, maxime in statutis exorbitãtibus, significat talem debitorem a quo initio debitũ exigi põt iuxta.l. debitorẽ ff. de verb. signifi. quo fit ut non ueniat comprehẽsus debitor large. i. in diem, uel sub conditione ante purificationem, ad nota. in l. 1. ff. si cert. peta. nec venit debitum non liquidum, licet ante liquidationem possit peti executio, sed tamen liquidatio fieri oportebit ante pronunciationem de exequendo Bartol. in l. 1. ff. de edendo, & in.l. 2. C. de sent. quæ sine cer. quant. prof. late Cana. in 14. quæstio. vide ad longum Bened. de barzis in secunda quæstio. primę partis, vide Deciũ consi. 322. & Alex. consi 95. lib. 1. & Galesium in com. for. came. obliga. & Hypollit. Mars. singu. 135. dicentem quòd non procederet statutum in instrumentis factis super confessione debiti, sed tantum quando super debito post Ange. in.l. si fideiussor post princi. C. de fideiussoribus, sed ipse met singu. 484. incipien. si vera loqui fas est, tenet aliam opinionẽ eiusdẽ Ang. contrariam. tu cogitabis. An autem possit fieri executio contra debitorem debitoris in his casibus, in quibus permittitur agere contra debitorem debitoris, prout nota. in.l. 2. C. quando fiscus, vel priua? & planum est dicere, quòd non, quia instrumentũ de illo non cantat, prout nota biliter dixit Bal. i.l. si pro dote. C. de dotis pmiss. per illum tex. per quẽ dixit, q̃ instrumenta confessionata quæ debent ex forma statuti missi executioni semper intelliguntur in casu quo creditor nominatus ibi petat executionẽ, & non tertia

DD persona

sura, uel pondere consistant nomine sortis,[a] uel pro aliqua alia re mobili: quæ principaliter in obligationem uenisset uel hæres[b] talis debitoris, & petatur[c] per creditorem[d], uel aliã personam[e] pro eo legitime[f] uenientem ad executionem

persona quantumcunque sua intersit, prout latius deduxit Benedic. de barzis in 9. quęstio. primæ partis versic. hoe modo expedito &c. vbi allegat bonum tex. in. l. si bine. ff. de iniusto rupto per quem dicit Bal. ibi quôd caute excipitur hoc instrumentum, tibi non prodest, quia tu non es nominatus in ipso.

a ¶Sortis hoc ad differentiam usurarum, uel interesse, uel pœnarum: quæ quidem declaratio de plano procedit quando instrumentũ ipsum nec de usuris, nec de ĩteresse mẽtionem faceret, licet etiã quo ad punctum rationis sustineri posset, ꝙ instrumentũ exequi posset pro interesse, vt pulchre disputando firmat Bened. barzus in trac. q. 10. primæ partis, quasi idem censendum sit interesse quod ipsa uera sors, argumento optimo tex. in. l. si stipulatus es opus. ff. de fideiuss. vbi fideiussio valet in interesse eius facti ad quod debitor se obligauerat, ergo non sunt diuersa, alioquin non valeret institut. de fideiuss. §. præterea l. græce. §. illud de fideiuss. & Ias. latissime in. l. certi condictio nu. 20. ff. si cert. petat. Quantum autem est pro usuris certe & alio non dicto, non dabitur executio, imo etiam quòd statutum reiiceret omnem exceptionem nihilominus poterit opponi exceptio usurarum, ne alias deueniatur ad iniquum compendium, ita Benedic. de barzis in 7. quęstio. vltimæ partis. Gales. in commen. ad formam Cam. oblig. ch. 137. & Decius in cap. ex parte el 2. in 28. fallen. de off. delegati, & Laur. de Rodulphis in trác. usurarum quæstio. 135. versi. unum tamen volo &c. Pro pœna verò si promissa esset, nullus dubitaret quin daretur, nisi statutum ita loquutum fuisset, sicut si etiam interesse fuisset ꝓmissum, vt Ias. dicit ĩ d. l. certi cõdictio.

b ¶Vel hæres. Hoc non esset dubium etiam absq; declaratione per regulam. l. hęredem & . l. quod ipsi. ff. de regu. iur. facit in simi. quod Barto. dicit in. l. creditores in 4. quæstio. C. de pign. dum determinat ꝙ pactum illud executiuum de ingrediendo transit contra hęredes, & quod etiam dixit Barto. in. l. postulante. ff. a Treb. Canarius in trac. quæstio. 30. & barz. 9. quæstio. primæ partis, & Gallesius in com. ad formam cam. obliga. ch. 44 vbi dicit quòd hęres non dicetur morosus nisi fa[illegible]ta fide de instrumento obligationis. Item dicu[illegible] omnes ꝙ antequam exigatur, liquere debet i[illegible]ici illum esse hęredem. ff. solut. matri. l. si cum d[illegible]em. §. transgrediamur secundum Baldũ C. de i[illegible]e delib. l. fin. §. & si pręfatam &c. Et hęredis appellatio non solum ad proximum hæredem, sed ad ulteriores refertur. l. hęredis de verb. significa. hic ergo intelligitur de quocunque hęrede, siue ex testamẽto, siue ab intestato, ratio est, quia personales actiones defuncti, etiam passiuæ transeunt ad hęredes proportionibus hæreditatis. l. pro hęreditarius. C. de hęredi actio. & comparente hęrede iudex interrogabit nunquid sit hæres, & ex quota parte. l. 1. & l. de ætate ff. de interrog. acti, qui si confiteatur se hęredẽ, interrogabit nunquid opponere uelit instrumento cur non debeat exequi, ita Perr. Rebuff. in tracr. de lit. obliga. articulo. 8. gl. 1. nu. 17. adde Alexand. in cons. 188. col. 2. lib. 2. Bal. in l. per diuersas 10. quęstio. C. mandati, & sic aliud est in successore singulari, quia actio personalis non sequitur singularem successorem l. 1. §. si hęres. ff. ad trebellia. l. final. C. de hæred. actionibus.

c ¶Petatur. Intelligo officio iudicis ad similitudinem sententiæ quando illius petitur executio, ad not. in. l. intra dies vbi doc. ff. de re iudica. & sentit Ias. in. l. properandum in princi. col. 3. nu. 8. C. de iudi. ista enim sunt equiparata glo. in. l. sed & si possessori. ff. de iure iuran. Benedi. barzus in 2. q. 2. partis principal.

d ¶Per creditorem. Non autem tertium & si illius intersit. Bald. in. l. si pro te la secunda . C. de dotis promissi per illum tex. & Ias. in. l. si quis nec causam nu. 10. ff. si cerr. petat. & subaudi uel illius hæredem quia mortuo creditore omnes huius obligationis effectus transeunt ad eius hęredem nihilque interest inter defunctum, & hęredem, nisi quòd hęres ante omnia tenetur probare se esse hęredem, Gallesius in com. ad for. cam. oblig. cha. 45. sed vere creditor est, not. in. l. 1. si cer. pet.

e ¶Personam. Puta procuratorem simplicem, uel etiam in rem suam, velut cessonarium, qui simpliciter habent probare se talem, citato debitore, & ita in quolibet uolente vigore huius obligationis habere executionem, cum eius nomen in instrumento non sit expressum, vt sape contingit socijs, vbi aliquis contraxit pro se, & socijs, si aliquis tanquam socius uelit habere pro portione sua executionem debet ante omnia citato debitore probare se esse talem, ex dictis Alexand. consil. 115. visa scriptura in fi. lib. 7. & consi. 95. visis processibus nu. 10. lib. 2. latius per Nicola. Boeri. decis. 10. vbi multas accumulat authoritates, & Galesium in com. ad for. cameralis obligationis in 2. q. primæ partis, & eundem ch. 147.

f ¶Legitime. Quale mãdatum sufficiat? nam licet mandatum specificũ, & indiuiduũ ad appellandũ ab executione requiratur, ut Ange. dixit in. l. ab executione C. quorũ appe. non recip. rõ est qa appellans & succumb[illegible]as in appellatione cadit in pœnam 50. librarum [illegible]. l. ab executione in fi. & sic possibile est quò[illegible] faciat cadere dominũ in pœnã ergo &c. ad l. si procurator & ibi Barr. ff. de condic. indebi. tamen in proposito casu puto generale

instrumenti elapſo[a] termino in eo contento ſi terminus appoſitus fuerit, uel etiam eo non appoſito, procedi contra ipſum debitorem, uel hæredem, ſeu bona ipſius[b], teneãtur quicunque officiales Communis Bononiæ ad cauſas ciuiles deputati, qui fuerint aditi ad petitionem talis creditoris, uel alterius pro eo legitime uenientis citari facere[c] talem, qui debitor diceretur principalis, uel hæres debitoris, ſi abſens fuerit a iudicio ſecundum formam ſtatuti noſtri De modo citationum faciẽdarum, oblata prius quali quali petitione[d]; cum inſtrumento, uel teſtamẽto ex quo debitor diceretur: & quod peteretur executioni mandari, de quibus in actis cõſtare debeat antequam ſcribatur, & fiat cõmiſsio citationis prædictæ quod ipſe citatus infra terminum quem iudex aditus ſtatuerit, per ſe, uel alium legitime debeat comparere ad accipiendum copiam[e] petitionis, & inſtrumenti prædicti, & contradicendum[f]

nerale ad lites, & cauſas etiam, licet ſi procurator aliam cauſam ordinariam peregiſſet non poſſet uirtute primi mandati petere executionẽ Bar. in l. hoc iure verſ. hoc perpetuo. ff. de ſolut.

a ¶ Elapſo. Ante enim elapſum ceſsit, & non uenit dies iuxta. l. cedere diem ff. de verbo. ſignificatio. ideo ante diem male agit ad notata in. l. item quia. ff. de pac. forte etiã poteſt teneri quòd non ſit ortum officium iudicis ante euentum termini, quicquid dicatur in actione, quæ naſcitur ante diei euentum, vt plene, & ſubtiliter diſcutit Benedic. de barzis in ultima quæſt. primæ partis trac. de libellis guarennigiatis. Si autem eſſet inſtrumentum habẽs in ſe conditionem purificatam ſed in iudicio nondum probatam diceretur inſtrumentum purũ, & non conditionale, licet ad executionem facti nõ poſsit procedi donec liqueat iudici, ut ff. de verbo. obligatio. l. hoc iure, quam ualde notab. ad hoc dicit Bald. in l. cum teſtamento C. de manu teſtam. meminit Iaſ. in. l. in illa in 9. not. ff. de verbo. obliga.

b ¶ Seu bona ipſius. Scilicet poſſeſſa a debitore, uel herede, non autem intelligas ꝙ etiam vigore hypotecæ (quod plus eſt) in bonis poſſeſsis a ſingulari ſucceſſore procedi poſsit uia executiua, ſed ordinarie procedendum eſt, ita Bald. in. l. 2. per illum text. C. ſi aduerſus creditorem, inuehens contra ignorantes procuratores & aduocatos, refert illum Iaſ. in. l. quædam. §. 1. in 3. not. ff. de edendo: pungit aliquid Benedic. de barzis, tract. guarenti. 9. q. 3. partis, verſic. aliquando vero, & omnino Fely. in c. eum ſuper col. antepenultima verſi. amplius dixit, de re iudi. vbi citat conſil. Mariani Socin. quaſi in terminis, & vide Alexand. conſil. 83. nu. 11. lib 3. vbi dat regulam generalem, item intellige ipſius ſcilicet etiam heredis niſi inuentariũ feciſſet: facit dictum Saly. in. l. fin. §. ſi uero verſ. ex his C. de iure delibe.

c ¶ Citari facere &c. Vide differentiam inter executionem, quæ fit vigore ſententiæ in re petita contra uictum, & hanc executionem, quia in primo caſu non exigitur citatio Bart. in. l. a diuo pio in princip. ff. de re iudicata cum ſimilibus, & ratio eſt quia in hoc caſu non præceſsit cauſæ cognitio, neque diſcuſsio debiti, merito citatio deſideratur inſt. de pœna temere litig. §. fin. ita Benedic. de barzis in trac. q. 3. ſecundæ partis, inferens quòd non tenet cõſequentia hoc ſeruatur in ſententiis, ergo in iſtis & etiam, per Antonium de Canario in tract. quæſtio. 38. vbi dicit id eſſe de iure faciendum, poſt Bal. in. l. ab executiõe C. quo. appe: nõ recipi col. 2. verſic. ſed quid dices.

d ¶ Quali quali petitione. De iure non uidetur neceſſaria ſed ſufficit productio inſtrumenti loco petitionis, ſecundum quod notat. Specula. titul. de lib. concep. §. nũc dicendum verſi. 6. quem etiam citat Bald. in d. l. ab executione, uerſi. extra quæritur. C. de execu. rei iudi. licet ipſi loquãtur in inſtrumento ſniç, cuius petitur executio.

e ¶ Copiam. Et aduerte ꝙ forma hæc obſeruanda eſt etiam cum principali debitore, licet tñ certus deberet eſſe de facto proprio abſque productione inſtrumenti ad Bart. in. l. non ſolum. §. morte in tertia quæſtio. principali, uerſic. ſi uero ff. de noui oper. nuntia. nam inter ipſos contrahentes narrata in inſtrumento probant. l. optimam. C. de contrah. & cõmitt. ſtipulat. uide Galeſi. in com. ad formam came. obliga. char. 134. ſ. in 5. q. vbi quærit. ponamus ꝙ in inſtrumento obligationis cuius petenda ſit executio narretur alterius inſtrumenti tenor ex quo naſcitur, ſeu fundamentũ habet actio & obligatio originalis, verbi gratia petitur executio contra fideiuſſorẽ uigore inſtrumenti obligationis p eũ ſactiiin qua narratur tenor inſtrumẽti principalis cuius cã fideiuſſor acceſſerat, an oporteat exhibere ipſum principale inſtrumẽtum an vero ſufficiat illius narratiua? & dicit ꝙ cõis eſt oĩum Doc. ſnĩa in l. ſciẽdũ. ff. de verb. obli. ſi narratiua ẽ clara ſufficiat ſine exhibitiõe pricipalis.

f ¶ Et contradicendum. Pondera bene hæc uerba, quia important cauſæ cognitionem, quo fit ut præceptum executiuum ſit potius diffinitiua, quam interlocutoria ſecundum theoricam Ioan. Andr. in capit. peruenit de appellationibus.

& Barto.in l.non fatetur col.2.verſic. ſed an iſto caſu.ff.de confeſſ. quia principale negotium diſfinit, & nihil plus per diffinitiuam operari potuiſſet, ita Antonius de Canario in tract. de executio.inſtru.q.48. Et nunqd ſententia qua pronunciatur inſtrumẽtum exequendum ſit diffinitiua, uel interlocutoria? eſt diſputatio inter doc. vide illam q. nouiſsime ſcriptam apud Rob. ma. in 6. parte Speculi.§.expedita nu. 24. vbi dicit ꝙ eſt diffinitiua, & dicit Barto.in .l.cum unus in fi. princi.ff. de bonis auth.iud. poſſ. ꝙ executio inſtrumenti equiparatur executioni quæ datur ſentẽtiæ diffinitiuę, quod iubet eſſe notandum Rebuffus in tract. de litt.oblig.artic.primo glo.9. nu.4. Sed multi tenent ꝙ talis ſit interlocutoria. vt Bal.in l.ab executione in princi.C.quorum appella.non recip. Franc.in c.cum ceſſante nu.49.de appella. Dicit tamen Ang.in l.5.in princ.ff.de verbo.obliga. ꝙ habet uim diffinitiuę, ideo ſtatutum volens a ſententia interlocutoria non poſſe appellari, non cẽſetur denegare appellationem ab hmõi pronunciatione, quia habet uim diffinitiuæ, & dicit ꝙ ita fuit iudicatũ, & ita plures alii Doc. Bon. Peruſ.& Padu. concurrere, licet quidam alii contra. Adde eundem Ang.conſi.513.inci.Quidam petiit,& conſi.ſeq. vbi tenet quòd ſapiat uim diffinitiuę, quod conſil.omnino vide, quia diſputat ad plenum hanc q. & Salyc. in d.l. ab executione, idem tenet Fely. in c. quod ad cõſultationem num.22.de re iudi.& mihi ſemper placuit, maxime circa huiuſmodi ſtatutum noſtrũ, videlicet, quando nulla præceſſerat ſententia diffinitiua ſuper negotio, quo de agitur, qua ratione ſcribẽtes concedunt indubitanter dari appellationẽ qcquid dici poſsit in ſententia executionis ſententiæ diffinitiuæ, ut atteſtatur Felyn. vbi ſupra nu. 23. Notare tamen licet id quod Bal. pungit in d.l. ab executione nu.2.C.Quorum appella. non recip. inquit enim, quòd ſi quãdo petitur executio nullus cõpareat contradictor non pronunciat iudex, ſed ſimpliciter exequitur de facto.i.facti executionem facit. Si autem copareat, vult quòd iudex debeat pronunciare exequendam, & ita procedit diſputatio ſupra facta,& refert Fely. Ange. in conſi.videlicet incipien. quidam petiit, dicentem quòd cauti aduocati nunquam petunt pronunciari exequendam ſententiam, uel inſtrumentum, ne appelletur ab executione, ſed petunt realiter exequi, ſed puto ꝙ talis cautella parũ ſuffragetur ſtante maxime cõtradictione partis, & ſtatuto noſtro, vt infra §. ſi uero nõ probauerit &c. vbi iubet iudici pronunciare exequendum fore inſtrumentum. adde Bal.in d.l.ab executione.

quicquid uult[a] & poteſt, ne fiat executio prædicti inſtrumenti uel teſtamenti. ¶ Et ſi quidem citatus, ut ſupra non uenerit in termino, parte actoris in termino comparente, procedatur contra debitorẽ uel bona ipſius, uel per eũ poſſeſſa[b] tenutã dando, termino cõparitionis elapſo. ¶ Et ſi elegerit[c] executioni

a ¶ Quicquid vult. Vnde opponi poſsit exceptio quæcunque etiam altiorem indaginem requirẽs, quicquid ſit quando ſtatutum ſimpliciter diceret quòd inſtrumenta mandentur executioni, quia diſtinctio ſit an aliquid ſit probandum in continenti an nõ, vt per Io.Baptiſtam trac. de arbitris libro ſeptimo cap. 10.verſicu.ſecunda regula, vide late per Antoniũ de Canario in 11.quæſt. & ſeq. & plures ſignanter proſequitur Rebuff. in trac.de litt.obligat.artic.5.glo.9.nec hoc loco recurri debet ſolummodo ad materiam .l.1.C. de iuris & facti ignoran. quia illa loquitur quando præceſsit ſententia & diligens cauſę cognitio, propterea non admittũtur niſi quędam certę exceptiones, ſcilicet quæ ſunt pręter uel etiam ſecundum ſententiam, non autem illę quę impugnãt ſñiam ſecundũ Bal.ibi.

b ¶ Poſſeſſa. Ex quo enim eſt in poſſeſsione hoc caſu præſumitur dominus, gloſ.in.l.ob maritorum.C.ne ux.pro mari.Bart. in l.is cui .§.bonorum .ff.ut in poſſ.leg.ſcrib.in.l.a diuo pio §.ſi ſuper rebus ff.de re iudi. non tamen aufertur facultas tertio dicendi bona capta fore ſua, ut legitur in d.§.& per Specula.de primo decreto.§. reſtat. Hic igitur text. eſt glo. ſtatuti infra de uocatis in iure, & non uenientibus in princip. in illo genitiuo de bonis debitoris &c. vbi dicam, & planũ eſt de bonæ fidei poſſeſsore poſſe intelligi, etiam ſi conſtaret ꝙ non eſſet dñs, item ſi dubiũ ſit an ſit dominus nec ne, vel ſit bonæ fidei poſſeſſor: probatur argumento l.quotiens .§.1.ff.de noxalibus,& nota.in glo.in bonis l.fina.C.de edi. di. Adriani toll.Saly.in auth.et qui iurat in 6.not. C.de bon.auth.iudi. poſsid.

c ¶ Et ſi elegerit. Notabis propter contumaciã debitoris dari electionem creditori, ſiue procedat contra bona, ſiue contra perſonam debitoris, ſimile in c.quoniam frequenter §. fin. extra ut lit. non conteſt.dum datur electio creditori, uel adipiſci tenutam, uel ꝙ potius ſententia excommunicationis ſit ferenda contra debitorẽ, ita tamen ꝙ a principio alterutra pœna ſit contentus, quod pariter dicẽdum eſt in propoſito noſtro, & idem probatur in.l.conſentaneũ C.quomodo & quan. iudex, intereſt enim noſtra plura habere remedia, ut poſsimus uti quod magis nobis expediat l.cum filiusfa.§.variis.ff.de leg.2.nõ enim poteſt utranq; proponere a principio, ſed bene ob nimiam contumaciam ex poſt licet poſt unam aliã intentare ut probatur in d.ca.quoniam frequenter in fine,& in terminis noſtris infrà.§.et ſi debitor, ibi etiam debitore detento &c. & ibi dicam allegando Bart. in d.l. conſentaneum colu. fina.verſic.quæro hic ponuntur tria remedia.

mandari in tenutam [a] dando, procedatur cõtinuatis actis ad ipsam tenutam, & ad dandum [b] insolutum, & ad cætera alia subsequentia secundum formã statuti nostri: qualiter procedatur [c] in causis ciuilibus reo non comparente, etiã prima petitione in executiõe formata non mutata, [d] quæ pro solenni, & legitime facta habeatur, & sit quo ad totũ ipsum processum, & conclusionem, sententiam, & executionem ipsius, & ad alia omnia necessaria in prædictis, & perinde ac si directe formata fuisset, & petitũ quod debitor in eo quod petitur debeat condemnari. [e] ¶Si autem elegerit [f] executioni mandari contra personã dicti debitoris, uel eius hæredis, tunc Iudex possit, & ualeat petente creditore terminum sex dierum statuere, & assignare dicto debitori [g] contumaci si habitauerit in Ciuitate, guardia, uel Comitatu Bononiæ ad accipiendũ copiã petitionis, testamenti, uel instrumenti quod exequi peteretur, & ad contradicendum ne fiant quæ petuntur: & dictũ terminum dicto debitori facere notificari [h] semel personaliter inuento, & bis nõ inuento ad domum suæ solitæ habitationis: etiã si in dicto termino sibi, ut supra notificato non opposuerit, & seu non cõtradixerit, ut supra: tunc procedatur per d. Iudicem ad talẽ executionẽ petitã modo, & forma infra scriptis: quãdo debitor in termino cõparuerit,

a ¶In tenutam. Quod appellatur prætorium, uel potius iudiciale, quia habetur ac si sententia præcessisset, ut Bart. dicit in. l. cum unus in fin. princ. ff. de bo. auth. iud. possid. P. Rebuff. in tractat. de litt. obliga. artic. primo glo. ix. nu. xxiiij. Et talis tenuta debet dari in bonis equiualentibus debito, uel aliquid plus, ita sonat auth. et qui iurat. C. de bonis auth. iudi possi. ubi gl. notat; si tamen nimis excederet executor appellari potest, ut notat Bart. in. l. ab executore. ff. de appell. & in. l. ab executione. C. quorũ appell. non recipi. Vel potest etiam resisti quando de facto facere uellet; Bart. in. l. pen. C. de executoribus, & exactoribus lib. 12. Corf. sing. i uerb. officialis; latius Rebuff. in tract. de litt. oblig. arti primo, glo. xij. ad quem omnino recurre, ubi etiã de datione in solutum loquitur.

b ¶Ad dandum. Hoc est ex prouisione huius statuti, de iure uero prius fit subhastatio, re autem non uendita fit adiudicatio. l. ordo. C. de execut. rei iudic. l. 2. C. si in cau. iudi. pign. captũ sit; habetur in. l. a D. Pio. §. si pignora de re indica.

c ¶Qualiter procedatur. Hodie rubrica concepta est de Vocatis in iure, & non uenientibus.

d ¶Non mutata. Nam petitio directe intelligebatur concepta pro re, quæ continebatur in instrumento publico, tenuta autem datur etiam in quibuscũque aliis rebus ipsius debitoris ad uoluntatem creditoris, licet forte extaret res petita, qđ tamen non firmo.

zis in trac. suo 2. q. secundæ partis principalis.

f ¶Si autem elegerit. Potest ergo creditor eligere capturam personæ, nulla prius facta discussione in bonis contra glo. in. l. tertia. §. tutores, de susp. tuto. & per glo. in. l. prima. C. qui bon. ced. possunt, de qua controuersia late per Alexan. post alios in. l. a D. Pio. §. in uenditione, num. vi. ff. de re iudic. Caue tamen quia hic istud de plano procedit ob nimiã contumaciam debitoris. d. l. cõsentaneum. C. qũo, & quando iudex, ubi Bald. & dicto. c. quoniã frequẽti. §. in aliis. extra ut lite non cont. Et sic etiam notabis, ꝙ minor uiginti quinque annis non debet posse carcerari, quia non cadit in eo contumacia, ut late per Barbatiã consil. 6. in prima, & secunda colum. lib. quarto, post Ang. in repetitione. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. contra opinionem Bart. in trac. de carceribus.

g ¶Debitori nominato in instrumẽto, uel hæredi, qui & æque proprie debitor dicitur. l. debitor. ff. de uerb. sign. Bar. in. l. postulante. ff. de Trebel. qui decidit ꝙ stãte statuto, ꝙ ad instantiã creditoris debitor capi possit poterit etiam capi hæres. late discutit Bened. d. Barzis. q. ix. primæ partis faciẽs post Angel. differentiã an statutum dicat cõtra promissorẽ, an contra debitorẽ, nã uere non est promissor licet uere sit debitor. Adde latissime P. Rebuff. in d. trac. art. 2. gl. 2. Et adde ꝙ procedit tex. etiã si debitor esset filiusfamil. l. pen. ita Bar. i. l. si filio. la. 2. ff. solu. matrimo.

e ¶Condemnari. Subaudi perinde, ac si in eo facta fuisset condemnatio, nã quo ad instrumenta huiusmodi, perinde est, ac si lata sit sententia tempore instrumenti celebrati, ut dicit Bart. in. l. in hac. col. fin. uersi. itẽ ex hoc. ff. comod. in hoc. n. instrumenta, & sententiæ æquiparantur, glo. in. l. sed si possessori. §. primo. ff. de iureiur. Benedic. de Bar-

h ¶Notificari. Notabis, ꝙ semper, ubi dilatio danda est absenti, illa debet notificari, & non currit nisi a die quo fuerit intimata, facit. l. secunda. C. ubi in rem actio, ibi & ad notitiam etiam, ubi Baldus reputat illum textum esse notat. Barto. & Alex. & Mod. in. l. labeo. ff. de iureiur. ubi Alex.

& si elegerit tenutam dari si postea citatus quandocunq; ante contradictionem[a] factam petitioni per Curatorem, per se, uel per alium legitime comparuerit non audiatur, nisi prius omnes expensas ratione contumaciæ obuenientes refecerit, taxandas per iudicem, & terminum acceperit ad accipiendum copiam petitionis, & instrumēti, & ad respondendum ut infra: quo casu postea procedatur, ut infra subiicitur de bitore in termino comparente. ¶Vbi autem citatus in termino cōparuerit, per se uel alium legitime: legitimatis primo mandatis, & personis si legitimari debuerint, quia fuerit contentio de personis, detur dilatio sex dierum ipsi reo etiam inuito[b], uel alii qui pro eo uenisset, ut supra, ad accipiendum copiam petitionis oblatæ & instrumenti producti, & ad contradicendum quicquid uult ne fiant quæ petuntur, quo elapso non audiatur uolens facere aliquod de prædictis. ¶Et si in termino uel ante nihil contradixerit uel in genere seu aliter contradixerit certa & legitima causa contradictionis non expressa uel opposuerit aliquid, quo etiā probato nō releuet arbitrio iudicantis posit & teneatur iudex seu officialis ad petitionē partis actoris post terminum, quandocunq; petitum fuerit, mādare[c] ipsi debitori principali uel ei[9] heredi præsenti in iudicio, uel etiā absenti per unū nunciū, si inueniatur, & si nō inueniatur per duos nuncios, & diuersis diebus ad domū habitationis solitæ debitoris, si principalis fuerit, uel heredis, si de herede tractaretur. In quo mandato exequendo si non inueniatur, nuncii seruare teneātur formam, quæ in citando requiritur traditam in dicto statuto De modo citationum faciendarum, quod det & soluat, seu traddat, uel restituat id quod in petitione, seu in instrumento continetur, aut æstimationem[d] rei, seu summæ debitæ, uel petitæ, si uenerit ipsa æstimatio soluenda, quæ æstimatio declaretur per sacramētum[e] petētis iudicis taxatione

præmissa:

citat glo. in ca. quisquis 4. quęst. 5. ī verbo ex ea. quę dicit ꝙ dies in qua fit dicta notificatio non est computāda per not. in l. 1. ff. si quis caution. vide & Marātam in Speculo suo in 6. parte §. tertius actus in 8. limit.

a ¶ Ante contradictionē. Contradictione vero facta quid statuatur, vide in statuto infra de vocatis in iure, & non uenié. §. contradictione.

b ¶ Etiam inuito. Idest si reus nullam vellet, uel maiorem, si autem uellet minorem, uel diceret hodie constat, hodie agatur argumento .l. si is a quo ut ī possess. lega. nō video cur nō debeat obtemperari, quia hoc modo lites magis abbreuiātur cui intentioni deseruiunt omnia iura, tam communia quâm municipalia uulgaria quidē, facit c. pastoralis cū materia ext. de exception.

c ¶Mandare. Nota bene, quia non pronūciat exequendum instrumētum prout pronunciat quando debitor legitimas oppositiones fecerit, licet non probauerit, vt infra §. si uero debitor primo .n. casu nihil pronūciat, & nullum debetur salarium, vt in terminis dixit Iacob. Butrig. in l. ab execurione. C. quorum appell. non recipi. prout Bal. ibi refert col. prima vbi etiam subdit ꝙ cauti aduocati nō petunt pronunciationem fieri, sed ꝙ executio fiat, quia tūc non appellabitur, licet etiam quando pronūciatio fit non appelletur nisi excedat modū in pronunciatione d. l. ab executione.

d ¶Aut ęstimationem. æstimatio autem soluenda est vbi res in instrumento contenta perempta est, & executio etiam facienda est in ęstimatione. l. 3. vbi Barto. precise infert ad instrumēta guarentigiata. ff. de confessis. nota in. l. fina. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescind. & hoc procedit etiam vbi præcessisset sententia condemnatoria in ipsa re, vt habetur in d. locis, & in .l. si seruum §. fin. ff. de verborum oblig. vbi docet qualiter sit formandus libellus, & qualiter sententia, ex quibus tātum elicitur, quòd non formatur sententia alternatiue scilicet condemno ad rem si extat, uel in æstimatione si non extat, vt habetur clare per Roma. consi. 281. in re pręsenti, licet pręceptū executiuum forte posset fieri alternatiue, vt hic etiá statutum videtur dicere intelligendo ista uerba aut æstimationem rei stare coniunctiue cum superioribus, vide Bened. de barz. 11. quęst. primę partis. Item æstimationis habetur ratio, vbi creuit prætium rei debitę per moram iuxta. l. vinum. ff. si cer. pet. & quæ habentur per Bart. in .l. 3. §. in hac ff. comodo.

e ¶Per sacramentū. Est ergo iuramentum in litem de quo vide Bart. in .l. 3. §. in hac col. 2. versicu. sum expeditus de ista gloss.

præmissa: quod illam soluat, ut supra: & expensas factas in causa: quas ipse officialis taxare teneatur creditori, uel alii qui pro eo legitime uenisset ad terminum decem dierum, si debitor fuerit habitator Ciuitatis Bono. burgorũ, seu guardiæ eiusdem. Et si habitet in Comitatu, uel districtu uel extra districtum ad terminum uiginti dierum, uel ad aliũ terminum, de quo partes præsentes ad inuicem concordarent. Et ualeat præceptum sic faciendum, etiam si debitor, uel hæres eius præsens nõ fuerit, uel ad hoc nõ citetur de nono. ¶ Termino autem prædicto decem & uiginti dierũ[a] elapso, prout de altero eorum tractabitur, si debitor nõ dedisset, soluisset, uel restituisset, ut supra, pro condemnato,[b] pro debito, pro quantitate, & summa, seu æstimatione prædicta: ipso iure habeatur, & sit quãtum ad contenta in præsenti statuto. Et postea quandocunque ad uoluntatem creditoris, uel alterius pro eo legitime ueniẽtis possit pro debito antedicto, & expensis capi, & detineri in carceribus Ciuitatis Bononiæ de mandato eiusdem officialis, & cuiuscunque officialis Ciuitatis Bononiæ ad ciuilia deputati. ¶ Quod mandatũ fieri possit, etiam parte absente, uel ad hoc de nouo non citata: nec relaxetur donec creditori fuerit satisfactum de contentis in instrumento, uel petitione, seu præcepto prædictis: & de expensis factis, & taxatis, ut supra. et aliis postea factis, & quæ fierent occasione prædicta, quæ non taxatæ taxari debeant per iudicem qui mandauerit fieri detentionem prædictam. ¶ Et si debitor infra mensem a die detentionis, si detẽtus fuerit non satisfecerit creditori de prædictis, uel si creditor, uel qui pro eo uenerit magis uelit sibi satisfieri in bonis quam debitorem facere detineri, siue fuerit persona quæ potuerit capi, siue non, teneatur iudex seu officialis aditus, etiã debitore detento, & eo non detento quandocunque post terminum datum debitori ad soluendum parte prius citata solemniter dare insolutum creditori uel alteri pro eo de bonis debitoris[c], uel quæ per eum possiderentur[d], uel possidebantur tempore primæ citationis, uel postea per eum quæsitis, pro æstimatione facienda per duos arbitros uel æstima-

gloss. ff. comod. & istud præstatur in omni casu quotiens ad mandatum iudicis non restituitur, vt regulam ponit Barto. ff. de in lit. vir. l. in actionibus.

a ¶ Decem dierum. Concordat. l. si debitori & ibi glo. ff. de iudi. per Benedic. de barzis. in d. suo tractatu 4. q. in secũda parte principali.

b ¶ Pro condemnato. Fingitur ergo lata sententia condemnatoria, seu præceptum fungitur uice sententiæ, idest perinde est ac si pronunciasset exequẽdum fore instrumentum uel melius habetur ac si condemnatoria fuisset lata in ordinario iudicio, ut innuit tex. Sed tunc oritur dubium. An valeat appellatio a tali præcepto præsupponendo ꝙ a præcepto de iure non detur appellatio, ut dixi proxime quia hic text. fingens condemnationem uidetur innuere, ꝙ sic sed ego dicerem ꝙ non, quia fingit ad fauorem creditoris, & ideo restringit scilicet quãtum ad contenta &c. quasi dicat nõ in omnibus; nec obiiciatur de statuto nostro infra. §. saluo ꝙ in aliquo casuum &c. quia ibi loquitur in casibus habilibus de iure scilicet in quibus datur appellatio videlicet ab ipsa pronũciatione, Discurre ad propositum ea quæ ponit Rebuffus in tract. de litteris obli. art. 1. gl. 10.

c ¶ De bonis debitoris. Nunquid in istis bonis sit ordo obseruandus qui exprimitur in. l. a D. Pio §. in venditione. ff. de re iudic. puto mentem statuennum fuisse quòd non recedatur a iuris dispositione. Item clarum est, ꝙ nõ debet fieri executio in qualibet spetie bonorum, quia sunt aliqua bona priuilegiata, vt habetur late per Petrũ Rebuffum in tract. de litt. obliga. artic. 2. glo. 1. per totam qui locus sufficiat pro omnibus.

d ¶ Possiderentur. Sed pone datam fuisse insolutum rem alienam an ualeat, breuiter dic ꝙ datio insolutum emptio, & uenditio est. l. litis. ff. pro emptore. l. fin. ff. ex quibus causis imposs. eatur Bar. in. l. si pupillorum §. prętor. ff. ex quibus causis imposs. eatur, & uenditio rei alienæ valida est l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. etiam inter scientes, vt not. in l. si empt. §. item si emptor. ff. eodem titulo, voluit Bar. in. l. si is qui pro emptore. §. fina. de vsucap. sed non nocet talis uenditio uero domino vt. l. alienum vbi Bald. C. de furtis l. 1.

l. ɪ. C. de vſuc. pro empt. l. res aliena. ff. de contrahend. empt. nam poterit uerus dominus eas uendicare, uel agere publiciana, uel agere remedio poſſeſſorio l. 1. & 3. de triticaria. l. ſi coloni C. de agric. & cenſitis late Deciſio. Neapolitana 369. Alfonſus de Parillo nu. 1. & ſeq. vbi quęritur & determinat, quãdo deſiit res extare an agere poſsit dominus ad pretium, & re data inſolutum agit creditor de euictione aduerſus debitorem. l. libera. C. de ſen. & inter. omni. iudic. l. ſi prædium vbi Bart. C. de euict. vide Deciſ. Neapolita. 7. Quidã Philippus nu. 4. vide ẽt ibidẽ deci. 373. incip. fuit determinatum &c. vbi deciditur caſus notabilis de domino debitore, qui pro executione ſententiæ dedit quandam ſuam terrã creditori ſimpliciter, nõ facta mentione, ꝙ eam daret inſolutum, & deciditur quòd poſsit eam repetere oblato credito in pecunia, attento ꝙ in dubio non cenſetur res tradita, ut transferatur dominium, ſed erit potius depoſitum, conſequenter ꝙ fructus percepti ex dicta terra debẽt computari in ſortẽ, unde ſis cautus creditor vt facias concipere uerba in tui fauorem.

a ¶ Per partes. Simile in l. hac edictali. §. his illud C. de ſecũ. nup. ibi quos utraque pars elegerit. & in auth. de non alie. uel permut. rebus eccleſi. §. quod autem, Barto. in l. creditores col. vlti. C. de pigno. vide quæ latè po ſui in gloſis ad formulam pacti pręcarii in gl. æſtimatores.

b ¶ Confiterentur. Nota quòd uigore huius con-

tores eligẽdos per partes[a], ſcilicet unũ pro parte ſi eligere uoluerint, & ſi altera earũ in eligendo cõtumax fuerit, uel præſens monita eligere recuſauerit, tũc pro illa parte iudex unũ eligat ſuo arbitrio, & ſi diſcordarẽt ipſi arbitri uel æſtimatores, tunc pro æſtimatione faciẽda per illum qui cũ tertio aſſumẽdo cõcordaret extra numerum ſuſpectorũ. Si uero ambæ partes non elegerint, tunc per eligendos per iudicẽ extra numerũ ſuſpectorum datorum, uel ſuo arbitrio, ſi partes ſuſpectos non dederint. ¶ Et ſi qua nomina debitorũ apparerent, quæ per debitores debitoris cõfiterentur[b], uel de quibus aliter legitime cõſtaret[c], tali debitore præſente uel legitime citato poſsint, & debeãt petente tali creditore, uel alio pro eo, eidem inſolutũ dari etiam nulla facta excuſsione[d] bonorum uſque ad integram ſatisfactionem omnium prædictorum, quatenus bona uel nomina ſufficerent. Et in eo quod deeſſet & in caſu euictionis ius ſuũ ſaluum remaneat creditori, non obſtante aliqua alienatione facta per debitorem poſt citationem prædictã, quæ in præiudicium creditoris ipſo iure non ualeat, & in eis poſsit executio prædicta fieri, etiam nulla facta excuſsione. Vbi autem alienatio facta fuiſſet ante citationem in alienatis ab alio poſſeſsis nõ fiat executio, niſi demum facta excuſsione[e]. Salua debitori omni ſua defenſione, quæ cõtra ſuũ creditorẽ alias cõpetebat. ¶ Dicta aũt inſolutũ datione facta in totũ debitor ſi fuerit detẽtus relaxetur, uel ſi quid deeſſet tunc demum cũ de reſiduo fuerit ſatisfactũ. ¶ Et ſi creditor per ſe, uel aliũ id quod ſortis, & expẽſarũ prædictarũ nomine ſibi deberetur fuerit conſecutus, aliquas pœnas in ipſo inſtrumento appoſitas, ſiue quantitati[f], ſiue rei uel facto[g] adiectæ

feſsionis in iudicio factę poterit creditor creditoris intentare uiam executiuam contra ipſum ita declarãt Ang & imo in. l. a diuo pio. §. ſic quoque vbi Alex. in fi. comenti. ff. de re iudi.

c ¶ Conſtaret. Etiam ſi debitor negaret. ex hoc tolluntur altercationes doc. in d. l. a diuo pio. §. ſic quoque ubi Alexand. omnino eſt uidendus, quia verſic. ſed quod in iij. col. ponit remedium procedendi quando debitor debitoris negaret, & quidem dato curatore bonis procederetur contra ipſum ordinarie ut per ipſum.

d ¶ Excuſsione. Contradicit iuri cõmuni, de quo in d. l. a diuo pio. §. ſic quoque. ff. de re iudi. vbi ita demum deuenitur ad capturam bonorum, ſi aliud nõ ſit in bonis pro ſatisfaciendo creditori; Cõtradicit, & in alio ibi quia nomen vẽditur ſeu ſubhaſtatur, hic autem aſsignatur protinus inſolutum.

e ¶ Excuſiione. De qua materia late habetur ſupra ſtatuto de eo qui aliena. ſeu poſsi. deſierit, & facit id quod dixit gl. in authen. hoc ſi debitor C. de pignor.

f ¶ Quantitati. Ideſt ſi quantitas uel res, ſua die ſoluta non fuiſſe.

g ¶ Vel facto. Quando factum promiſſum adimpletum non fuiſſet, ſed quid ad tumbũ de promiſsione facti in hac materia? quando ſtatutũ noſtrum in principio eius reſtrinxerit hoc beneficiũ ad obligationes rerũ quæ in pondere numero uel menſura cõſiſtũt, uel alicuius rei mobilis, non autem etiã ad factorum promiſsiones. De qbus pœnis an adiecte ſint

quam

quantitati an facto etiã, glo. in. l. cum allegas. C. de vsuris plura discutit ad cognoscendum quando dicatur in fraudem vsurarum, & Abb. in c. dilecti col. 4. de arbi. Respondeo quôd etiam in obligationibus ad quantitatẽ potest apponi pactum executiuum continens factum, puta de prę sentatione pignorum si talis res tradita, uel soluta non fuerit &c. uel pactũ de non contraueniẽdo, uel de defendendo rem datam, uel solutam in casu euictionis, prout signanter de hoc meminit seq. littera.

a ¶Vigore. Non negatur ergo quin ordinario modo peti posit in terminis habilibus pœna una cum sorte principali iux. doc. Bar. in. l. ita stipulatus. in contrariis vltimę partis. ff. de verbo: obligatio. puta si sit promissio ex causa onerosa, uel si adiecta sit clausula rato manente pacto iuxta l. qui fidẽ. ff. de transs. & in. l. cum proponas C. de transactionibus per Vital. Cãb. in trac. clauſ. clausu. 3. & pro hoc facit statutum infra proximum, ibi quę pœnæ omnes. Adde tamẽ ꝙ hodie uigore pacti pręcarii executio fit etiam pro pœnis, vt patet ĩ eius form.

b ¶Euictionis. Dic ut dixi supra in. §. et si debitor dũ allegaui dec. 369. Alfonsus neap. & vide Barto. in l. libera. C. de senten. & l. si quis aliam ff. de sol. & Bart. Cepola cau. 47. videlicet ꝙ caute agit creditor si in datione insolutum apponat pactum ꝙ non intendit recedere a priori contractu si contingat rẽ datã euinci. P. Rebuffum in trac. de litt. obliga. artic. vlt. gl. vltima nu. 20.

fuerint uigore[a] istius statuti petendo executionem instrumenti, per se uel alium petere uel exigere nõ possit ab ipso debitore, uel eius herede, uel in bonis ipsius, nisi in casu euictionis[b], & pro rata[c] ipsius tantum, si sequeretur, de rebus quas insolutum meruisset, in quibus pœnis, uel aliquibus aliis pœnis quo modocunque, & ubicunque appositis uel adiectis, huius statuti beneficiũ nõ uẽdicet sibi locum, etiam si sors exacta non fuisset. ¶Si uero debitor per se, uel alium infra terminum sibi præfixũ ad contradicẽdum generaliter, uel specialiter respondendo iustam causam contradictionis adiecerit, uel legitimas exceptiones opposuerit, quæ eum a debito, & prædictorum executione releuare uideantur arbitrio[d] iudicantis, dentur dilationes[e] ad probandum, infra quas si pars rei legitimam probationem & defensionem fecerit, quæ per probatiões partis actoris non excludatur possit, & debeat debitor, seu pars eius absolui ab ipsa petitione, & instrumento, & cõtentis in eis, & uictus[f] uictori in expensis condemnetur. ¶Si uero non probauerit, uel si ipsius probationes per probationes partis alterius excludantur, pronuncietur instrumentum executioni mãdandum esse, oppositionibus, uel contradictionibus non obstantibus, & in expensis debitor condẽnetur, & executio fiat elapsis[g] demum decẽ diebus a die sententiæ, & tunc procedatur cõtra ipsum debitorẽ, & in bonis ipsius, forma prædicta data supra quãdo comparuerit, & nihil uel non legitime contradixerit, & omnia in illo casu statuta, & in isto casu statuta & repetita intelligãtur. ¶Quæ causæ terminari debeãt infra tempora instantiarum[h] limitatarum supra in statuto De uocatis in iure & uenientibus, singula singulis refe-

c ¶Et pro rata. Tu iuuenis non bene gustabis hæc verba nisi scieueris ꝙ de iure pœna est indiuidua, & euicta una parte rei, uel alio modo facta cõtrauentione a principali committitur in totum, imo etiam si ab uno ex hęredibus promissoris quãdo factum est indiuiduum l. 4. §. cato. ff. de verb. obligatio. hic autem, ut uidere licet pro parte pœna cõmittitur pro rata scilicet partis rei euictæ.

d ¶Arbitrio. Ista adiectio, ut ea quæ in medio posita est, ęque referri debet ad supra proxime dicta & ad ea quæ sequuntur arg. l. 3. §. filius inter medias. ff. de lib. & posthu.

e ¶Dilationes ad probãdũ. Et sic non dẽt hic cõsiderari an probationes habeant altiorem indaginem, quicquid sit ubi ꝓcesserit diffinitiua sententia ad Bart. in. l. fi. C. si ex fal. instru. dixi sup.

f ¶Et uictus. Quem effectum habeat hæc clausula, vide per Bar. in l. 3. §. si rem, & in. l. non solum ff. de rei uendi. & Ias. in l. properandum. §. finautem, nu. 35. C. de iudi.

g ¶Elapsis. Etiã si incidãt in ferias ob necessitates hominum, Bar. in. l. omnes. C. de feriis c. fin. extra de iudiciis.

h ¶Instantiarum. Et ita instantia datur in istis executiuis instru. & laud. quicquid sit in sentẽtiis, & pręceptis factis confessis, ut habetur in statuto de ꝓceptis facien. confessis. §. quę petitio executionis; nõ ergo habẽt ita paratam executionẽ prout instrumenta guarẽtigiata quia in illis nõ debet dari secundum aliquos instantia, prout nõ datur in executione sententiæ cui equiparantur

us

rendo. ¶ Eo uero casu quo in bonis executio fieret in quolibet casuum prædictorum, si contradictor alius quam debitor, uel pro eo ueniens compareret, & contradiceret ipsius contradictoris iura & dicti creditoris examinentur summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & qui meliora iura habuerit præferatur ¶ Quæ causæ pociorita tis iurium omnino expediantur infra instantiam causæ principalis: de qua supra fit mentio in statuto De uocatis in iure & uenientibus, singula singulis referendo. Ita quod principalis causa, & eius processus non retardentur, sed eadem instantia [a] terminentur, prout in dicto statuto circa præiudiciales exceptiones est dispositum, ita tamen quod talis tertius contradictor quo ad contradictionem prædictam uices actoris gerere intelligatur. ¶ Idem in omnibus & per omnia quæ dicta sunt supra quando petitur instrumentum executioni mandari, dicimus & uolumus fieri & obseruari debere quotiensc unque laudum [b], uel arbitramentum [c] ali-

ut dicunt aduocati antiqui referente Bald. in l. 2. C. de iuramento calum. versic. & hoc facit, sed sunt multi qui tenent quòd etiam in instrumentis confessionatis sit dare instantiam, ut habetur per Benedic. de barzis in trac. de libellis guarentigiatis in 5. quæst. secundæ partis prin. et 1 decis. Neapolitana 346. in quadam causa &c. sed stante statuto nostro de præceptis. Sicut non dantur instantia in exercitione sniæ & etiã confessionis iudicialis ita nõ daretur in instrumentis guarentigiatis.

a ¶ instantia c. fin. in fine extra ut lite pend. latissima materia est apud Fel. in c. cũ sup de re iudic.

b ¶ Laudum. Scilicet post lapsum decem dierum, quo tempore dicitur homologatum saltem tacite. l. cũ antea. C. de arbitris. Sed mirũ est in laudo exequendo procedatur per istos tramites satis lungiores cum sit maior ratio exequendi celerius quàm in instrumenta; attento q̃ præcesserat cognitio causæ per arbitros, & homologatio partium, sicut diximus de sententia quæ paratã habet executionẽ, maxime si imploretur officium iudicis, ad notata in l. intra dies. ff. de re iudica. ubi Ias. & quo ad hanc materiam equiparatur laudum, & sententia ut aperte dixit Bald. consi. 73. incipit contra laudum lib. 2. & Io. de Anania consil. 50. nu. 7. quia talia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum l. 1. ff. de arbi. secus dicit in arbitramentis quia sunt ad instar contractus transactionis, ut not. in authen. ut differentes iudices &c. & interminis etiam hoc prius dixerat Barto. in d. l. cum antea in primo not. C. de arbitris, & clarius hoc dicendum est in laudo arbitrorum iuris quia sententia est & equiparantur iudicibus iuxt. not. in l. fi. C. de iudiciis: in terminis Cor. consi. 14. vol. 2. Hinc infero nõ sane intellexisse istum passum Cor. consi. 144. viso lib. 1. dum dixit q̃ statutum quatenus permittit quôd instrumentum confessionatum uel instrumentum laudi habeat paratam executionem est contra ius commune quod regulariter prohibet incipi. ab executione iuxta l. 1. C. de execut. rei iudic. quoniam per confessionem tacitam, & multo magis expressam laudi uel instrumenti de iure communi est attributa executio, & quidem parata seu per expedita, ita Ange. expresse in. l. ait prætor §. si iudex. ff. de re iudicata Alexand. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore col. 2. solu. mat. Canarius late in trac. de execut. instru. in 4 quæstione ubi dicit q̃ sententia iuramentum, & confessio habent de iure cõmuni executionem paratam, prout per ipsum bene demonstrantem: nisi saluãdo dixerimus Cor. intellexisse de arbitramento quodam, prout Bar. formaliter loquitur in. l. societatem. §. arbitrorum versic. utrum ex sententia arbitratoris. ff. pro socio, Alexan. consi. 83. interrogatus libro 5. et Bald. in addit. ad Specula. de arbitro & arbitratore col. 4. versic. sed an pendente &c. Sed magis mirum est, quia statutum supra de præceptis factis confess. equiparat arbitria, & arbitramenta ipsis sentẽtiis, volens q̃ præceptum dicatur factum in eis desoluẽdo post lapsum, decẽ dierum, & quôd nulla datur in istis instantia, prout habetur in. §. quæ peti. io &c. hic autẽ admittit omnes, & qualcũque exceptiones, sicut cõtra instrumẽta publica cogita: pro saluatione. Et adde quôd propter executionem quæ datur laudis ex forma statutorum proprie dici potest sententia ita Barbatia in eod. consi. col. 4. versic. præterea &c. sed non satis concludenter probat suam intentionem.

c ¶ Vel arbitramentum. Quod ut dixi supra proxi. glos. non habet de iure communi executionem, nam non habet locum emologatio in arbitramentis, nulla enim lex hoc dicit, ita Bald. in add. Specul. de arbi. & arbitra. col. 5. versicu. De emologatione &c. unde bene dixit Barto. in l. societatem §. arbitrorum num. 16. pro socio, quod per statuta terrarum prouidetur arbitria executioni demandari. quia sunt potius quasi quædã transactiones, ut habetur in auth. ut differentes iudi. ut tetigi in glo. præced.

¶ Testamentum

quod uel teſtamentum[a], ſeu alia ultima uoluntas[b], in quo uel qua aliquam quantitatem, uel ſummam, quæ in menſura[c] conſiſteret, uel rem aliquam mobilem dari, ſolui, tradi, uel reſtitui laudaretur, ſeu mandaretur, uel legatam, [d] ſeu relictam quoquo titulo fore diceretur, ſi tale laudum, ſeu arbitramentum, teſtamentum, ſeu ultima uoluntas peteretur[e] executioni mandari, ut ſupra in ipſa quantitate ſumma uel re, uel ipſius ſummæ, uel rei extimatione, ſi uenerit extimatio rei, uel ſummæ debitæ, uel petitæ, relictæ uel legatæ ſoluenda ipſi petenti, & perinde, ac ſi ex publico[f] inſtrumento in prædictis debitor eſſet, & fuiſſet ipſius petentis hæres contra quem executio peteretur: elapſo demum termino in laudo, teſtamento, uel ultima uoluntate contento, ſi terminus appo-

a ¶Teſtamentum. Satis dicitur exequi teſtamentum, cum datur executio legatis, ſeu fideicommiſsis in illo ordinatis, quia ſunt pars ipſius teſtamenti ad not. in rub. de legatis primo, per Modernos: magis ſpecialiter uero dicitur executio dari legatis, vel fideicõmiſsis, & ſeruiunt uerba not. Ang. in authen. de hęred. & falcid. §. illud quoque, dicens nota quód quando petitur legatum, uel fideicommiſſum uigore teſtamenti, non eſt neceſſe ꝙ pars petat hæredem condemnari per ſententiam diffinitiuam, ſed tãtummodo ꝙ fiat ſibi præceptũ de ſoluendo, quod dicit not. eſſe, & eſt ſpeciale in legatis & fideicommiſsis, quę uigore teſtamenti petuntur, nam in aliis debitis quæ uigore aliorum inſtrumẽtorum petuntur neceſſe eſt ꝙ fiat concluſio ut debitor per diffinitiuam ſententiam condemnetur, nam non poteſt incipi a præceptis, & loquitur Ang. ſecundum terminos iuris communis, habes ergo ꝙ legata de iure communi habent executionem paratam per d. §. illud in uerbo iudiciali decreto iuncta glo. ſequitur Iaſ. ſimpliciter in. l. fina. col. 2. C. de edi. diui Adria. toll. quod dictum Alexand. in d. l. ſi cum dotem §. eo autem tempore col. 2. verſicu. quarto limita. ff. ſolu. matrim. reputauit mirabile, ſed illud nõ probari iure, nec authoritate dictę gl. imo contrarium probatur in. l. ait prætor. §. ſi iudex ff. de re iudicata in uerbo condemnare, quod uerificatur tantum per diffinitiuam, licet poſsit reſponderi ꝙ loquatur de iure antiquo, prout Ripa ibi reſpondet, & eodem modo poſſet reſponderi ad l. minor 25. annis cui fideicõmiſſum. ff. de minoribus, quæ multũ ſtringit licet Alex. nõ ciret. Sed correctiones non ſunt multiplicandę c. cum expediar de electione in vj. & hic etiam ceſſat reſponſ. Rebuff. in d. trac. de litt. oblig. arti. 6. glo. 3. nu. 22. vide per eum, attribuamus itaq; hoc beneficium noſtris ſtatuentibus De teſtamento, autem exequendo non faciunt verbum cum tamen hęres ipſe habeat beneficium petendi illud exequi, vbi non eſt cancellatum, nec in aliqua parte viciatum per l. fina. C. de edi. diui Adri. tollen. Caue tamen quia talis executio ſit ibi quantum eſt reſpectu poſſeſsionis tantum, non autem proprietatis, & ita eſt diuerſa materia ab iſto noſtro ſtatuto. Addo Pet. Rebuffum in trac. de litt. oblig. artic. 6. in glo. 3. num. 20. vbi ſubtiliter demonſtrat ꝙ teſtamentum in omnibus, & per omnia poſſet habere executionem.

b ¶Vltima uoluntas. Planum eſt de codicillis in quibus legari, uel fideicommitti poteſt inſtitutioni. de codicillis, & ſi uerum eſſe dictum Iaſ. (obiter tñ dictũ, ſed nõ bene probatum) in rub. de leg. 1. col. 2. & in donatione cauſa mortis, poſſunt fieri legata, ſeu fideicommiſſa: dicam late de pluribus ſpeciebus vltimę volũtatis in rubrica infra de teſtam.

c ¶Menſura. Subaudi vel in pondere, vt in principio ſtatuti, & ſufficiebant pro iſta enumeratione particulari generalis mentio mobilium quam ſubiicit.

d ¶Legatam. Aduertendũ eſt tamen, ꝙ licet agens ex teſtamento non dicatur agere ex inſtrumento liquido, ex quo pro illius effectu habẽdo probari debent aliqua, ut mors teſtatoris, aditio hęreditatis &c. quæ probata reddunt inſtrumentum liquidum, tamen non impeditur quin poſsit peti corã iudice executioni demandari, in proceſſu autem poterit fieri liquidatio attento ꝙ de facili poteſt liquidari, quia paria ſunt ꝙ aliquid ſit liquidum, uel in breui liquidandum. l. fi. cum ibi not. C. de compẽſa. Alex. in. l. quidam col. 3. ff. ſi cer. petat. Bald. in. l. cum in teſtamento in fi. C. de teſtamen. ma. ſecus uero eſſet ſi alias non ita de facili liquidari poſſe, quia ante factam liquidationem non peretur executio, Galleſius ad formulam oblig. camer. in 5. q. nu. 4. allegãdo etiam deciſ. Capicii. 48. vbi deciſum fuit non eſſe locum petitioni compromiſſi uigore pragmaticę conſtitutionis inter coniunctos ſuper rebus non liquidis faciendi, licet mulier actrix peteret legatum uigore teſtamenti materni, illa ratione, quia de proximo, & leuiter fieri probatio poteſt.

e ¶Peteretur. Vel actione infactum iux. l. ne in arbitris, & l. cum antea. C. de arbitris, uel officio iudicis, ad quæ vide omnino Bal. conſ. 73. cum laudum lib. 2. & dic coram eis qui tulerunt laudum ut habetur ſupra in ſtatuto de præceptis in prin. quicquid ſit de iure communi, ut ibi dixi in glo. qui tulerit.

f ¶Ac ſi ex publico. Sed cum ſecundum formam

noſtri

ſitus fuerit,uel a iure, ſeu lege ſubintellectus,& etiã ſi terminus appoſitus non fuiſſet, uel a lege, ſeu iure ſubintellectus[a], elapſis[b] decem diebus a die mortis illius,de cuius teſtamento, ſeu ultima uoluntate tractaretur, uel a die laudi,ſi de eo tractaretur,ad quem[c] præciſe cogi poſsint, etiam pœna[d] in compromiſſo appoſita, ſi de laudo tractaretur, ut ſupra non obſtante. ¶Quæ pœna ſi petens quod in laudo, ſeu arbitramento deuenerit fuerit conſequtus, ut ſupra: poſtea peti uel exigi[e] non ualeat[f] ullo modo,niſi in caſu euictionis,& pro rata ipſius tantum, ſi ſequeretur, de re-

noſtri ſtatuti de teſtamentis,&c.requiratur ſcriptura manu notarii,quare dixit hic,ac ſi,quæ dictio ſignificat ſimilitudinem,ſeu fictionem.l.iure ciuili.ff.de condit. & demonſtr! poteſt reſpõderi habere locum hæc uerba iu caſibus in quibus non exigeretur ſcriptura publica, prout de iure communi non requiritur.l.hæredes palã. ff. de teſtamentis. l. hac cõſultiſsima.C. de teſta. iuncto.§. in ultimis autẽ uolũtatibus ſcholariũ.j. de teſta.nihilominus.n. haberet priuilegiũ executiuum,ſi intẽtaretur iudicium in hac ciuitate, in qua confectum fuiſſet teſtamentum,perinde ac ſi ex publico inſtrumento legatarius, uel fidei cõmiſſarius creditor eſſet, quia attenditur locus,ubi proceditur,ut.l. miſsi opinatores. C. de exact. trib.lib.12.l.2. C. quẽadm.teſta.aperiãtur. l.ſi fundus.ff.de euic.planum autem eſt, ꝙ fictio iſta adaptabilis eſt ad ſcripturam laudi,uel arbitramẽti,de qua in principio iſtius. §. ſi ponamus manu priuata ſcriptam,prout ſæpe uidemus.

a ¶Subintellectus. Vt in legato dotis ſimplici,quia intelligitur tempore nuptiarum, Bart. in.l. titio centum.§.titio genero,uerſic.quæro an tempus. ff.de cond.& demon.uel ſi legaſſet fructus ex tali prędio,uel partum arethuſæ.l.prima,de cond. & demon.l. interdum.ff.de verbo.obliga.

b ¶Elapſis decem diebus.Hoc quo ad initium executionis aliud autem tempus, uidelicet anni ſeruandum eſt,ubi tractaretur de priuando hærede, ob non impletam uolũtatem teſtatoris,auth. hoc amplius.C de fideicommiſſ.

c ¶Ad quem. Lego ad quæ.

d ¶Etiam pœna.Scias ꝙ ex ſententia arbitri vbi in compromiſſo appoſita ſit pœna non oritur actio pro executione, nec conſideratur omologatio, uel tacita, uel expreſſa quæ tunc conſiderantur quando pacto nudo fuit conceptum compromiſſum ſecundum Bart. in.l. cum antea .C. de arbitris,licet Panor.in c.per tuas col. 3. dicat attendi omologationem eſto ꝙ vallatum ſit ſtipulatione ſine adiectione pœnę, hic autem quo ad dandum executionem laudo non conſideratur appoſitio pœnæ,ſed lapſus decem dierũ qui ſeruiunt, ad colligendam omologationem d. l. cum antea, Scias etiam ꝙ vbi pęna appoſita fuerat, erat in facultate partis contrafacientis ſoluere illam, & a iudicatis recedere, ita text.in auth. decernit ius C.illo eod.tit. hic autem poteſt preciſe compelli ad dandum,tradendum,uel reſtituendum. Item ꝙ licet ſit controuerſia quando pęna appoſita eſt an nouetur pręcedens obligatio, & Bart. in.l.ita ſtipulatus in vltima parte illius legis. ff. de verbo.obligati. verſi.& erit octaua. poſt multorum opin. diſtinguat, aut debitum erat ex cauſa lucratiua, aut ex cauſa oneroſa tamen hic indiſtinctę dicitur ꝙ poteſt pręciſe compelli nec auditur volens ſoluere pęnam uictore nolente pęnam.

e ¶Exigi. Nam dicit.l.ſi. in fin.ff. de eo quod cer. loco ꝙ recipiendo pecuniam, remiſiſſe ſortẽ uidetur & in.l. apud celſum. §. labeo. ff. de doli except. iniquũ eſſe & hominem poſsidere & pœnam exigere, Specu. titulo de arbitro. §. excipitur verſi.itẽ ꝙ pœna &c. adde hoc etiam verum eſſe ſi adiecta ſit clauſula rato manente pacto tex. infra.§.ſi vero pœnam, ut ibi latius declarabo in gl.rato: Item dico verum etiam ſi minoris ualoris fuiſſet,id quod in laudo continetur. Sed certe ſecundũ opi.gl.quã Bart.ſequitur in.l.ſi quis rẽ.ff. de arb.& in d.l.apud celſum.§. item quæritur in gl.profuturã,de iure communi pœna poſſet exigi integraliter, quia non ſuccedit loco principalis ſortis ſed propter cõtemptum arbitrorum. At ex diuerſis nõ fit illatio, ſed ſuperuenit ſtatutum noſtrum uetans indiſtincte pœnam exigi,exacto prius id quod in laudo continetur. Vide tamen contrarium in ſtatuto ſeq.in verſic.tam pro ſorte quam pro pęnis &c.dic ut ibi.

f ¶Non ualeat. Etiam in eo in quo pęna excederet ſortem exactam, & hoc inducitur ad fauorẽ victi,qa putãdũ eſt victori cur a principio nõ exegerit pęnam. Alias ut dixi fit differentia an ex cauſa oneroſa, an ex lucratiua, primo caſu põt exigi illud plus, in quo pęna excedit .l. ſi quis a ſocio, & .l. duo ſocietatem.ff. pro ſocio cũ ſimi. Bar.in d.vltima parte & d.verſic.Sed oritur dubium an indiſtincte procedat, prout verba indiſtincta ſunt,& poteſt probabiliter dici,ꝙ procedit vbi uia executiua uſus eſſet creditor ex laudo,prout eſt materia totius tituli ſecundum quã §.iſte debet intelligi ad.l. imperatores. ff. de in diẽ adictione, ſed forte ſecus ſi uia ordinaria formato libello,& litis conteſtatione uſus ſit,qa tũc eſſemus in terminis iuris cõis,& hoc eſt quod uoluit forte dicere tex.in §. & ſi creditor ſupra eod. ibi uigore iſtius ſtatuti &c. cogitabis quia ſubtilis eſt animaduerſio.

¶Inſolutum

bus quas insolutum[a] meruisset. ¶ Insuper etiam prouidere uolentes, quod ultimæ uoluntates defunctorum executioni mandentur, quæ[b] specialiter[c] priuilegium habere merentur, maxime in iis quæ ad pias causas[d] relinquuntur, statuimus, & ordinamus, quod hæredes quicunque grauati in testamentis, uel aliis[e] ultimis uoluntatibus factis, seu faciendis ad legata, seu fideicōmissa quæcunque danda, & præstanda, qui hæredes interdum in fraudem relictorum hæreditatem apprehendere differunt; teneantur, & debeant ipsi eorumq; hæredes, & successores infra duos menses[f] a die quo sciuerint[g] hæreditatem sibi esse delatam, ipsam hæreditatem adire, & eidem se immiscere, aut ipsam repudiare, uel ab ea se abstinere. Quo termino elapso si non repudiauerit, uel se abstinuerit pro hærede, & tanquam hæres habeatur[h], & teneatur ad ipsa legata, seu fideicommissa, aut alia quæcunque relicta præstanda, & in ipsius hæredis præiudicium[i] quo ad hoc tantum hæreditas ipsa addita intelligatur, de

a ¶ Insolutum. Siue intelligas de ipsis rebus, de quibus in laudo ipso, siue de rebus aliis illius assignatis creditori in contumaciam non obtemperantis. posterior est magis propria expositio.

b ¶ Quæ. Scilicet omnes, ut statim subiungam.

c ¶ Specialiter. Quia in ultimis uoluntatibus larga semper fit interpretatio. l. in testamentis de regu. iur. et in c. dum dilecti extra de donat. & in fauorem testamenti in dubio iudicatur. l. siue pars. ff. de inoffic. testamēto, interest enim q testamenta sortiantur effectum. l. vel negare. ff. quēadmo. testa. aperiantur, & sic aliud est in cōtractibus, aliud in ultimis uoluntatibus, & in dubio argumentum de vltimis uoluntatibus ad contractus nō solet regulariter fieri Alex. i con. 61. incip. sup col. 1. vers. non obst. lib. 1. Euerardus in Centuria sua in loco a contractibus ad vltimas uoluntates versic. quando sumus in dubio &c.

d ¶ Ad pias causas. De quibus priuilegiis late Barto. in reperi. l. prima. C. de sacrosan. eccles. et in c. cum esses de testamentis, sed magis ad propositum Ludo. Roma. in auth. similiter in uers. nunc uenio ad tertium, num. 50. C. ad. l. falcid. Extatq; etiam nonus tractatus famosissimi Domini And. Tiraquelli, post illius obitum publicatus. intitulatus de priuilegiis piæ causæ.

e ¶ Vel aliis. Quæro in quibus aliis ultimis uoluntatibus possit hæres dici, excepto proprie testamento. Dicendum est, ut dixi in rubrica infra de testam. (ne repetam,) quia inter alia est testamentum ad pias causas cum duobus testibus, uel militis in expeditione degen. is, quæ non proprie dicuntur testamenta, ut per Ias. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. Item in codicillis possunt grauari hæredes uenientes ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iure codicill. de quibus etiam potest intelligi statutum nostrum.

f ¶ Duos menses. s. instantibus legatariis, ut in fin. §. De iure uero dātur 30. anni, iuxta. l. licet. C. de iure delib. nullo creditore, uel legatario conquerente. Vide tamen cautell. Cœpol. 204. incip. Quidam erat, ubi docet modos duos inducendi hæredem ad adeundam hæreditatem.

g ¶ Sciuerint. Ignorans enim non potest adire, nec potest repudiare. l. is qui cum. l. seq. ff. de acquir. hæreditate, loquor de repudiatione expressa; tacita autem quæ fit per cursum triginta annorum bene causatur etiā in ignorante d. l. licet. C. de iure delib. quicquid sit in bon. possess. iuxta. l. 2. C. qui admitti, ubi Alexan. post Bal. in rubrica eiusdem tituli quæst. vi.

h ¶ Hæres habeatur. Simile est in. l. finali. §. si quis autem temerario. C. de iure delib. Sed contra, quia lapsus temporis præstituti hæredi, facit q habeatur pro repudiante, ut in. l. quandiu la secunda. ff. de acquirenda hæreditate. Solutio ibi ita expediebat substitutis, hic autem magis expediebat legatariis ita statui, ut sic possint ab hærede consequi legata, quæ alias corruissent iuxta. l. si nemo. ff. de testament. tutella. ita glo. in d. l. quandiu, & Paulus in. l. si quis instituatur. §. primo. ff. de hæredit. instituen; Semper enim interpretatio fit ad fauorem illius qui patitur præiudicium propter cōtumaciam aduersarii. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. action. quod etiam maxime probatur hic; quia uidetur hæres quo ad quædam, & quo ad quædam non. Et caue, quia secundum prædicta iura, etiam creditores hæreditarii possunt impetrare tempus hæredi infra quod adeat, licet hic non loquatur nisi de legatariis, quantum autem temporis tunc debeat iudex statuere Bart. declarat in d. l. si quis instituatur. §. i. si modo eius opi. standum sit. uidetur. n. non bene iure probari, imo potius contrarium. s. q sit arbitrarium, ut probat Pau. Cast. in. l. si curatoris per illū tex. C. de iu. delib. subdēs q si ad instātiā substitutorū assignaretur, forte opi. Bart. pcederet.

i ¶ Præiuditium. Et ita pro parte erit hæres, & pro parte non, quod quandoq; fit ita disponente lege ex causa, vt habetur in. l. ius nostrū. ff. de reg. iur. per Alex. post Imol. in. l. 2. ff. de uulg. & pup.

qua scientia probari[a] sufficiat[b] per denunciationem[c] sibi factam per aliquem ex legatariis, seu fideicommissariis, uel alium habere debentem, aut per nuncium aliquem publicum de mandato alicuius iudicis competentis ad petitionem talis legatarii, seu fideicōmissarii, uel habere debentis semel præsentialiter, uel bis ad domum suæ solitæ habitationis. ¶Et idem[d] in cōmissariis,[e] & executoribus exequi nolentibus, seu recusantibus, uel differentibus exequi eis cōmissa in testamento, uel alia ultima uoluntate obseruetur: de qua denunciatione in actis, uel per publicum instrumentū debeat apparere. Saluo semper tali hæredi beneficio Inuentarii[f] legitime facti, uel faciendi.[g] ¶Et quod dictū est de hærede, locum habeat in fideicōmissario uniuersali, & seu singulari[h], & alio quocunque[i] obligato[k] qui graua-

a ¶Probari. Non ergo præsumitur scientia etiam inter coniunctos sanguine quando agitur de successione ex testamento .l. quoniam sororem secūdum Bald. ibi C. de iure deliber. secus in success. ab intestato, vt per Franci. tigrini in d. l. 2. ff. de vulg. & pupill. referente Alexand. ibi & approbante per regulam. l. octaui. ff. vnde cognati, & hæc antequam adeat hæreditatem, postea autem dicitur ꝙ extraneus præsumitur, scire contenta in testamento secus in suo, vel necessario hærede, vt per Barr. in l. eius. §. fin. ff. si cert. petat. vbi tamen multi tenent oppositum.

a ¶ Librum. De iure communi in libro sufficit sola comparatio, secus in scriptura alia priuata, Alexand. consi. 76. nu. 8. lib. 3. & Socin. consi. 41. col. 1. lib. 3. vbi post Bar. & Ang. allegat rationes differentię, scilicet quia non ita de facili tota scriptura vnius libri potest mutari, prout una appocha sine testibus scripta. Item quia iura quę uetāt comparationem non loquuntur nisi de appochis, & antapochis, ideo ipse infert idem esse in pluribus epistolis, quod in libro rationum.

b ¶ Negauerit. Quid si nō comparuerit, vel pręsens nollit respondere? dicendum est haberi pro recognita per c. final. de confess. libr. 6. prout allegat Pet. Rebuff. in tracta. de chirographorum recognitione in pręfatione nu. 97. vers. 9. quęro. Et quęrit nunquid isto casu danda sit executio, arguit, & tandem determinat quod debet dari, qa fictio, & ueritas habent eundem effectum. l. qui ad certum. ff. locati.

c ¶ Scribere. Ad hoc text. in auth. de instru. caut. & fi. §. si quis igitur, contra quem tex. dixit inaduertenter Barto. in auth. et si contractus col. 1. C. de fide instru. prout aduertit Bald. in l. comparationes col. 3. eo. tit.

d ¶ Ex qua. Pondera quod probatio hæc per modum comparationis requirit duo extrema unum agens seu impręssiuum, & uocatur scriptura, ex qua: aliud extremum patiens, & susceptiuum, & uocatur scriptura ad quam, Bal. in l. comparationes in fi. primæ col. C. de fide instrum. latius Afflict. declarat decis. Neap. 181. post Ange. in auth. si quis vult. vers. & ideo. C. qui poti. in pign. hab. declarādo quod scriptura ad quam fit cōparatio est illa principalis, quę producitur in iudicio ad debitum consequendum, quæ negatur esse manu illius. Scriptura autem ex qua, est illa quę producitur in iudicio ad hoc ut fiat comparatio; et de iure communi oportet quod ista ex qua, semper sit indubitata, ideo oportet quod sit publica, aut de archiuo publico sumpta, aut trino teste notata, quorum saltē duo propriā subscriptionē attestentur, aut dictas subscriptiones eorum mano factas esse per comparationem probent. l. comparationes C. de fide instru. vel quod illa scriptura, ex qua petitur comparatio per aduersarium producatur innitentem illi, prout clare habetur in authē. ad hæc. C. de fide instrumentorum, vnde reprobatur comparatio, quæ fit ex scriptura tūc nouiter scripta. Est alia differentia iuris communis ab hoc statuto, quoniā in scriptura ad quā fit comparatio, vbi negatur manu eius scripta q. debitor dicitur, tunc admittitur cōparatio, quando est subscripta tribus testibus, uel probetur p testes qui uiderunt illam scribi; vñ dicitur quod mercatores debent esse cauti, ut non confidant in simplicibus appodissis in absconso factis, & a nullo subscriptis, quia si producantur in iuditio, & debitores negent eorū manu subscriptas, vel ipsi debitores mortui sint, non poterit peti ut fiat comparatio, bene poterit interrogari an manu sua fuit scripta, ex æquitate, iuxta l. vbicunq; ff. de interrog. action. & C. de ingenuis, & ma. l. ad cognoscendas, poterit etiam compelli, ad scribendum, tamen, ut dixi, non erit sufficiens comparatio, cum cottidie forma scribendi mutetur, vt in auth. de fide instru. circa principium, uel de facili potest mutari caracter. vide Alexan. etiam consi. 76. num. 8. lib. 3. Et Soci. in consil. cclxxiiii. in causa d. lysæ, post Doct. in c. 2. de fide Instru.

e ¶ Duos Nota numerum pluralem, ut notat Bart. in d. l. comparationes, quasi hoc sit pro regula, q̄ pluribus committatur peritis, & non uni, nisi unus tantum esset in ciuitate, & uide Roman. consili. 20. qui in specie loquitur de hoc nostro statuto, ubi limitat statutum non procedere in causa pupillorum, attento quod in eis proceditur sine figura iudi. ac sola facti ueritate inspecta.

¶ Notarios

Notarios[a] Ciuitatis Bononiæ expertos[b], & fide dignos,& legales, eligendos per Iudicem,ſeu officialem, qui de cauſa cognouerit: de quibus partes ad inuicem concordarent, ſi de hoc concordes fuerint, alias ſuo arbitrio (datis ſuſpectis a partibus,ſi dare uoluerint)extra numerum ſuſpectorum: quorum ſeu maioris partis eorum declarationi, & comparationi credatur, & ſtetur[c]. Quæ electio, & declaratio, ſeu comparatio ſcribatur in actis per notarium coram quo uetilaretur quæſtio principalis. ¶Et eodem modo fieri poſsit, & ualeat comparatio ex alia quacunque ſcripta, ſeu ſcriptura, quæ eiuſdem negantis,uel defuncti manu propria probaretur per confeſsionem[d],uel alio modo[e],uel quæ trium teſtium[f] ſubſcriptione ſubſcripta reperiretur,uel per ſcripturas publicas[g], quæ uideantur eſſe de litera eius qui ſcripſiſſe diceretur,in qui bus contineatur nomen eius qui ſcripſiſſe diceretur,ſi fuerit Notarius publicus,de quibus ſtari debeat declarationi Iudicis. ¶Et nihilominus facta cōparatione uel non,poſsit probari[h] per teſtes[i] principalem ſcriptam,ſeu ſcripturam libri de qua ageretur ipſius negantis,ſeu defuncti manu ſcriptam fuiſſe. ¶Vbi autem contra negantem probatum fuerit per comparationem, ſeu alio modo[k] ipſum ſeu defunctum dictam ſcriptam, ſeu ſcripturam principalem propria manu ſcripſiſſe,pœnam dupli[l] incrdat ipſe negans alteri parti applicandā.In quo duplo fieri poſsit

a ¶Notarios. Alibi debet eligere pitos ſcriptores, quod quidem melius eſt, vt habetur in gloſa in auth.de fide inſtrumen.§.ſi vero nihil, in verbo abſcondere.

b ¶Expertos. Ideſt peritos ad regulam, quæ habet quod vbi contingit aliquid in iuditio,quod cōſiſtit in artis peritia, iudex committit peritis in arte,ad hoc.C.de re milita.l.ſemel lib. xii. & in authen.de non alien.aut pmutan.§. quod aūt & .ff.de vent. inſpi.l. i.§.i.

c ¶Stetur.Intellige præſtito prius iuramento, vt habetur in l. comparationes.C. de ſide inſtru. & ibi gloſa, quod iuramentū ē de ſuo iudicio, & cōſcientia, nō de veritate,vt Bart.declarat ibi.

d ¶Confeſsionem. Hoc clarum eſt,vt dicit Saly. in d.l. comparatioues in 2.not. C. de fide inſtru.

e ¶Alio modo. Puta per ſcripturam priuatā qua vteretur negans, quia reſultat tacita cōfeſsio,Bal. in d.l. cōparanones col. ii.per aut.ad hæc ſub illo eod.tit.

f ¶Trium teſtium. Concordat l. comparationes C.de fide inſtr. ubi ſunt hæc verba Ideoquæ ſancimus non licere comparationes literarū ex chirographis fieri, niſi triū teſtium habuerint ſubſcriptiones, vt prius literis eorum fides imponatur, vel ex ipſis hoc deponentibus,ſiue cūctis, ſiue omnimodo duobus ex his, ſine comparatione literarum teſtiū procedente quæ verba multum ſunt notanda pro declaratione iſtius ſtatuti.quod ſimpliciter requirit ſubſcriptionem trium teſtium.

g ¶Publicas. Concordat d.l.compararìones,ibi, vel forenſibus,vel publicis inſtrumētis,vide Bal. ibi ii. col. extendentem ad ſcripturas priuatas, quibus ex forma ſtatuti data ſit plena fides, puta libris mercatorum. Item ſub hac extenſione, comprehendo etiam ea quæ in archiuio reperitur publico,auth.ad hæc. C. de fide inſtru. licet non eſſent manu notarii confecta, quia ſatis eſt quod ſint authentica.

h ¶Poſsit pbari. Ex hoc ſtatuto habetur quod ſufficit comparatio ſola ad conuincendum negantem, idem probatur in.l.comparationes pręalleg.& ibi glo.not.ſubdens quod aliud eſt ſecū dū iura nouiſsima, quibus ſola comparatio nō ſufficit,ſed oportet argumenta alia inueniri, ut in auth.de fide inſtrum. §. ſi quis vult, cum aliis ſeq.§.maxime in ſcripturis priuatis, in publicis autem iudicis arbitrio relinquitur,an ſtandū ſit ſimplici cōparationi.§.ſi uero moriantur,& .§. ſi uero nullus horum, idē forte i libris rationū,ut habetur p Bar.in auth.et ſi contractus C.eo.tit.

i ¶Per teſtes. Non aperit ſtatutum quomodo habeāt deponere hi teſtes, unde dic ꝙ vbi teſtes habent probare aliquam ſcripturam fuiſſe ſcriptā ab aliquo requiritur, quod fuerint præſentes quando ille ſcripſit, ut in auth.de inſtru.cau.& fide.§.ſi quis igitur. notat Bar.i .l.ſcripturas C. q potio.in pign.habean. & in .l. nuda ratio in 3. col.de donatio. Alex.in conſ.150.nu.16.libr.5. Deciſ.Neap.181.

k ¶Seu alio mō. Puta teſtibus,non aūt intelligo de proprio ſacramēto illius q negauerit a principio, qđ licet dicatur eſſe quędam ſpēs probationis,ut habetur in rub. extra de probat. tamen indulgetur, ut non cadat in pœnam.text. eſt in d. auth. contra qui propriam.C. de non nu.pecu.

l ¶Dupli. Concordat auth. cōtra qui propriam C.de non num.pecu.

& debeat, si petatur executio, quemadmodum in sorte perita, nisi sit ignarus literarum: quo casu pœnam non incurrat, nisi scienter negauerit, uel alias scripturas manu ciuidem scriptas recognouerit ad petitionem cuiuscunque facta fuerit recognito. Et nihilominus executio fieri possit si petatur in sorte. ¶ Adiicientes quod confessioni curatoris dati liti, uel causæ, seu bonis absentis, seu contumacis, & indefensi scriptam aliquam, uel libri scripturam recognoscentis stari non debeat, nisi quatenus aliter probatum reperiatur scripturam, uel scriptam prædictam esse, uel fuisse de litera, uel scriptura dicti principalis conuenti, uel eius cuius conuentus prædictus hæres, esset cum de hærede tractaretur, quæ probatio etiam ualeat, & fieri possit cum ipso curatore in contradictorio iudicio. ¶ Idem in omnibus & per omnia dicimus obseruari debere, in scriptis, & scripturis, & libris scribanorum aliquorum campsorum, uel Mercatorum singnlarium, uel alicuius societatis Mercatorum, uel usurariorum ciuitatis Bonon. uel aliunde, ut fides detur contra ipsos quorũ scribani essent, et in bonis ipsorum, uel possessis per eos fiat executio modo prædicto, si executio petatur. Et intelligantur scribani, personæ, uel societatis, illi, & ille, de quo, seu quibus est, uel erit publica uox, & fama ipsum esse & fuisse scribanum talis personæ, uel societatis, de qua ageretur tempore confectionis talis scripturæ, seu tempore in scriptura contento, siue dictus scribanus foret ætatis legitimæ, siue non. ¶ Præterea ut literæ cambii[a] debitam mereantur executionem, Statuimus quod quilibet Iudex ad ciuilia deputatus teneatur, & debeat ad requisitionem cuiuscunque petentis aliquas literas cambii executioni mandari, præcipue ei qui, seu cuius factor, aut socius fuerit, & ipsas litteras sibi præsentatas acceptasset[b], seu scripsisset,[c] si præsens erit, alias

a ¶ Literæ cambij. Litera cambii dicitur illa in qua quis fatetur se recepisse tot pecunias a tali mercatore, unde d debitor dat literas creditori directiuas amico, seu suo debitori, ut quamprimũ uisis illi soluit nomina to creditori tantundem, & solutis pecuniis ponat ad bonum suum cõputum, & inuenta est pro mercatoribus propter periculum portandi pecunias ad longinquas regiones. Institut. de testament. §. sed & unum. &. l. iiij. cum seq. ff. de donat. cau. mort.

b ¶ Acceptasset. Propter quam dicitur obligatus ad soluendum, etiam si mercator qui literas destinauerat decessisset, quod potissimum reputat Salyc. in. l. si filius. ff. ad Maced. ubi apportator dimisit literas apud illum, si autem post acceptationem literas recuperauit maius dubium est, quia in totum nõ uidetur fidem de illo habuisse, Saly. tamen ibi tenet idem, quia exportatio literarum non debet offuscare uim acceptationis d. l. si filius, quæ quidem exportatio potuit fieri alia de causa puta ne acceptator de facili negaret aliquas literas cambii præsentatas sibi fuisse ut per ipsum. Nunquid autem eo acceptante, & non soluente, puta quia decesserit, dicatur prior liberatus? est magna cõtrouersia: dicam infra, & quando dicatur acceptasse, & sibi præiudicasse, traditur in d. l. filius, & in. l. admonendi. ff. de iureiurando ubi Ripa num. 139. ad quem recurre, quia datur campus aperiẽdi multos libros in ea re. post Matth. not. xxii. nota mirabilem.

c ¶ Seu scripsisset. Expone, idest, uel scripsisset casu quo non fuissent acceptatæ, sed reiectæ, quia tunc reflectuntur contra scribẽtem. l. si literarum C. de solu. ante enim non fit executio contra scribentem, & dicit plus illa lex, quod si etiam hac spe consequendi debitum ab eo cui literæ dirigebantur scribentem liberauerim a debito possum condicere liberationem secundum aliquos, sed secundum alios remanet inexacta prima obligatio, hoc autem statuto datur executio immediate, licet prima actio esset ordinarie intentanda. Et nota hic realiter enumerari tres personas, scilicet debitor qui scribit, credi. tor ad cuius fauorem scribitur, item is cui diriguntur literæ, sed aliquando, & sæpe mercatores utuntur literis cambii, in quibus dicunt soluatis nobis ipsis, prout uidi in urbe dum essem ibi auditor Rotæ de anno 1549 & 50. & de hac forma meminit Bal. in consi. 190. Sempronius Manfredi lib. ... facit, & tex. in. l. instulas. §. fundum. ff. de contract. emption. ubi Barto. notat. quod quis potest sibi ipsi tradere & soluere, bonus textus in. l. debitor meus circa medium. ff. de negot. gestis, & ibi glos. in uerbo mihi, bene notauit, & hac forma utuntur, quando

per unum nũcium ſemel perſonaliter inuentus, uel per duos perſonaliter non inuentus domui eius, uel ſuæ familiæ habitationis, quod infra tres[a] dies proxime ſubſequentes poſt comparitionem petentis ipſarum literarum executionem debeat cum effectu perſoluiſſe tali tantam quantitatem pecuniæ in talibus literis contentam, per eum, ſeu eius ſocium, uel factorem ſubſcriptis, ſeu acceptatis ſub pœna duorum ſolidorum Bonon. pro qualibet libra quantitatis pecuniæ in ipſis literis contentæ, ſeu deſcriptæ. Et ſi infra dictum terminum talis debitor non ſoluerit, & dicto præcepto non obtemperauerit, ſtatim incidat in dictam pœnam. Et nihilo minus dictus officialis eum cogat remediis opportunis ad ſolutionem, & ſatisfactionem contentorum in dictis literis. ¶ Et ſi quidem uideatur dicto iudici dictum talem ſoluere debentem malitioſe agere, ſeu ſubterfugere in fraudem recipere debentis, uel de ipſius debitoris[b] fuga, uel abſentia dubitaretur: quæ omnia in diſcretione dicti iudicis remaneant, poſsit dictus iudex talem debitorem, etiam infra dictum terminum, ut ſupra ſibi aſsignatum detineri facere, & ipſum detentum non facere relaxari, niſi prius ſatisdederit de ſoluendo quantitatem de qua agitur ad terminum aſsignatum, uel niſi ſatisfecerit habere debenti, uel ſecum in concordia fuerit. ¶ Teneatur etiam, & debeat dictus Iudex omnes, & ſingulas literas cambii per quoſcunque, ſeu quorun cunque factores, aut ſocios ſcriptas, ſeu factas in ciuitate Bonon. & ad alia loca deſtinatas, quæ reportate fuerint: quia ipſis non fuerit obtemperatum, & acceptatæ non fuerint in eo loco, ſeu per eum ad quem, uel cui fuerint deſtinatæ, ſi ibidem ſeu in loco ordinato fuerint preſentatæ, quod conſtare debeat dicto iudici per proteſtationem factam ei, cui dictæ literæ fuerint deſtinatæ, ſeu per ipſius ſubſcriptionem. Quam quantitatem in ipſis literis contentam incontinenti[c] ſoluere debeat cum dictæ literæ dicto iudici fuerint

quando is, cui literę diriguntur, reperitur & creditor, & debitor in diuerſis partitis, & adſunt inter ipſos hinc inde rationes dati, & accepti.

a ¶ Tres. Intelligo ubi reiectio facta fuit in ciuitate Bononię, ſi autem foris eſſet, tunc incontinenti fit contra ipſum ſcriptorem, ut ſtatuitur infra § teneatur.

b ¶ Debitoris. ſ. qui litteras ſcripſerat, ubi nõ fuerunt acceptate, uel qui literas acceptaſſet, qui effectus fuit debitor priore liberato, ſaltem de cõſuetudine mercatoria, ut atteſtatur Raph. comenſ. in. l. delegare. ff. de ſolut. & deciſ. Neapol. Afflict. 353. col. 3. licet ſit magnum dubium i iure an ſit inducta delegatio, an facta ſit nouatio, ſtante. l. fin. C. de nouat. & Bar. in d. l. delegare dicit, ꝙ forte inducitur nouatio tan quam. l. fi. non loquatur in caſu delegationis, quę fit quando interuenit ſtipulatio inter mandantẽ, & creditorem, cui fit delegatio, uide tamen Bart. in. l. ſingularia, col. pen. uerſ. et ex hoc apparet. ff. ſi certum petatur, ubi ponit deciſionem not. ꝙ ſi ego debitor tuus mandẽ campſori, quod ſoluat tibi, & ille tibi promiſit, quam promiſsionem recepiſti, poſtea ille decoxit, ego nõ ſum amplius moleſtandus, quia huiuſmodi promiſsio tibi facta cedit loco ſolutionis, ſecus dicit Bar. ſi campſor mihi promiſiſſet tibi ſoluere. Addo Bald. in l. ſi pro debito. C. qui bonis ced. poſſ. quam deciſionem, & ſi multi improbent, tamen eam ſaluat quando in mandato ſeu literis dicebatur, quod ſolueret, uel promitteret. ſecus ſi ſolum dixiſſet, quod ſolueret, quia ſicut ipſe non fuiſſet à me liberatus, non petendo mandato meo, ita nec ego ſum liberatus a meo creditore. Inducitur autem delegatio quando dictus delegatus per ſtipulationem obligat ſe ſecundo creditori d. l. delegare vbi doct. licet Bart. ibi ſit corruptus, quaſi vellit ꝙ debeat interuenire ſtipulatio inter delegantem, & eum cui ſit delegatio, quod non eſt verum, quia ſola uoluntas delegãtis etiam nutu ſufficit, vt dicit Pau. Caſtr. in l. delegare la ſecunda. ff. de nouat. & ſic poteſt intelligi quod dicit Pariſ. in conſi. 107. nu. 43. lib. iii. nor. tamen quod inter mercatores pactum nudum fungitur loco ſtipulationis, vt ſic iſto modo inducatur delegatio, ita Decius conſi. cccxxi. plene & ſubtiliter nu. 17. poſt Bar. in. l. quintus. ff. mand. & Bald. in l. ſi. procuratorem. C. mandati.

c ¶ Incontinenti. Cur tam cito i in odium. ſ. & pœnam mentientis, & decipientis creditorem mutuantẽ, ſeu cãbiantẽ pecunias, qui non bene perſcrutari poterat ueritatẽ propter uiarũ diſtantiã.

presentatæ,& ipsarum executio fuerit postulata ipsas literas executioni mandare,seu mandari facere contra eũ scribentẽ,seu illum,cuius factor,aut socius, dictas literas scripsisset,cogendo talem ad integram satisfactionẽ,& solutionẽ contentorũ in dictis literis, & dãnorũ & expẽsarum,quas qui recipere debuerit quantitatem in ipsis literis contentam substinuisset, seu fecisset occasione prædicta quibuscunq; remediis opportunis:etiam ipsum personaliter capi,& detineri faciẽdo,si sibi æquũ uidebitur, & pœnas imponẽdo, quæ tamen pœnæ exigẽdæ,seu exactæ applicari debeãt cameræ ciuitatis Bonon. Quæ tamen damna,expensæ,& interesse,ut supra dicta & supportata,taxari debeant per ipsum iudicẽ. ¶ Insuper etiã statuimus,& ordinamus quod si aliquis ageret,[a] uel conueniretur coram Vicario domini Potestatis Bonon. uel iudice Aquilæ, uel aliquibus aliis officialibus ciuitatis Bonon. ad causas ciuiles ad disca palatii præsidentibus ex aliquo contractu ex quo non appareat instrumentum publicum, uel scriptura[b] alia publica, uel priuata cui de iure fides[c] deberet adhiberi,& esset mercator,seu artifex[d] in aliqua ex societatibus artium ciuitatis Bononiæ descriptus, & non haberet alias probationes quam suos libros rationũ apotheceæ intitulatos,signatos,& scriptos per chartas more mercatorio, & secundum formam statutorum uniuersitatis mercatorum, quod dicto libro fides adhibeatur super his[e] tantum quæ spectant, & spectare deberent ad aliquam artem,mercationem,cambiũ, uel traficũ, quam, uel quod exerceret talis actor,uel reus, si ipse esset artifex, uel exerceret artem, uel ministerium alicuius ex uiginti sex artibus artium ciuitatis Bonon. si per ipsum Vicariũ,[f]

a ¶ Ageret. Hoc verbum est diligenter ponderandum, quia infert, quod uia executiua, seu officium iudicis non datur in huiusmodi casu,sed debent agere, scilicet ordinario more iudiciorũ id quod probant etiam verba posita in fine huius.§. ibi, ut ex eo fieri posit condemnatio,uel absolutio, & sic diffinitiue. Et ita etiã obseruatur in foro merca. iux. illorũ statuta.

b ¶ Scriptura. Nam contractus, multi sunt qui non exigunt scripturam, nec priuatam,nec publicam, licet ad perpetuam memoriam redigantur in scripturam, iuxta in l. cõtrahitur. ff. de pigno. l. pactum quod bona fide. C. de pactis, ubi glosa enumerat plures contractus, qui indigent scriptura, latius glosa in c. i. de censibus in vi.

c ¶ Fides. Scilicet plena, prout exprimitur infra. §. fin. in non mercatore, licet de iure probata legalitate, & aliis circunstantiis, & verisimilitudinibus non daretur plena,sed semiplena fide, vt dicit Saly. in l. i. col. pen. versi. sed dominus C. de edendo refert illum; Ananiа consi. 53. visis,& consideratis,&c. Rebuff. in tracta. de chirogr. & sched. recogni. in præfat. num. 20. vbi alia allegat. Adde Areti. consi. 44. in proposita cõsultatione. et Ias. in repet. l. admonendi, nu. cxi. ff. de iure iurando.

d ¶ Seu artifex. Seu pro uel, quia differentia est inter Mercatorem, & artificem, nam mercatura est religiosis interdicta, non autem artificium, vt habetur. 88. distinct. per totum & 91. distinct. clericus, & de consecrat. distinc. vi. c. nunquam. Federicus de senis consi. cevii. in Christi &c. Et quis dicatur Mercator, Bar. in l. legatis seruis. ff. de legat. tertio, & in tracta. de teste. §. de mercatore, Et an appellatione artificis veniant adiscentes Bar. dicit quod sic in d. l. legatis. §. ornatricibus ff. de leg. iii. ideo fuit necessarium facere mentionem etiam de artifice.

e ¶ Super his. Hoc sic exprimitur ad maiorem declarationem; quia de iure statutum simpliciter dictans dari fidem libris mercatorum, intelligitur circa negociationem ipsam,quam exercent, non vltra; fuit dictũ Io. Andr. in addit. ad Specul. titu. de instru. edit. §. nunc vidend um circa princi. magnę additionis; per. l. iii. §. eod. modo. ff. nau. caupo. & stab. et quia autoritas, quæ competit ratione offitii non debet posse operari vltra naturam offitii, refert Aret. consi. 44. colum. ii. Abb. in c. bonæ el. 2. de postula. prælat. & Bal. in l. vnica C. de confess. subdentes, quod si consuetudo indifferenter uoluisset dari fidem, non valeret tanquam prouocatiua ad falsitatem, licet alibi Bal. in l. cunctos popu. C. de summa tri. & fid. cath. habeat aliam opi. sed in d. c. reputat eam non bonam, vide Ias. in l. admonendi in repetit. numero 123. ubi latius. ff. de iureiurando.

f ¶ Vicariũ. Sapiẽtissimũ fuit hoc dictũ, prout etiã Bald. loco allegato dicebat & retulit Ias. vbi supra, dicens consuetudo debet intelligi, accedente consensu iudicis, considerata qualitate mercatoris, quantitate, & præiuditio causæ, quod præcipit Ias. esse bene not.

a ¶Legali. Hæc est vna de fallentiis datis per scrib. in d.l. admonendi, post Bar. nu. 26. de iure iu.

b ¶Vt supra. Scilicet dum modo sint intitulati, & signati, seu nūero foliorū more mercatorio notati.

c ¶Petentem. Ponderari posset, φ hic. §. tantum loquitur quando non mercator se defenderet ab impetitione mercatoris, qui quidē mercator fundaret suam intentionem in libris propriis ipsius mercatoris, nam tunc audiitur non mercator se defendendo pariter innitē do in libris propriis nō mercatoris dum habeāt requisita, & verisimilia contineant, sed si esset ipse actor statutum non loquitur ergo remanemus in terminis iuris communis; sciuisset nanq; dicere si voluisset, vt fecit in princ. §. proxi. præced. et quia debet esse driā inter libros mercatorū, & artificum, & libros nō mercatoris, vt notū est argumēto l. quędā. §. numularios in fi. ff. de edendo.

d ¶Arbitrio. Ex hoc etiā verificari videtur quod supra dicebam, nam dato φ adsint requisita ad libros mercatorios, tamē & adhuc referuat cre dulitatem ad iudicis arbitrium, quæ uerba non exprimunntr in præcedenti. §. dum de mercatoriis libris loquitur, sed certe in hac differentia non consentio, quia imo idem arbitrium est reseruatum supra, ut patet in illis uerbis, in quo considerare debeant personam scribentis, &c.

Iudicē Aquilæ, uel officiales ad causas ciuiles præsidentes coram quo, uel quibus causa ipsa ageretur, & per massarium societatis cuius est dictus producens librum, per Defensorem cambii, per Massarium artis syrici, & per Massariū artis mercatorum, Retaliatorum, Pannorum lanæ gentilis, regētes artes prædictas, uel saltem per duos ex dictis massariis cū Massario illius artis cuius est talis producens librum fuerit approbatus pro bono, & legali[a], Ad quem approbandum, uel reprobandum compelli possint tales massarii per ipsum Vicarium, iudicem Aquilæ, & officiales, ut supra, coram quo, uel quibus causa ageretur, sub pœnis per ipsum, uel ipsos comminandis. In quo considerare debeant personam scribentis, & eius contra quam scribitur, & alias circunstantias, & coniecturas super eorum conscientiis, alias dicto libro fides aliquo modo non adhibeatur, ut ex eo fieri possit condemnatio, uel absolutio. ¶ Adiicientes si aliquis non mercator, uel artifex, seu non exercens mercantiam, uel artem, seu non descriptus in aliqua ex societatibus artium prædictarum esset homo bonæ conditionis, uitæ, & famæ, & haberet librum, seu libros suarum rationum, in quo uel quibus scripta essent, & apparerent, data, & recepta per ipsum ab aliquo mercatore, campsore, uel artifice descripto, ut supra[b] cum expressione causæ, seu causarum, propter quam, uel quas appareret petentem[c] habere non debere, quod dicto tali libro, seu libris, etiam fides plena adhibeatur, & detur ad fauorem sui scribentis, & sui hæredis, sicut daretur libro, seu libris talis mercatoris, uel campsoris, uel artificis, ut supra descripti, & si, prout, & quatenus uideretur arbitrio[d] iudicantis, & dictorum massariorum.

DE VOCATIS IN IVRE, ET non uenientibus[e].

e ET non venientibus. Idest contumacibus. cōtumax autem est, qui trinis edictis, vel uno peremptorio citatus non uenit, uel uenit, sed illicentiatus recessit xi. quæst. iii. Certum & l. Tres. C. quomodo, & quādo index, item is qui latitat ne possit ad eum citatio peruenire, extra ut lite non contest. c. quoniam. §. primo. Speculat. titu. de contuma. Nota, quod duplex est contumacia, scilicet vera, & ficta. Rursus vera contumacia. Alia est apparenter, & existenter, Alia apparenter, & non existenter. Alia existenter, & non apparenter. Pariter ficta contumacia, Alia est ficta apparenter, vera existenter. Quædam apparenter, & existenter, ita Barto. in. l. fina. ff. de in integr. restitut. ponunt. Alex. & alii. in. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudiciis, Maranta in suo Specul. in sexta parte, in uersicul. contumacia, num. viii. char. 387. ubi etiam ponit quare dicatur contumax, post Card. in Clemen. prima, de dolo, & contumacia, quia dicitur a con, & tumeo tumes, quia inflatus est, & superbus in nollendo obedire. Aliquos casus, in quibus quis non tenetur comparere vide apud Marianum Socinum in cap. si clericus de foro comp. col. 5. & . 2.



Rdinamus quod si quis per se, uel alium agere uoluerit contra aliquam personam, uel uniuersitatem aliqua actione reali[a], personali, uel mixta[b], uel alia[c] quacunque, uel officio iudicis quod pro actione[d] proponeretur, teneatur ante omnia[e] qualem qualem petitionem offerre coram iudice, uel officiali quem adiuerit, & in actis scribi facere petitionem, seu ipsius[f] productionem, & ipsam personam, seu uniuersitatem contra quam agere uolet, seu petitionem offerret, citari[g] facere secūdum formam statuti De modo citationum faciendarum. Hoc addito quantum ad contenta in hoc statuto, quod ubi citatio fieri deberet per duos[h] nuncios, fieri debeat duobus diuersis diebus scilicet unam pro qualibet die. ¶ Et si quidem pars citata comparuerit, tunc procedatur secundum formam nostri[i] statuti: quæ forma traditur in procedendo contra comparentes quatenus petitioni possunt adaptari. ¶ Si uero non uenerit,[k] uel uenerit, & legitime[l] nō ste

a ¶ Reali. Vt rei vend. hyppothecaria, uel publiciana ita Saly. in auth. et qui iurat q.7. C. de bon. auth. iu. possid.

b ¶ Mixta. Quæ sint mixtæ actiones traditur in. §. quędam instit. de acti. exemplum est in actio. famil. hercis. communi diuid. & finium regundo.

c ¶ Vel alia. Vt actione in rem scripta, ut ad exhibendum iuxta. l. 3. §. est autem iunc. §. fina. ff. ad exhib. possunt enim etiā comprehendi interdicta iuxta. l. sunt autem ff. de interdictis, loco, quorum datur actio in factū institu. illo eod titulo §. fi. de quibus per Bart. in l. si tertius. ff. de aqua plu. arc. per Tiraq. libr. retract. ligna. §. 8. in glo. 3. num. 6.

d ¶ Quod pro actione. Velut est officium iudicis, quo imploratur restitutio in integr. c. 2. de off. iudi. in 6. & hoc ad differētiam iudicis mercenarii quod deseruit actioni intentatę &c. vt Bart. late ponit in. l. 1. ff. de iurisdi. omn. iudic. de quo non curat hic specificare, qñquidē illud uenit incidenter, sub principali actione proposita.

e ¶ Ante omnia. His uerbis mihi uidetur approbata opini. illa prima de tribus quas Barto. refert in authent. offeratur. C. de litis contestat. quę est ꝙ ante omnia debet libellus iudici dari, deinde reus citari, & tunc per iudicem offerri libellus parti, de quo ultimo dicto. loquitur d. authentic. offeratur quam etiam Barto. tenet in. l. si finita §. Iul. nu. 6. de dam. inf. vbi Alexand. nu. 18. late scribit cōtra hoc.

f ¶ Seu ipsius productionem. Altero enim duorum modorum uti potest, uel scriptam petitionem porrigere, & de productione mentionem fieri in actis, uel a principio dictare illā in actis, vt etiā id habetur in clem. sæpe in. §. verum, ubi glo. de verbo. signifi.

g ¶ Citari. Alias nec primum, nec secundum decretum valeret, tanquam contra non contumacem, ut ad longum prosequitur. Roman. 454. in re præsenti &c.

h ¶ Per duos. Idem habetur in. §. ordinamus supra de modo citationum.

i ¶ Nostri. Sed caue quia illud statutum loquitur, quando semper comparuit, & stetit usque ad finem iudicii, sed quid si comparuit usque ad litis contestationem inclusiue, deinde amplius nō uenit, nam nec illud, nec istud statutum aperit quō sit procedendum? De iure enim communi, si est liquidū de causa potest perueniri ad sententiam diffinitiuam vel in absoluendo, uel condemnando. l. properandum. §. 1. C. de iudi. Specu. titu. de contuma. §. sequitur laté Math. de Afflictis in const. in capi. incip. si quis post litem in primo not. si uero nō liquet, nec liquere potest tunc procedetur ad primum decretum.

k ¶ Non uenerit. Nūquid dicatur non uenisse qui misit nuncium cum potuisset mittere procuratorem instructum? dicit Andr. de Isernia in glo. const. Neapoli. titulo de in ius uocan. ꝙ est contumax reputandus, nisi essemus in casibus in quibus nuncius proponeret iustam excusationem, puta infirmitatis, uel similem; quę tamen excusationes non debent audiri, nisi excusator promittat de præsentando citatum intra certum terminum, ita notabiliter Pau. Castr. post Bal. in. l. filiusfa. ff. qui satisd. cog. vide quę scribuntur late super ritu de excus. infirmorum in rubri. in Neapolitanis. Sed nunquid audietur ueniens post terminum in continenti, seu post modicum interuallum, & sic an possit purgare moram? dic ꝙ licet comparere re integra, & dummodo ius actoris nō sit factum deterius. l. etsi post tres. ff. si quis caut. & hoc uerum si offerat actori expensas secūdum Bald. in. l. et si post tres vbi Pau. & Alexand. ff. de iudiciis, qui dicit ꝙ ista est communis opi. etiam ꝙ iudex reputasset eum contumacem per sua interlocutoriam, Afflict. in com consti. Neap. de litteris citatoriis in 1. & 2. q.

l ¶ Legitime non steterit. Dicitur non stetisse legitime, si illicentiatus a iudice recessit antequam iudex a tribunali recesserit, nam post discessum a bancho tacite dicitur habere licētiam, ita Ang. in. l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infect. prout late disputat

terit in termino citationis parte acto-ris[a] comparente[b], & primo iurante de calumnia[c], & petente[d] sibi dari tenutam[e] de bonis[f] dictæ partis[g] citatæ seu rei petitæ iudex, seu officialis in discessu[h] a Bancho, uel postea die sequenti[i] iuridica quo ad causam pronunciet interloquendo[k] contra dictam partem citatam, etiam ad audiendum pronunciationem non requisitam[l] dictam[m]

sputat ibi Alexand. col. 8. qui uidetur stare in hac ead. opin. respectu rei conuenti, habetur per Bar. in l. qui ante Calendas col. 2. ff. de verbo. obliga. Et nota ꝙ primum decretum non requirit latitationem in hoc statuto, vide Bart. in. l. fulcinus. §. quid sit latitare. ff. quib. ex cau in poss. eatur.

a ¶ Parte actoris. Nota tu ista verba quia tempore Iaco. butrig. conciuis nostri nō sic legebātur, sed dicebat statutum principali actore, ideo fuerunt in causa magnę altercationis, & dubitatiōis an adultus decerneretur principalis actor an eius curator, et cui deberet deferri iuramentum calumnię; vide illum in 8. quęstio. inter impressas nouiter, quæ sunt nu. x.

b ¶ Comparente. Sub audi, & rei contumaciam incusante, vt habetur per Specul. in titulo de contumacia. §. sequitur videre Barto. in. l. consentaneum in fin. C. quomodo, & quando iudex: facit in simili. l. properandum. §. 1. C. de iudi. Barto. in. l. ex quacūque causa col. fi. ff. si quis in ius uoca. non ierit, & Bar. in. l. si finita §. iul. de dam. Infecto. Si autem non compareret actor circunducetur edictum. i. citatio eius annihilabitur, etiā reo non comparēte, ideo debet denuo citari. l. et post edictum. §. 1. ff. de iudi. not. Bar. in d. l. ex quacunque in prima lectu. col. fi. Bar. & Alexand. in l. fi. §. sed si stipulator. ff. de eo per quem factum erit Robertus Marantha in practica sua in 6. parte in illo capite vbi tractat de contumacia, quod nota quia dubitaui alias per text. qui contrar. probat in d. l. et post edictum; requirit enim ꝙ reus compareat, & instet circum duci edictū. vide de hoc Bar. in d. § Iul. nu. 10 Multos autem casus ennumerat ibi Marantha in quibus non comparens excusatur a contumacia. Sunt, & aliqui casus in quibus non exigitur accusari contumacia positi per Neuiza. consi. 8. char. 2. sub nu. 5.

c ¶ Iurante de calumnia. Hoc est quod expresse dixit etiam Bald. col. 1. & Saly. col. 2. in auth. et qui iurat C. de bo. auth. iudi. possi. dū allegant. l. thesaurus. ff. ad exhib. & ibi glosam; idem Barto. in. l. cum proponas. C. illo eo. tit.

d ¶ Petente. An debeat dari libellus hic non apperit, vel potius sentit ꝙ non, de quo est controuersia, quia Specula. titulo de primo decreto §. 2. in princip. vult quòd sic; Barto. autem in allegato §. iul. nu. 20. dicit quòd nescit. l. in mundo de hoc; Caue tamē, quia si nō requiritur libellus in princip. negotii, sed sufficit qualis qualis petitio ut supra dicitur, multo minus hoc casu, ideo sufficit ꝙ in actis constet de hac petitione, prout tenuit Alexand. ibi nu. 37.

e ¶ Tenutam. Hoc est illud primum decretum per quod mera detentatio, seu tenuta acquiritur per immissionem in possessionem; & diffinitur ab arne. in d. §. iul. col. 2. esse primam aggrauationē, ex qua actori al. quid applicatur factam per iudicem parti conuentę propter contumaciam.

f ¶ De bonis. Pondera quia non dixit in bonis quia etiam de iure fit missio, iuxtam censuram debiti declarati auth. de exhib. reis. §. si uero; Quod tamen limitat Angel. ibi tribus modis, inter quos illa frequens est limita. quando creditori omnia bona essent obligata, vt ibi glo. notat, & pariter hic non specificatur ordo in bonis prout exigitur in executione, ita expresse voluit gl. in d. authen. de exhiben. reis. §. si uero non administrat in verbo rerum, sed male quia claro habetur in c. quoniam frequenter. §. fin. vbi Abb. ut lit. non contesta. vide Speculat. in titulo de primo decreto. §. restat, et opin. glo. videtur approbata hoc statuto, vt hic constat, & infra. §. qua pronuntiatione in illis verbis, de quibus eidem creditori uidebitur.

g ¶ Dicta partis. Non tamen dominium, sed etiam possessionem significat, quia præsumitur dominus, cum summarim de dominio quæritur, ut. C. de edi. D. Adri. l. fi. in glo. et in. l. penul. de cond. instit. ita formaliter Saly. in d. auth. et qui iurat in vi. not. facit tex. supra de instru. & testam. exe. mand. in. §. et si quidem, &c.

h ¶ Discessu. Requiritur secundum ueriorem opinionem, ꝙ pro tribunali feratur hæc interlocutoria, quia tribuit ius in re, nascitur enim pignus prætorium, & actio pignoratitia directa, & contraria. l. 1, & 2. C. de prçto. pigno. ita Bald. & Saly. in d. auth. et qui iurat in vi. quęst.

i ¶ Die sequenti. Potest enim iudex facere gratiam parti de una die. c. consuluit, de officio delegati, Bart. formaliter in d. l. §. Iulianus, ubi Alex. num. 46. & 48. Et tollitur his uerbis quædam difficultas aliquorum, qui dixerūt, ꝙ potest iudex quandocunq; sine partis citatione ad instantiam actoris concedere tenutam. & dic, ꝙ obtenta gratia non tenetur reficere tunc expensas, quia habetur perinde, ac si die statuta comparuisset, ita Aut. de Butr. in d. c. consuluit. Vide Alex. post Bart. in. l. eum qui Kalendis in fi ff. de uerb. oblig.

k ¶ Interloquendo. Idem de iure communi habetur in d. §. Iulianus. & per Felynum in rub. de re iud. num. 31. allegat glo. 2. quæst. 1. in summa, & in. l. meminimus in uers. sententia. C. unde ui.

l ¶ Non requisitam. Alex. Idem probat esse iure communi in d. §. iulianus, num. 39. de dam. insec.

m ¶ Dictam. Pondera formam pronuntiationis, quia

quia nullum verbum est in quo appareat esse cõtumacem, & scias quòd magna est dubitatio an requiratur huiusmodi pronunciatio: affirmatiuam tenuit Specula. in titu. de primo decreto. §. sequitur: Bar. autem in d. §. Iul. col. 4. versicu. procedo vlterius tenuit negatiuam, cuius opi. videtur approbari hoc nostro statuto, tutior tamẽ via esset si pronunciaretur: vnum porro est necessarium, quòd iudex notam habeat contumaciam rei ex actis, vt dicit Bart. in allegato loco ad l. properandum. §. et si quidem. C. de iudiciis, ibi acta iudicii conspicere, & ibi ponderat Bart. & Ange. & Alexan. pręcipue in d. §. iul. nu. 35. Ideo in pronunciatione dicit iudex visis citationibus, & relationibus, & cõtumacia dicti rei &c. Vide Matth. de Afflictis in constitutione regni Neapo. incip. contumacem colu. 2. Et hic uides unam pœnam quæ infligitur contumacibus, adde tamen Rober. Maranthą in 6. parte sui Speculi in versic. contumacia, vbi in 3. prin. q. enumerat 24. pœnas quæ illis imminẽt a iure communi, quas pulchrũ ẽ scire.

c ¶ Et expensis. Et pro damnis, & interesse passis. l. unica in fin. ff. si quis ius dicenti non obtemperą. ibi sed quanti ea res est condemnabitur. Speculat. titulo de contumacia. §. nunc dicamus ultrą quòd muliari potest pœna arbitraria, Abb. in c. 1. de dolo & contuma.

tenutam dandam esse pro mensura[a] quantitatis, seu summæ petitæ,[b] & expensis[c], si de quantitate, & summa ageretur, uel pro mensura æstimationis facti ad quod ageretur, & expensis, ut supra, uel ad ipsius rei, quæ peteretur, si ad rem principaliter ageretur, etiam nullo alio probato, uel discusso[d]. ❡ Qua pronũciatione facta eadem die, uel postea cum iudici uidebitur ad petitionem partis actoris iterum requiratur dicta pars citata, & per unum nuncium quod ueniat in termino statuto, per iudicem ad se defendendum a dicta sententia, & seu pronunciatione, & ne executioni[e] mandetur in tenutam[f] dãdo, ut supra. Ad quem actum una sola citatio, etiam si pars inuenta non fuerit sufficiat. Et si non uenerit legitime in termino per se, uel alium: pars autem actoris comparuerit, dicta pronunciatio executioni mandetur in dando tenutam in pronunciatione contentam parti actoris, & ad eius petitionem, uel alteri pro eo recipienti de bonis mobilibus, uel immobilibus[g], iuribus, uel actionibus quibuscunque requisitæ personæ, uel uniuersitatis de quibus eidem creditori uidebitur, & placuerit, seu de re, uel specie petita, si hoc petatur, saluo iure[h] omnium. ❡ Et ubi dicta tenuta data fuerit, si quidem agatur personali[i] ad aliquam quantitatem, uel summam, uel factum possit[k] iudex, qui dari tenutã fecerit parti acto

a ¶ Pro mensura. Hoc modo loquitur text. in ca. quoniam frequenter. §. si. vt lite non contestata. & hęc uerba significare uidentur, idest pro tanto quanto est debitum, & differunt ab illis, iuxta mensuram debiti declarati, quia potest ualere aliquid plus, ut illo modo loquitur tex. in auth. et q iurat, ubi gl. aiaduertit. C. de bo. aut iu. poss.

b ¶ Petitę. Clarius loquitur text. in hoc uerbo quàm si dixisset pro modo debiti declarati, quia licet aliqui exponant, idest petiti, tamẽ aliqui etiam dicunt, idest summatim cognitione habita, & superinde declaratione secuta a iudice vide Ang. in auth. de exhib. & introdu. reis. §. si uero. collatione. 4.

d ¶ Discusso. Quia iuramentum præstitum, de calumnia habetur loco præsumptionis ad fauorem actoris, ita glo. in c. quoniam frequenter. §. quòd si super, ut lite nõ contestata in uerbo summatim, & per hęc uerba tolluntur plures opi. doctorum nostrorũ de quibus per Specul. titu. de contumacia. §. sequitur versicu. item quòd dicitur declarari.

e ¶ Executioni. Quia pronunciatio de mittendo non facit ipso iure executionem, ut declarat Saly. in d. authen. et qui iurat 7. quæsti. C. de bo. auth. iu. possidendis, executio aũt est maioris pńt dicit igitur citatio requiritur. l. a diuo pio ff. de re iu.

f ¶ In tenutam. Vide Bal. cõs. 47. li. 4. ubi ponit 6. requisita, ut tenuta data valeat, et est pulchrũ scitu.

g ❡ Vel immobilibus. Nota q in hac ĩmissione non attenditur ordo. l. a diuo pio. §. 1. ff. de re iudi. ille enim procedit in executione rei iudi.

h ❡ Saluo iure. Idest citra pręiudicium eorum qui prętenderent potiora iura in aliquibus bonis supra dictis.

i ❡ Personali. Vide apud Mattheum de Afflict. in constitutione incipi. rei uendicatione col. 2. lib. 1. & differentias ordinatę congestas quæ sunt inter actionem personalem & realẽ in hac materia.

k ❡ Possit. Subaudi, & debeat, licet quantum ad tempus infra quod interponatur, sit in arbitrio iudicis Bar. in d. §. iul. col. 7. versic. procedo &c. & dicit Salyc. in d. auth. et q in 3. q. q non debet iudex nimium festinare in interponendo secundum decretum.

❡ Hoc

ris hoc petenti[a] dare insolutum[b] ex secundo decreto[c] de bonis de quibus data fuit tenuta in totum uel pro parte, & non de aliis quatenus reperta fuerint sufficientia iuxta æstimationem faciendam per æstimatores assumendos in iudicio per partes, uel per iudicem, seu officialem de numero confidentium a partibus dandorum, uel arbitrio iudicis ipsis discordantibus eligendorum, pro satisfactione quantitatis, seu summæ petitæ, uel æstimationis facti, & pro expensis: Oblata prius secunda petitione a dicta parte actoris, in qua petat sibi dicta bona adiudicari, cuius petitio in actis redigatur, ut supra. Et subsequenter facta post[d] productionem dictæ petitionis proclamatione, seu Crida per unum ex bannitoribus Ciuitatis Bono. in palatio ueteri dictæ Ciuitatis, ante discum, seu ad discum iudicis, corã quo causa ageretur, & iudice pro Tribunali sedente, alta uoce magno sono Tubæ præmisso, Quod si quis, ẽ qui habeat ius in dictis bonis, uel qui dicta bona defendere uelit, ueniat coram dicto officiali infra quinque dies, a die cridæ. Qui terminus prorogari possit arbitrio iudicantis, Et etiam facta alia simili crida, per unum nuncium Ciuitatis Bononiæ, in loco in quo citari debuisset secũdum formam dicti statuti, de modo citationum, dando similem dilationem ad ueniendum. ¶ Si uero ipse uel sua familia non habitauerit, nec solitus fuerit habitare in Ciuitate, Guardia, Cõmitatu, uel Districtu Bono. fiat similis crida ad rem, seu ante rem de qua data fuerit tenuta prædicta per unum nunciũ, & una similis crida supradicta, per unum ex bannitoribus Ciuitatis Bononiæ, ante portam domus thesaurariæ ueteris Cõmunis Bononiæ, Quæ dilationes prorogari ualeant, ut supra. ¶ Et si infra dictas dilationes comparerent aliqui cõtra quos non agatur uolentes defendere dicta bona tanquam sua, uel ad se spectantia, uel pertinentia, uel tempore tenutæ datæ a se possessa, uel ab eo pro quo compareret in totum, uel pro parte audiatur faciendo scribi in actis tempore comparitionis causas, & iura ex quibus intendit defendere dicta bona, uel porrigendo suam petitionem, in qua causæ, & iura ex quibus intendit defendere dicta bona contineãtur. Et si pars actoris præsens, uel ad hoc citata negauerit uera esse quæ per comparentem proponuntur, uel aliter cõtradixerit legitimatis personis, si legitimari debuerint, ut quia de personis contendatur per partes, uel alteram earum, ordinẽtur dilationes comparẽti pro defensione prædicta, etiam si alieno nomine compareat ad probandum de iure proposito pro defensione prædicta arbitrio iudicantis. Et si infra dictas dilationes probauerit legitime, elapsis dictis dilationibus quãtum ad bona defensa processus tollatur, & tenuta data reuocetur, si hoc petierit defensor bonorum. Nec per hoc defensoribus ius aliquod ex prædictis acquiratur in bonis

defensis

a ¶ Hoc petenti. Quid si placeret actori magis solui debitũ, vide Roman. sing. 406. si reus conuentus tenentem quòd potest hoc uelle per plura quæ citat ipse.

b ¶ In solutum. Quæ appellatur addicatio. l. a diuo pio. §. si pignora, ff. de re iudica. et est quædam emptio. l. si prædiũ C. de euict. l. eleganter ff. de dolo, ideo potest agi de euictione.

c ¶ Secundo decreto. Est verbum iuris communis in. l. si finita. §. iulia. de dam. infecto. Diffinitur autem a Bart. ommissis aliis diffinitionibus Secundum decretum, est augmẽtatio aggrauationis iam factę, ex qua actori aliquid applicatur facta per iudicem parti cõuentę propter contumaciam, Et qua forma uerborum possit interponi Specul. docet titulo de secundo decreto §. nunc dicamus vers. cum autẽ.

d ¶ Post. Non potest recte intelligi quod immediate post petitionem fiant huiusmodi proclamata quia non est certum adhuc an citatus habeat cõparere, sed intelligo debere tunc fieri proclamata, postquam iussus iudicis emanauit de mittendo actorem in possess. vel, vt mihi magis placet, postquam executio d. pronunciationis facta fuisset, vt uidetur probari infra §. vbi autem in illis uerbis, de quibus data esset tenuta.

defensis in quibus omne ius suum cuilibet reseruamus. Et eo casu procedatur in aliis bonis, si qua remaneant indiscussa: etiam si de eis tenuta data non fuisset: quo casu de iis quibus data non fuisset, de nouo detur ex eisdem actis. Et quo ad alia bona fiant cridæ, post tenutam, & procedatur, ut supra, & infra. ¶ Si uero probatum non fuerit, de cætero nõ audiatur, donec fuerit lata sententia: nec propterea iuri ipsorum non probantium derogetur, si lata dicta sententia uia ordinaria uoluerit experiri contra quemcunque possessorem, etiam contra ipsum cui adiudicaretur insolutum. ¶ Vbi autem infra terminos cridarum aliquis comparuerit per se, uel alium qui dicat se, uel alium pro quo comparuerit ius habere in dictis bonis, de quibus data esset tenuta, uel de nouo daretur, ut supra, uel contra debitorem[a] de cuius bonis data fuerit, & cũ ipso qui tenutam meruerit concurrere uoluerit, & commoditatis ipsius tenutæ esse particeps, audiatur offerẽdo petitionem suam. ¶ Et dato Curatore bonis absentis[b], & indefensi[c] per iudicem coram quo causa uertitur, siue aliquis comparuerit[d], siue non[e], procedatur in causa cuiuslibet, qui procedi petierit, contradictione[f] facta per dictum Curatorem, quã facere[g] teneatur: & datis

a ¶ Debitorem. Non intelligas, (proot aliquando audiui) quod ille esset debitor istius tertii, sed tantũ debitor illius qui primum obtinuit tenutam, iste autem tertius comparens habere se dicat ius in bonis puta hyppothecam, uel ius dominii directi, uel quasi: ratio est huius intelligentiæ, quia inter personales creditores illud quod dicitur, quod uno immisso, & alii creditores immissi dicuntur iuxta. l. cum unus vbi glo. ff. de bon. authen. iudi. possidẽdis procedebat, olim quando immissio fiebat in omnibus bonis, at cum hodie fiat iuxta mensuram debiti declarati, auth. et qui C. de bo. auth. iudi. possid. nõ debet aliis prodesse, nisi forte non essent aliqua alia bona præter illa in quæ immissus esset primus, & hinc vides quod cum ministerio supra. §. & subsequenter uocantur duntaxat illi qui habere prætendunt ius in bonis debitoris.

b ¶ Absentis. Scilicet a iudicio, vnde de iure non uidebatur esse locum curatori, quia non est absens a ciuitate, Bar. cons. 72. lib. 2.

c ¶ Indefensi. An aliquis præsumatur indefensus, vide per Bald. in rub. C. de succ. edicto. Et caue quia in toto hoc statuto nullum uerbum est quã do ageretur contra hæreditatẽ iacentem indefensam, quod fuisset tangẽdum, vnde scias quod cõtra hæreditatem iacentẽ processus aliquis fieri non potest, nisi dato curatore hæreditati, quia non reperitur quis citari possit, ita Ange. in l. 4. §. totiens. ff. de dam. infecto, nisi fortasse esset causa celeritatem desiderãs, vt ibi ẽ casus, vbi dixit Ang. se destruxisse plures processus, & ibi Imol. approbat nu. 12. isto modo intelligenda est. l. si diu. ff. ex quibus caus. in possess. eatur, licet Barto. in. l. si bona C. de bonis auth. iu. poss. videatur requirere curatorem quando agitur de uenditione bonorum, & in. l. si quis instituatur hæres, de hæredibus institutien. porro contra hæreditatem iacentem non potest perueniri ad secundum decretum Bal. in rub. C. de success. edict. & quioque sunt necessaria, ut perueniri possit ad dationem curatoris hæredi. iacenti quæ ponit Capit. decis. 82. nu. 1.

d ¶ Aliquis comparuerit. Pondera quod per hoc statutum in interpositione secundi decreti non requiritur latitatio, quicquid sit de iure. l. fulcinius §. 1. ff. ex quib. caus. in possessionem eatur, Bart. ibi, & in. l. si finita §. iul. nu. 29. de dam. inf. quando enim non latitat datur curator bonis k. curator ff. de cu. furios. Bart. tamen in. §. quid sit latitare affirmat, quod uigore aliorum edictorum poterit interponi secundum decretum, vide tamen Alexã. in d. §. iuli. numero 55. Et adde quod potest dari curator etiam minori quatuordecim annorum c. si annum. §. 1. de iudic. in 6. ad quod cõsil. cuiusdam insertum inter consilia Felyn. num. 16. cum seq. consi.

e ¶ Siue non. Caue quia Specul. titul. de secundo decreto §. 5. versic. quod si nullus &c. sentit dandum tantum esse curatorẽ bonis illis, vbi nullus tertius cõparuerit, quasi semper sufficiat contradictio serui loco curatoris, hoc autem statuto indistincte reqritur curator. Et de materia istius curatoris dandi bonis, habemus titulũ de cur. bonis dando, & amplissimum tract. odoff. bene distinctũ. Et formam instrumenti quando curator constituatur habes in Specu. de curatore. §. cum autem uers. item nota per Bart. in d. §. iul. nu. 33.

f ¶ Contradictione facta. Hinc oritur litis contestatio, quam faciendam esse asserit Specul. titulo de secundo decreto §. 5. vers. his peractis.

g ¶ Quam facere. Nota quia lex docet mentiri, & prohibet agnosci bonam fidem contra not. inst. de actio. §. aliæ autem in glo. dicitur, & in glo. in l. fideiussor. §. quædam. ff. manda. & per Bar. in l.

herennius

herennius §. Caia de euict. & in decis. Neap. 49. incip. conuenitur fideiussor, unde dicamus quod non etiam iurabit de calumnia, prout tamen de iure teneretur, ut dicit Odoff. in d. trac. & Specu. in d. §. 1. versi. quod si nullus, & sic constat quod hoc nostrum statutum contradicit dispositioni iuris communis, & vide ibi omnino q. Ric. malūb. relatā a Io. And. in addit. ad Specu.

dilationibus ad probādum arbitrio iudicantis adiudicetur insolutum, prout de iure debuerit. ¶Curator autē prædictus nullum inuentarium[a] facere teneatur[b], nec satisdare nisi aliquid de bonis ipsius debitoris ad manus ipsius Curatoris peruenerit, nec respondere positionibus, nec aliquam confessionē facere in præiudicium dictæ litis indefensæ, uel ipsius absentis. ¶Item Dicimus[c] quod immissus in possessione ex primo decreto[d] ubi personali[e] uel reali[f] actione agatur, ut supra, lucretur[g]

a ¶Inuentarium. Prout de iure tenetur facere. l. fina. primo respon. ff. de bo. auth. iudi. possid. & per alia multa quæ deducit Odoff. in d. tractatu, sub rubrica quod sit officium curatoris Bart. in. l. 1. ff. de cura. bonis dan. vers. quæro an talis, immo credo hoc casu quando nihil de bonis ad ipsum peruenit, etiā de iure non teneri ad inuentarium conficiendū, cessante ratione administrationis. Formam inuentarii ponit Specula. de secundo decreto. § 1. vers. quod si nullus, uide bonum consilium Angel. in materia curatorum datorum bonis 193. pro decisione, ubi ponit, quando de iure sit locus dationi curatoris, & quod sit eius officium, & potestas, adde tamen quod poterit compromittere iuxta formam statuti de arbi. domini potestatis. ita Ang. consi. 92. quęritur an de iure &c. quod Decius examinat consil. 22. col. 2. vbi demonstrat quod requisitus debet necessario compromittere licet Angel. uideatur loqui per verbum possit.

b ¶Teneatur. Hoc uerbum, quo ad inuentarium, & satisdationē stat proprie, quo uero ad responsionē positionibus, & aliam actū præiudicialem absenti exponitur, idest non possit, ad hoc etiam facit statutum supra de positionibus §. item dicimus, vel subaudias, nec possit, vt etiam subauditur, in simili in l. gallus, in principio. ff. de liber. & posthum. in glo. posse.

c ¶Item dicimus. Hic reuertitur ad materiam primi decreti. de qua in principio.

d ¶Primo decreto. Scilicet in contumaciam, de qua loquitur hic, Interdū. n. fit missio ex primo decreto, interdum ex secundo decreto, hæc materia tractatur in l. si finita §. iul. ff. de dam. infe. quę re uera est infinita, vt Alex. dicit in. l. 3. §. genera num. 3. de acqu. possess. Dicitur autem immissus ex primo decreto quando agebat aliqua actione, contra reum conuentum, & reo cōtumaciter existente mittitur actor in possessionem ratione d. contumaciæ, ut tandem affectus tędio ueniat ad cauendum, & responsurus: & potest reus contra quæ facta est immissio comparere, & reuocare immissionem, dummodo reficiat expensas, & caueat de iudicio sisti, auth. et qui iurat. C. de bonis auth. iudi. poss. Ex secundo decreto dicitur fieri, quando reus perseuerauit in contumacia, post immissionem prædictam, quia tūc iudex factus debitis probationibus imponit reo perpetuum silentium, & assignat rem, immisso insolutum efficiturq; dominus. Et adde quod Bal. signanter in l. consentaneum col. 7. vers. idē fort. te si statutū C. quomodo & quando iud. dixit qđ stante huiusmodi statuto immissus ex primo decreto, efficiatur uerus possessor per l. 3. §. ex cōtrario de acqui. possess. iuncta l. fulcinius §. fin. ex quib. caus. in possess. eatur. refert hanc decisio. Alex. in l. 3. §. fin. nu. 13. de acquir. poss. & pertrā sit, quod reputo ualde notandum, quia cessat disputatio doctorum de qua in glo. seq. mentionē faciam, & dicit Salyc. in auth. et qui iurat in 8 q. prin. vers. 5. videndum est C. de bonis auth. iudi. poss. qualiter impossibile sibi uidetur, qđ iudex possit facere creditorem, qui immissus est tātum in tenutam lucretur fructus, quia ista sunt repugnantia, & potius debet tolerari quod iudex constituet eum possessorē, quoniam tūc recte potest dici eū postea lucretur fructus, q̄q̄ etiam dubitē de illo, quia & si possidet, possides ut alienam rē scienter, ideo fructus debent in sortem excomputari. l. 1. & 2. C. de pign. actio. attamen nos sumus in statuto quod plus potest, sunt etiam alii casus in quibus immissus ex primo decreto possidet, de quibus per Alex. met ibi.

e ¶Personali. Puta ad quantitatem, quia vbi agitur ad rem dicitur infra §. ubi autem hyppothecaria, Alex. consi. 70. nu. 8. lib. 7. ita declarat.

f ¶Reali. Subaudi, uel mixta, uel in rem scripta, ad has enim duas primas species rediguntur cæteræ, ut dicunt doctores inst. de actio. §. omnium, & de mixta expresse decidit Saly. in auth. et qui iurat num. 9. ut retulit etiam Alexand. in l. si finita §. iul. nu. 12. ubi latissime.

g ¶Lucretur. Dubium est magnum an ualeat hoc statutum, & Bar. in l. si finita §. iul. de damno infecto col. penul. uers. quæro utrum, tenet, quod de iure immissus ex primo decreto non lucratur fructus, sed eos computat in sortem, argum. l. si is cui §. quæri potest. ff. ut in possess. legatur. c. conquestus de usuris, tenet glo. in auth. de exhiben. reis. §. si uero ēt, in uerbo seruandi, quę dicit, de consuetudine terrarū obseruari, quod immissus lucretur & Bald. in l. acceptā. C. de usuris, & in d. consentaneum

fructus [a] rei in cuius possessionē immissus est pro rata quantitatis, & summæ, uel rei, seu æstimationis acti, quod, uel quæ petitur, & tanto tempore quanto steterit in possessione rei. ℂ Si autem is contra quem facta est immissio, ut supra [b] comparuerit ante contradictionē [c] factam cum Curatore uolens recuperare tenutam, audiatur recipiēdo petitionem incontinenti, & dilationem ad respondendum petitioni arbitrio iudicātis, & reficiendo expensas [d] parti actoris quas fecerit in nunciis, & interlocutoria, & tenuta, & aliis actis retro factis, saluo quā aduocati, & procuratoris, quæ reseruentur in diffinitiua, & præstita satisdatione de suscipiendo litem, & stando in iudicio per se, uel alium, & alia faciendo quæ requirūtur ex forma iuris, & nostrorum statutorum: dummodo aliæ expensæ, quā supradictæ, seu in prædictis factæ non ueniant reficiendæ ob prædicta, quæ reseruētur in diffinitiua. Et de fructibꝰ rei in qua facta fuerit immissio dandis dicto actori pro rata temporis quo steterit in possessione actor, si fructus pēderent tēpore recuperationis dictæ tenutæ, uel qui post tenutam, & ante recuperationē tenutæ ad ipsum debitorem, uel alium pro eo peruenissent, sub pœna considerato quod petitur iudicis arbitrio declaranda, quæ

consentaneum .C. quomodo & quando iudex. At ista consuetudo, secundum Barto. non ualet, quia est contra ius diuinum, in fraudem usurarum clem. 1. de vsur. sed Alexan. in d. §. iul. num. 103. abunde discutit articulum, & refert plures authoritates, & communis opinio est, quod ualeat, tanquam succedat loco pœnarum, uel interesse, ob nimiam contumaciam rei: idem Fely. in ca. consultationibus, de off. delegat. versic. valet statutum. Annania in cap. salubriter, extra de usuris, Alexan. cons. 31. num. 9. lib. 6. suma Siluestrina, & Angelica, i uerbo usura, & de hoc statuto nostro Bonon. meminit Specul. titul. de primo decreto §. restat versicu. est autem nimia cōtumacia, De iure uero communi, immissus nō lucratur ex detentatione, quia acquisitio fructuum causatur a ciuili possessione. l. 3. §. ex contrario de acquir. possess. quando enim propter nimiam cōtumaciam hoc facit iudex, hēt exprimere, ut Alexan. probat ex §. fina. l. fulcinus quibus ex causis in poss. eatur, in reali autem maxime post annū proculdubio lucratur fructus, qa efficitur uerus possessor, & irreuocabilis, iuxta. l. si quis empnonis. §. penult. C. de præscript. 30. ann. de quo tamen latius per eundem Alex. prosequentem quid in actione mixta; & quid in hyppothecaria, & uidetur dicendum secundum aliquos, ꝙ isto statuto reputetur possessor ex quo lucratur fructus, quod ualere potest ad plura beneficia concessa possessoribus, quæ non tribuuntur ipsis detentoribus, vide congesta in proposito per Afflict. in constitutio. Neap. incip. contumacem 3. col. sed non audeo ita dicere, quia uerba uidentur clara, nam statutum uocat tenutam, & uocat possessorem illum, qui uult recuperare tenutā, vt habetur infra. §. volens &c. nisi dixerimus ꝙ quo ad quędā dicatur possidere creditor, quo ad quędā debitor ad l. sciendū. ff. qui satisdeog. & in l. 1. §. perseruunt. ff. de acqui. poss.

a ¶ Fructus. An appellat. fructuū ueniant pēsiones domorū quæ sunt fructus largo modo. l. prędiorum. ff. de usuris? dubiū facit, quia sumus in materia correctoria iuris cōis ergo, sed cum sit eadem ratio uidetur idē ius statuendum, saltē qñ sublata significatione uocabuli & c. l. filiū habeo. ff. ad ma. vide Alex. in simi. in consil. 185. versic. unde dato lib. 2. cogita.

b ¶ Vt supra. Nota & pondera, hoc qa refert se ad §. et vbi d. tenuta, ubi loquitur quando data fuit tenuta propter aliquam quantitatem, uel summā petitā actione personali, secus ergo erit si loquamur quando actum sit actione personali ad certam speciem dādam, uel tradendam, quia idē tūc est dicendum quod in reali uidelicet ut tantum infra annum ueniens audiatur, ut habetur infra expresse §. vbi autē hyppotecaria &c. quicquid sit secundum magis communem opi. legistarum.

c ¶ Contradictionem. Et hoc tantum est iuxta cōmunem opi. maxime legistarum uolētium semper debere audiri reum, antequam interponatur secundum decretū, licet aliq pręscripserint spacium anni, prout in realibus, ut habetur i c. quoniam frequent. vt lit. nō contesta. & in c. cōtingit de dolo & contumana, Bar. in d. §. iul. nu. 34.

d ¶ Expensas. Hoc idē uoluit glo. in d. l. si finita §. iul. in glo. magna versic. et si ueniat, ubi plus dicit: et damna quæ passus fuit propter motam, nec distinguit inter expensas, ut hoc statuto distinguitur Bar. & alii omnes sequuntur, Et has expensas omnes, simul etiam satisdationem tenetur offerre reus absque ꝙ petitę sint, iuxta c. pastoralis §. fi. de off. ordi. per Alex. in d. §. iul. nu. 76. licet alias quidam dubitarent intelligendo, si modo petitæ sint, iuxta. l. fina. §. 1. ff. quorū bono. Et dic ꝙ sacramēto eius declarantur

pœna loco interesse succedat. ¶Contradictione uero facta cũ Curatore uolens recuperare tenutam nõ audiatur: sed adesse posit causæ per se uel alium, & docere de iure suo. ¶Et si talis qui recuperauerit tenutam postea contumax fuerit non comparendo, & litigando continue usq; ad diffinitiuam sentẽtiam, posit pars actoris agere ad pœnã prædictam, si uoluerit. Si uero noluerit sed potius uelit tenutam sibi restitui posit, & teneatur Iudex eandem tenutam restituere eidem, summarie, & procedere ad dationem insolutum, ut dictum est, non admisso modo aliquo ipso conuento, uel alio pro eo recuperare uolente iterum tenutam. Sed contradictione facta per curatorem audiatur, ut posit per se, uel alium adesse causæ, & docere de iure suo[a], una tamẽ uia electa, & ex ea executione[b] facta altera uia tollatur. Cũ quo Curatore in quolibet casuum prædictorum, & in causa prædicta posit summariæ procedi. ¶Si autem nuncii referant se non inuenisse de bonis citatæ personæ uel uniuersitatis[c] aliquid, uel tantum quod sufficiat ad mensuram quantitatis, seu summæ petitæ, & expensarum, tunc Iudex coram quo causa agetur mittat duos nuncios succesiue diuisim, & diuersis diebus, scilicet unum pro qualibet uice, & secũdum post lapsum primæ dilationis asignatæ in prima crida, qui crident[d] alta uoce in contrata habitationis propriæ, uel solite principalis personæ conuentæ, uel ubi citari deberet ex forma nostrorũ statutotum, uel in congregatione uniuersitatis, seu in locis ubi uniuersitas citari deberet; quod si quis est qui sciat de bonis dictæ personæ citatæ uel uniuersitatis, de quibus capi posit tenuta per ipsum iudicem dari mandata, uenire debeat corã ipso Iudice ad indicandum, & ostendendum bona personæ, uel uniuersitatis citatæ, & requisitæ, termino in una quaque crida, seu citatione duorũ dierũ statuto. ¶Et nihilominus inquirãt dicti nuncii a uicinis dictæ personæ, si extent, alias ab aliquib[9] morãtibus in Capella, seu uilla in qua citari debuisset ipsa persona si aliqui in ea habitent, & uicinis & aliis hominibus

rantur ut. l. sancimus C. de iudiciis Specul. tit. de primo decreto. §. iuxta et late p Ioan. Bapt. plotum in. l. si qñ nu. 673. C. vnde ui facta tamen p iudicẽ taxatione, Et circa istas expensas, & satis dationẽ, vide pulchras qq. per Barto. in d. §. iul. et Spec. locis suis, & iste est unus de 30. casibus in quibus reficiũtur expense ante litis contestationem quos ponit Speculator in titulo de expens. §. si ante litem contestatam &c. versic. sunt autem multi casus &c. & adde quôd etiam tenetur de iure cõmuni ad sumptus factos in re sine dolo malo, etiamsi nihil profuit erogatio debitori ita inquit text. in. l. ait prætor. §. quod ait prętor. ff. de bonis auth. iud. posid. de quo uide Roma. singu. 408. tu habes tex.

a ¶De iure suo. Intellige ante adiudicationem factam, vbi autem interpositum fuisset secundum decretum non est amplius audiendus nisi per uiam restitut. in integr. si fuit absens ex iusta causa, ut. ff. de dam. infe. l. si finita. §. vbi & §. postea, secus si fuit ĩpeditus vel absens ex cã uoluntaria, ita Spec. tit. de secundo decreto §. iuxta versicu. quid si ille. Imol. in. l. de bitoribus 2. col. ff. de re iudic. quicquid sentiat Barto. in. l. si finita §. iul. nu. 53. de dam. infe. ubi Alex. col. fi. dicit ꝙ opi. Specul. est communior, & uerior. limitando nisi uellit dicere debitũ non subesse, uel quôd obstabat exceptio, ut per ipsum latius, & hæc etiam habẽt locum si actum sit reali iudicio, ut patet ex serie tex.

b ¶Executione. Ideo sequitur ꝙ non possunt ambo una petitione cũmulari per regulam quã excogitauit Repet. Bart. in. l. edita in materia cũmula. C. de eden. p l. 1. §. fin. ff. si famil. fur. fecis. dic. sequitur ergo ex uerbis statuti ꝙ ante executionem p solã electionẽ unius uiæ non est clausa altera, prout alias fit in l. quotiens §. eligere. ff. de tribut.

c ¶Uniuersitatis. Facit. l. 1. §. fi. ff. qđ cuiusq; uniuersitatis noĩe. Quid si uniuersitas non haberet bona nisi forum, & uias publicas, vide Io. Andr. in additio. ad Specu. tit. de senten. execut. §. sequitur super versi. quid si uniuersitas.

d ¶Crident. Tota ista practica probat legitimam excusionem factam, quã fere integrã ponit Ange. inst. de act. §. item siquis in fraudem ubi latisime nu. 7. extat trac. Bart. de discusio, & Bart. ẽt in. l. persecutione C. de pign. remittit se ad trac. Iaco. de Are. de discusio. col. 2. versic. 3. modo potest fieri. qđ est impressum.

Curator confeſsionem aliquam præiudicialem dicto conuento facere non poſsit, nec ſatiſdare, neç inuentarium facere teneatur, ut ſupra dictum eſt in Curatore dato bonis. ¶ Quæ ſententia poſtea poſsit, & debeat per quencunque officialem Communis Bonnniæ exequi, & executioni mandari contra dictum debitorem realiter, & perſonaliter: perinde ac ſi in iudicio legitime adfuiſſet, & per ſententiam fuiſſet legitime condemnatus, non obſtante aliqua appellatione, quæ poſt decennium interponeretur, quam appellationem poſt dictum terminum fieri prohibemus, dum tamen dicta ſententia dicto conuento, & condemnato ſemel fuerit intimata perſonaliter, uel bis ad domum ſuæ ſolitæ habitationis, ſi habitauerit, ſeu habitare conſueuerit in ciuitate, comitatu, uel Diſtrictu Bononiæ, alias eo non habitante, uel ſolito habitare, ut ſupra, per modum cridæ ſecundum formam ſtatuti. De modo citationum faciendarum, quo caſu liceat dicto condemnato conuento appellare à dicta ſententia infra decem dies a die intimationis prædictæ, uel ſcientiæ. Et idē quod dictum eſt ſupra, per omnia intelligatur in curatore dato bonis, & in ſententia, & proceſſu cum eo lata, & facto.

¶ Et ſi debitor uel eius familia aliquo tempore non habitauerit in ciuitate, uel comitatu, & diſtrictu Bonon. ſufficiat poſt ſententiam latam eius executionem peti, & adiudicationem fieri cum dicto curatore, ſeu alio de nouo dando. Et ualeant prædicta ſic facienda, perinde ac ſi eſſet principalis debitor. ¶ Præterea parcere uolentes ſumptibus, & expenſis, ne lites fiant immortales. Statuimus quod in cauſa ſtatus[a], & ſeu fumantariæ, & aliorum[b] ſimilium, uidelicet in quibus non uenit tenuta danda, & etiam in caſu quo actor tenutam ſibi dari non petat contra contumaces procedatur ad dationem curatoris reo perſonaliter citato ſemel, uel bis ad domum ad reſpondendum petitioni. ¶ Hoc addito quod ante dationem curatoris poſt dictam contumaciam in cauſis fumantariæ, & aliis proxime dictis, pars conuenta ſit ſingularis perſona, ſiue uniuerſitas citetur ter perſonaliter, uel ad domum ad contradicendum ne detur curator liti propter eius contumaciam, ſeruata forma noſtrorum ſtatorum, De modo citationum faciendarum, & per interuallum ad minus trium dierum inter unam citationem & aliam, & deinde ipſa non comparente dato curatore eum ipſo procedatur: et facta, & actitata cum ipſo ualeant, & pleniſsime præiudicent quemadmodum ſi contra ipſam conuentam perſonam, ſeu uniuerſitatem facta & actitata eſſent. Et in omnibus, & per omnia, ut ſuperius in perſonali actione ſtatutum eſt in quantum in iis poſsit adaptari. ¶ Adiicientes[c] quod ſi conuentus poſtea hyppothecaria dicat in bonis debitoris contra quem dicitur excuſsio facta eſſe, fuiſſe

a ¶ Status. De quo caſu expreſſe apud Specul. in titulo de primo decreto §. reſtat verſi. quid ſi agatur actione pręiudiciali.

b ¶ Et aliorum. Vt interdicto uti poſsid. cum aſſerat ſe poſsidere, fruſtra ergo poſtularet ſe immitti, ut habetur per Specu. titulo de ſecundo decreto §. videndum verſicul. in omnibus tamen perſonalibus. Item in actione finium regun. in qua non poteſt ſatis cōmode conſuli per immiſsionem in poſſ. vt dicit Speculat. vbi ſupra verſ. in actione autem. quia natura rei repugnat, prout regulariter dicit Bar. in d. §. iul. nu. 45. exēplificando etiam alio modo; puta, ut quando petitur reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hęredit. vt probatur C. ſi ut ſe ab hęr. abſtine auth. ſi omnes. Item poteſt dici in quęrella inofficioſi teſtamenti, in qua non datur primum decretum; quia nihil petitur fieri, uel dari a parte, licet poſſit dari tenuta in bonis loco tedii, non pro menſura debiti: ſed certe non erit proprie primum decretum cum non poſsit dari ſecundum, ita Bald. et Salyc. in d. authen. & qui iurat nu. 17.

c ¶ Adiicientes. Reuertitur ad materiam excuſſionis, vnde digreſsio facta fuerat.

tot bona[a], quæ sufficiebant ad solutionem quantitatis, uel summæ, seu æstimationis prædictarum tempore dictæ excussionis, & etiam tempore oblatæ petitionis super hypothecaria ipsi conuento, & prædictis temporibus per ipsum debitorem possessa fuisse, & hoc probauerit infra dilationem a Iudice statuendam, citato dicto principali debitore si uelit contradicere dictæ probationi, qui ad probãdum, (si uelit) contrarium admittatur, tunc super ipsa hypothecaria amplius non procedatur, sed detur tenuta de dictis bonis in quibus facta fuerit probatio fore possessa dictis temporibus per debitorem prædictum nullo alio contradictore audito. ¶ Et procedatur contra dictum principalem debitorem, & dicta bona secundum formam præsentis statuti habeantur, & sint perinde ac si ante tempus dictæ excussionis tenuta de dictis bonis tunc possessis per dictum debitorem data fuisset: lapsu temporis, uel alio iure non obstante. Et si non probauerit ipse conuentus hypothecaria, uel eius probatio fuerit reprobata super hypothecaria ipsa procedatur. ¶ Sed si conuentus hypothecaria tempore cridarum factarum occasione excussionis specialiter citatus fuerit quod compareat si uelit indicare bona ipsius debitoris conuenti, & non comparuerit, uel comparens etiam sine citatione nõ indicauerit, indicata nõ probauerit post ipsam excussionem factã, amplius prædicta opponens non audiatur, nec contra ipsam excussionem aliquid opponere possit: ¶ Vbi autẽ hypothecaria, uel alia[b] reali actione, seu mixta[c], uel

a ¶ Tot boni. Est iuridica hęc exceptio tertii possessoris, quia in primis debet fieri excussio bonorum possessorum à debitore, antequàm deueniatur ad tertiũ possessorem conuentum etiam hyppothecaria debitore. n. possidẽte in electione creditoris est agere, vel personali, vel hyppothecaria, vt est casus in l. per secutione. C. de pigno, alio autem possidente inhibetur hyppothecaria contra tertium, donec actum fuerit cõtra principalem personali actione, et cõtra fideiussores: erit itaque ordo, ut prius reus personali, vel reali conueniatur, secundo fideiussor, tertio extraneus auth. hoc si debitor C. de pigno. vbi Ang. et pro ista exceptione quæ iuridica est, & æquitatis plena vt per multa quæ deducit Aymo, Craueta in cõsi. infra allegãdo, reprobata illorum opinione, qui dicunt, quod est de Apicibus iuris, unde non censetur sublata per clausulam sola facti ueritate inspecta, vide omnino Iac. de Are. in d. tractatu excussionũ col. 2. sub num. 14. allegan. l. ex persona. C. de probat. l. fina. §. fin. ff. si cer. petatur quia incidenter causa sua est. l. principaliter de lib. causa. Nunquid aũt possit opponi, quod fiat discussio aliorum correorum? est dubitatio, Bar. relinquit indecisam. l. 2. C. quo quis ordi. conueniatur lib. xi. & Alex. consi. 73. in causa appellationis lib. sexto, Nota quod exceptio excussionis potest opponi altero de duobus modis, uel in uim dilatoriæ ante litem contestatam, uel in vim peremptoriæ post litem contestatam, ita post multas autoritates dicit Aymo, Grauet. consi. 263. col. iii. uersi. iiii. cõsidero lib. ii. post signorolum inter consilia Bal. consi. 150. casus actualiter lib. ii. vbi uidendũ, et notabis, quod etiam audiri debet si dixerit de nouo bona superuenisse tot ipsi debitori de quibus possit satisfieri, nam dato quod exceptio discussionis sit dilatoria, tamen poterit etiã post litem contestatam opponi etiam in uim dilatoriæ, quia quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio ita Cynus post Petrum in authen. præsente. C. de fideiuss. penul. q. Bal. & Paul. Castren. in l. fina. §. i. ff. si certum petatur, Marsil. singular. 124. cautũ est, Sed caue quia tertius iã non potest dicere quod æqualiter conueniantur alii qui similiter possident Bona yhppothecata, attento quod est in electione creditoris vnũ quẽlibet conuenire, Bar. in l. moschis in princ. ff. de iure fisci per illum tex. iuncta glo. in verbo omnem, & per tex. ubi dicit esse expressum, in l. creditores. ff. de distrac. pigno. vbi idem firmat Bart. latius Marsil. singul. 390. tu scis ꝙ excusso.

b ¶ Alia. Hæc dictio denotat hyppothecariam fore realem actionem l. pignoris. ff. de pignorib. & dicit Alex. in l. iii. §. fin. de acqui. possess. nu. 22. & Saly. in d. auth. et qui iurat nu. 22. C. de bonis auth. iudi. possid. quod in immissione seruat naturam realis actionis.

c ¶ Mixta. Vt petitione hæreditatis, & facit statutũ simpliciter id quod potest facere iudex ex nimia contumacia possessoris hęreditatis, vt est casus in l. fulcinius. §. fi. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Saly. in auth. & qui iurat præallegata, sub nu. 25. vbi equiparat iuditium reale, & mixtum, quo ad hanc materiam fructuum.

¶ Personali

personali[a] ad rem, siue ad speciem dandam, tradendam, uel restituendam agatur, tunc data tenuta prædictæ rei, seu speciei petitæ immissus ex tunc incipiat uere possidere, & lucretur fructus[b] pro ea parte temporis qua steterit in possessione dictæ rei. ¶Volens autem conuenta persona, uel uniuersitas hypothecaria[c], uel alia reali actione[d], uel mixta, uel personali ad rem, seu speciem dãdam, tradendam, uel restituendam, infra annum[e] recuperare tenutam, audiatur per se, uel alium si dicat se possidere rem, uel speciem petitam, & petitionẽ recipiat, & dilationem ad respondendum petitioni secũdum formam dicti statuti, & satisdet de lite suscipienda secundum formam prædictam, & reficiat expensas nunciorum sententiæ tenutæ, & aliorum actorum, & satisdet de dandis fructibus[f] actori pro ea parte tẽporis qua ipse actor steterit in possessione. ¶Et si dictam tenutam recuperauerit, ut supra, & non uenerit ad causam, nec steterit usque ad diffinitiuam sententiam, & actore, uel alio pro eo petente ipse actor, uel alius pro eo de nouo fuerit immissus in possessionem uolens iterum conuenta persona, seu uniuersitas recuperare tenutam, non audiatur etiam ueniens infra dictum terminum. De proprietate autem, uel hypotheca[g] audiatur infra annũ & post[h],

bertatis ubi agitur negatoria, effectus cuius missionis est, quod ueniente reo post annum, ipsi incumbat onus probandi illud quod erat ad onus actoris infra d. annũ. iuxta not. in l. si prius. ff. de no. ope. nunciat.

a ¶Personali ad rem. Ergo vbi ageretur personali ad aliquid generis non dicitur possidere immissus, ut minus derogetur iuri communi, secũdum quod immissus uigore actionis personalis non possidet, sed detinet l. 3. §. generaliter. ff. de acquiren. possess. & habetur in d. §. iul. vbi Alex. num. 99. sed cogita, quia immo uidetur quod magis derogetur regulæ cõmuni, si uera est decisio Bald. in l. consentaneum circa 5. col. C. quomodo, & quando iudex, quando dixit quod uigore dicti statuti, uel cõsuetudinis, immissus lucratur fructus censetur possessor, cũ acquisitio prouenia a sola possessione, sed statutum de fructibus lucrandis est hic, ut supra. §. item dicimus ergo &c. unde forte dici possit, quod uacat argumentũ a contrario sensu.

b ¶Fructus. Nũquid idem sit quando datur tenuta pro executione sententię? Alex. cons. 70. in causa, & lite lib. 7. col. finali versicu. nunc uidendum dicit (& bene) ꝓ non. uide per eum late.

c ¶Hyppothecaria. Cautella tamen dari creditori potest ne debitor recuperare ualeat, videlicet ꝙ ipse creditor dicat excipiendo, quod intendit retinere rem pro debito, quod incontinenti paratus est probare ideo dolo facit petere quod statim restituturus ẽ, iuxta. l. dolo. ff. de doli exceptione, ita Bart. in l. 3. §. genera in fin. ff. de acquiren. possess. quem approbat Alexand. ibi, & dicitur communiter teneri. post Speculatorem tit. de contumacia. §. sequitur, uers. sed pone cõueni. Abb. in c. qm̃ requẽter. §. in aliis extra, vt lite non contestata, Philip. Dec. consil. 449. nu. 22.

d ¶Alia reali. Vtputa negatoria, uel confessoria, quæ competunt pro seruitutibus, de qua materia habetur late in l. si prius. ff. de no. oper. nunt. vbi propter cõtumaciam rei mittitur actor in quam si possess. seruitutis vbi agitur confessoria, vel li-

e ¶Infra annũ. Cõcordat l. si qs emptiõis. §. sed et si qs C. de ꝑscriptio. 30. annorum An aũt possit prorogari hic annus? ut de Dy. i regula indultũ de regu. iur. in 6. Roma. sing. 409. ille cõtra quẽ &c. ubi tenent ꝙ potest per ca. cum uenissent de eo qui mittitur in poss.

f ¶Fructibus. Scilicet nondum perceptis, seu non maturis, & hoc est contra terminos iuris communis quando scilicet immissus est ante litem cõtestatam, ut hic loquitur, quia licet possideat, & consequenter percipiat fructus, tamen est reuocabilis illa possessio, & debet fructus restituere, dummodo ei refundantur sumptus, omnes ita Saly. in d. authen. et qui iurat in 8. quæstio. versic. v. uidendum. C. de bonis auth. iudi. possid.

g ¶Hyppotheca. Hoc est dicere quod post annũ audiatur volens dicere rem non fuisse hyppothecatam, ut colligo ex uerbis Imol. & Alexan. in l. 3. §. genera versicu. secundum est. ff. de acquiren. possess. vel forte uolẽs probare debitum non esse, prout colligo ex uerbis Barto. ibidem ex mente Iacob. de Arei. licet Imol. in l. si finita §. si plures de dam. infect. tenuerit con. Bar. quolibet modo dicens, quod onus probandi deberet pertinere ad creditorem, sicut vbi pro sola personali data esset tenuta cum sufficiat pro parte debitoris datã fuisse satisdationem de iudicio sisti, & quod soluerit expensas: tñ Alex. in d. §. gña. retinet opi. Bart. vt cõem; quam vides hic approbatam a statuentibus.

h ¶Et post. Scilicet vsque ad interpositionem secũdi decreti Alex. in d. §. iul. num. 14.

 ¶Petitor.

immissio facta est, siue alius recuperauerit[a] tenutam, siue nō, audiatur de possessione, sed de proprietate, uel hypotheca audiatur offerendo petitionem, ita quod de possessore fiat petitor. ¶ Dicimus etiam quod ille contra quem facta fuerit immissio ex interlocutoria quacunq; actione actum fuerit elapsis decem diebus a die ipsius immissionis, seu tenutæ datæ ad petitionem partis actoris expellatur[b] de ipsa possessione, si in ipsa possessione fuerit ipse, uel alius pro eo iuris remediis. Et etiam præcipiatur eidem personaliter, uel ad domum suæ solitæ habitationis, quod in ipsa possessione ingredi, uel stare non debeat, nec ipsum immissum, uel alium eius nomine in possessione existentem turbare, uel molestare debeat. ¶ Et si quidem ingressus fuerit, uel steterit in ipsa possessione, aut turbauerit, uel molestauerit per se, uel per alium immissum in possessione ex interlocutoria prædicta, uel alium in ea existentem eius nomine, uel impediuerit immissum, uel immitti iussum, uel alium eius nomine quominus immittatur, uel inducatur in possessionem prædictam condemnetur talis turbans, uel impediens immitti iussum in centum lib. Bonon. summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii per iudicem, seu officialem de cuius, seu quorum mādato dicta immissio, seu iussus de immittendo processerit sine aliquo processu de nouo faciēdo, & nihilominus pars actoris manuteneatur in possessione, & reus expellatur, uel qui pro eo esset manu militari, & iuris remediis opportunis. ¶ Præterea Dicimus quod ille etiam cōtra quem ageretur hypothecaria, uel alia ratione reali, uel personali, uel mixta ad rem, uel speciem post citationem de eo factam quando contumax fuerit, uel quasi, non possit alienare aliquo titulo, uel in alium transferre per se, uel per alium rem pro qua citatio facta fuerit in totum, uel pro parte aliqua, uel alienanti, seu transferenti consentire. Et si contrafecerit non ualeat alienatio, uel translatio ipso iure in præiudicium eius ad cuius petitionem citatus esset, & ad omnia subsequentia procedi possit, & debeat ac si talis alienatio, uel translatio facta non fuisset. Et prædicta locum habeant in maioribus, & minoribus conuentis, seu conuenientibus, saluis semper beneficiis, nullitatis, appellationis, & restitutionis in integrum in personis, & casibus a iure permissis secundum modum nostrorum statutorum.

¶ Dicimus insuper quod si contingat aliquem pignorari, seu aliquam tenutam capi pro aliqua quantitate, re, uel facto summæ, uel extimationis decem librarum Bon. uel abinde infra: in qua debitor alicuius esse dicatur, uel pignorationem fieri, seu tenutam capi de aliquibus bonis minoris præcii librarum decem Bon. possit, & teneatur iudex, seu officialis coram quo prædicta processerint ad petionem creditoris, facta sibi fide de debito, citari facere debitorem quod ueniat infra certum terminum per ipsum iudicem, seu officialem statuendum ad luendum pignora, seu tenutam, uel quod soluat debitum, alias dabuntur pignora, seu res de qua data est tenuta insolutum pro debito, & expensis legitimis creditori. Et si non comparuerit, extimentur dicta pignora seu res de qua data est tenuta, per unum, uel per duos arbitros, seu extimatores assumendos per dictum iudicem, seu officialem, præstito prius

[a] ¶ Recuperauerit. Subaudi, & postea de nouo immissus fuerit actor, vt formaliter dicitur. §. & si dictam, vnde iste. §. est superfluus, vt aliqui aliquando dixerunt.

[b] ¶ Expellatur. Habetur hoc idem in ca. ii. & iii. de seq. posses. & fructuū, & in glo. in c. quoniam frequenter. §. in aliis in verbo tedio, vt lite non contestata vbi patet per hoc corrigi regulam cōmunē quod in personali non expellitur is contra quem immissio fuit facta, quicquid sit in reali Bar. remissiue in d. §. Iul. nu. 24.

prius sacramento super dicta æstimatione legaliter, & bona fide facienda, & debitore citato ad dandũ suspectos, & cõfidẽtes æstimatores, si dare uoluerit: & ad uidẽdũ æstimatores iurare, & æstimare, & cõtradicẽdũ ne prædicta fiãt. Et si non cõparuerit, uel cõparuerit, & non satisfecerit creditori, posșit procedi ad dictam æstimationẽ faciendã. Et teneatur & debeat iudex, seu officialis aditus pro prædictis dicta pignora, & res dare, & adiudicare insolutũ creditori usq; ad concurrentẽ quantitatẽ debiti & expensarũ dicta de causa factarum. ¶Hoc addito quod si quis alius[a] quam debitor cõpareat ante adiudicationẽ factã, & dicat se ius habere[b] in dictis rebus, uideãtur & examinentur iura utriusq; infra decẽ dies, in iis nõ cõputatis diebus solẽnibus, & feriatis per nostra statuta, & infra dictos decẽ dies dicta quæstio terminetur. Super quib⁹ omnibus, & singulis procedi possit summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, etiã obmissis, & non seruatis solẽnitatibus iuris, & statutorũ communis Bon. Et idẽ fieri, & obseruari uolumus ubi actor meruerit renutã ex primo decreto de bonis debitoris pro dicta quãtitate decẽ librarũ Bon. sortis nomine, & expensarũ. Et ualeat, & effectum habeat dicta adiudicatio insolutũ, ac si ex primo, & secũdo decreto facta esset, & seruata essent solẽnia iuris, & statutorũ ciuitatis Bonon, in quibus omnibus casibus talis comparens semper actor fuisset, & esse intelligatur. ¶Item statuerũt quod agens hypothecaria[c] cõtra debitorem qui obligauit[d] bona sua, uel eius hæredem, uel habentem causam ab eo, uel eorum aliquo per contractum, uel sententiã, uel alio quocunq; modo mediate uel immediate non teneatur docere, uel fidem facere de titulo[e] obliga-

a ¶Si quis alius. Idest tertius concordat. §. eo autem casu in statuto supra de præceptis faciendis, vbi dixi, façit l. a diuo Pio. §. si super rebus ff. de re iudicata quis tex. omnino videatur, quia dicit talem sententiam latam ad fauorem tertii, non præiudicare debitori, & talis tertius poterit opponere dilatorias licet non declinatorias, dato quòd essemus post litem contestatam, contra regulam, de qua in c. inter monasterium de re iudicata, cum simi. ita per illum textum; notat Ange. in l. si suspecta in principio col. fi. ff. de petitione hereditat. Corsi sing. in verbo clausula.

b ¶Ius habere. Patet q̃ hic nõ itelligit de autore laudato, licet etiã ipse sit tertius comparens, pro suo interesse, quia alias teneretur de euictione, & in pluribus sit similis tertio comparenti, & habenti ius in re, ut patet ex eis, quę deducũtur in decis. Neap. Afflict. xv. verum si author laudatus &c. Sed hic nõ cadit ista inuestigatio quandoquidem agitur de adiudicatione rei, ex facto, & debito ipsius, qui habet causam ab illo authore, ppea author nõ tenetur de euictione.

c ¶Obligauit. Subaudi, uel etiam ipsa bona sint obligata ex l. dispositione, qm̃ idẽ est, ut pbatur in l. i. & ibi Ias. in 3. not. C. communia de legatis.

d ¶Hypothecaria. Quæ ẽ idẽ q̃ quasi seruiana, ut declarat Bar. in l. fi. ff. de salui. interd. reprehẽdẽs glosas, ut corruptas quæ aliud dicebãt, refert pro not. Ias. instit. de act. §. itẽ seruiana col. 2, & hic dẽt itelligi, siue directa, siue utili quę datur ex æquate quoties debitor, obligat rem alienã creditori, id ignoranti, quæ postea in bonis eẽ cepera debitoris casus est in l. cũ res C. si ali. res pig. data sit.

¶De titulo. Loquitur de titulo qui tribuar ius in re, cuius uigore rẽ possit obligare, cuilibet alieri pro ut declarat Bar. in l. rẽ alienã col. 2. ff. pign. act. Et vt bene intelligatur scitote quod de iure sc̃dm veriores opiniões, si agitur hyppothecaria cõtra debitorem, uel hęredem non est necessariũ directo & cõcludẽter docere de dominio debitoris, uel hęredis, sed dẽt probare possessionẽ dictorum bonorum, quia debitor non potest referre q. dominii l. si pignore. §. si prędio & l. si creditor, ff. de pigno. actione, bene debet titulum seu dominium debitoris allegare, quod præsumitur ex probata possessione, at vbi agitur contra ipsum tertium, non sufficit probatio possessionis debitoris. s. eo tempore quo contracta fuit hyppotheca, sed debet liquido, & directo probare dominium debitoris, ita glo. in l i. C. de salui inter. & inst. de actio. §. itẽ seruiana, vbi Ias. nu. 89. & doct. in l. rem alienam. ff. de pigno. act. vbi Bar. col. 2. Hoc aũt statuto prouidetur, vt ẽt contra tertium agens non teneatur habẽtem causam a debitore pbare dominium debitoris, nec possessionem prædicta tñ limitant doc. i hyp. specialis sed in gñali põt debitor dicere quod illa res est alterius quẽ i iudicio nominet, vide Ias. nu. 89 versic. alia: quę limitatio dẽt hic adaptari qa text. loquitur de obligatione bonorum. s. omnium.

¶Possessor.

tis rem, fed fufficiat probare, & dicere quod poffeffor[a] dictæ rei habet caufam ab obligante, feu debitore mediatam, uel immediatã, & quod ipfam caufam habuit[b] poft contractum, & obligationem, cuius uigore agitur hypothecaria, uel faltem probare[c] talem debitorem, feu obligantem tempore contracti debiti, & obligationis, uel poftea[d] poffediffe rem pro qua ageretur.[e] ¶Itẽ Decernimus[f] quod quicunque uolens petere fe declarari feptuagenariũ hoc faciat citato bis perfonaliter Sindico Cameræ Bononiæ, & factis citationibus, & proclamationibus per bannitorem Communis fono tubæ præmiffo, hora caufarum in palatio ueteri iuridico Cõmunis Bononiæ ad, & ante Difcum Iudicis coram quo caufa agitur, & ante hoftium domus thefaurariæ ueteris Communis Bononiæ in præfentia duorum, uel trium teftium ad minus, quod omnes qui fua putauerint intereffe debeant cõpare coram dicto Iudice, feu tribunali ad contradicendum ne talis qui fe pronunciari petit feptuagenarium, nominando, & prænominando eum ita quod cognofci ualeat, pronuncietur[g] feptuagenarius, & aliter proceffus non teneat. Et obferuatis prædictis fententia fuper dicta ætate lata faciat ius[h] quo ad omnes.

DE PROCESSV FACIENDO CONTRA incertos hæredes.



PLacet quod contra incertum hæredem quotiefcunque agi contigerit pofsit petitio porrigi in qua facta narratione eius quod petitur, & ipfius caufæ fi dicatur ignorari quis fit hæres, uel effe uelit hæres defuncti qui dicatur obligatus[i] fuiffe: pofsit in ipfa petitione peti quamcunque perfonã quæ fit, uel effe uelit hæres defuncti condemnari,[k] cogi, & compelli, etiam fi certa perfona,[l] uel nomen hæredis in tali petitione non exprimatur. Et etiam contineatur in ipfa petitione quod nemine comparente qui fit uel effe uelit, & pofsit hæres effe defuncti prædicti quod actor immittatur, uel alius eius nomine in poffefsionem

a ¶Poffeffor. Ideft tertius

b ¶Habuit. Ideft tertius poffeffor.

c ¶Vel faltem probare. Ecce fecũdum modum probandi in hyppothecaria eligat ergo actor vnum ex his fibi magis proficuum.

d ¶Vel poftea. Hoc intelligendum eft quando hyppotheca fuit generalis præfentium, & futurorum bonorum juxta. l. quæ nondum. §. i, de pigno. aliud erit fi fpecialis fuiffet, quia teneretur fe reftringere ad poffefsionem tempore obligationis contractæ.

e ¶Ageretur. Et fic fortitur hypothecaria naturã faluiani iterdicti p oĩa de quo late ĩ. §. itẽ feruiana.

f ¶Item decernimus. Hic §. melius conueniebat in fi. ftatuti de inftrum. & teftã. §. faluo vbi dicitur quod feptuagenarius nõ poteft carcerari pro ciuili debito.

g ¶Pronuncietur. Vide unum pulchrum dictũ d. Ant. in c. fin. in 3. not. de defpon. impub. quod vbi requiritur determinatum tempus, ut hic in feptuagenario, teftis deponens fuper tempore, debet determinatè deponere, alias fi diceret uel circa, nõ probaret, quod poffet ualere in hac materia, idem dicit Angel. confi. 194. col. 2. dum allegat. l. non folum §. fed ut probari. ff. de neg. ge. fed uoluit allegare. l. cũ actum eod. titulo & l. nõ folum. §. fed ut probari de oper. no. nuntiat. vbi Bart. latè.

h ¶Ius. Notabis multum quod hæc fententia fit de illis, quæ ius faciunt quo ad omnes ficut fententia fuper ftatu perfonæ, ut per Docto. præcipue Alexand. in. l. fæpe num. 62. ff. de re iudica.

i OBligatus. Largo etiã modo puta quando folum competit contra ipfum officium iudicis, prout declaratur in fine ftatuti cõftat autem ꝙ officium iudicis nullam præfupponit obligationem ftricto modo, & proprie fumptam iuxt. l. qui per collufionem. ff. de actio. empti. l. deducta in princip. ff. ad treb. Iaf. abunde inftitutio. de actio. in princ. nu. 60. vt nihil fit quod illi addere uelim.

k ¶Condemnari. Procedit etiam petitio dato ꝙ non petatur condemnari cogi, & cõpelli ut i fi. ftat. dicitur, & ibi dicã.

l ¶Etiam fi certa perfona. Infulfa eft ifta ampliatio, quia nã eft de regula ad not. in rub. ff. de regulis iuris, nã ubi certa perfona eft hæredis, feu cui de iure delata fuiffet hæreditas utique nõ procedit hæc forma fed dic ut infra §. declarantes.

possessionem bonorum hæreditariorum dicti defuncti, tanquam defuncti sine hærede, uel successore, & talis petitio admittatur. ¶ Qua petitione porrecta fiat duæ cridæ per duos nuncios diuersis diebus, uidelicet unum pro qualibet uice, & in contrata, & ante domum ultimæ solitæ habitationis defuncti, seu in loco in quo citari debuisset defunctus secūdum formam nostri statuti in præsentia duorum de uicinia, seu Capella dictæ domus, quod si quis est qui sit, uel esse uelit hæres, & esse possit prædicti defuncti, uel bona hæreditatis dicti defuncti uelit defendere, nominando, & prænominando ipsum defunctum, comparere debeat coram tali iudice, seu officiali coram quo, uel quibus dicta petitio fuerit porrecta infra certum terminum declarandum in ipsa crida. ¶ Et si quidem nulla persona comparuerit in termino dictæ citationis, quæ dicat se hæredem esse, uel esse uelle, seu qui bona hæreditaria uelit defendere, tunc præstito prius sacramēto ab actore uel eius parte, de calumnia, pronunciet iudex, seu officialis in discessu a Bancho, uel postea die sequenti iuridica quo ad causam ad petitionem partis agentis ipsum actorem, seu alium eius nomine immittendum esse in possessione bonorum defuncti, seu hæreditatis eius pro mensura[a] quātitatis petitæ[b], & expensarum, tanquam de bonis hæredum si qui sunt quanquam non comparētium; et si nulli essent tanquam de bonis defuncti sine hærede, uel successore nemine cōparente, etiam parte ad dictam pronunciationem audiendā non citata. ¶ Qua pronunciatione facta iterum fiat alia crida, & per unum nūcium ad domum prædictā in præsentia duorum testium de uicinia, seu capella, quod si quis est qui sit, esse uelit, & possit hæres esse dicti defuncti, uel bona hæreditatis ipsius uelit defendere infra tertiam diem assignandam in ipsa crida debeat comparere coram dicto iudice uel officiali ad contradicendum quicquid uult, & potest ne pronūciatio facta per dictum iudicem, uel officialem de immittendo in possessionem partem agentem in bonis hæreditariis ipsius defuncti mādetur executioni. ¶ Et nemine comparente immittatur ipse actor, uel alius eius nomine in possessione bonorum hæreditatis dicti defuncti quorum possessio uacet, uel possessio detineatur[c] per hæredes, uel eos quibus prima causa successionis contingit pro mensura quātitatis petitæ, seu æstimationis facti, & expensarum, si bona sufficientia reperiantur in totum, uel pro parte. ¶ Et ipsa immissione facta detur secunda petitio, etiam parte non citata, in qua petantur dicta bona hæreditatis dicti defuncti in quibus facta esset immissio sibi adiudicari insolutum ex secundo decreto pro quantitate, seu æstimatione prædicta, & expensis iuxta æstimationem, uel quatenus æstimatio ascendit si bona sufficientia non fuerint. Et ea secunda petitione porrecta fiant cridæ in palatio, & in aliis locis, & procedatur ad curatoris dationem, & ad alia secundum quod procederetur, si certa fuisset persona connenta ab initio secundum nostri statuti formam positi sub rubrica De uocatis in iure & non uenientibus. ¶ Si uero tempore tenutæ dandæ retulerit nuncius se non inuenisse aliqua bona hæreditatis dicti defuncti, quorum possessio, ut supra, uacet uel occupetur per aliquem hæredē defuncti, uel

a ¶ Pro mensura. Verba tex. in auth. et qui iurat C. de bonis authen. iu. possi.

b ¶ Petitæ. Iuramentum enim calūniç forte succedit loco illius summariç cognitionis, quæ requireretur in decernendo huiusmodi immissionem, prout legitur, & notat. in d. auth. et q iurat.

c ¶ Vel possessio detineatur. Idest (ut mihi uidetur) casu quo reperiretur post iussum de immittendo, & aliquem ut hæredem possidere &c. quia non excusatur possessor si nō fuerit citatus cum tempore petitiōis, & iussus non innotuerat quis esset hęres certus.

ĉti, uel per aliquem c i prima cauſa ſucceſsionis contingit, uel tantum quod ſuf ıat ad menſuram quantitatis, ſeu æſtimationis prædiĉtaru ı, & expenſarum, quo etiam caſu facta prius adiudicatione ›ſorum bonorum non ſufficientiū pro concurrenti quantitate, ſeu æſtimatione tunc, & ante, ſi hoc petatur mittatur duo nuncii diuerſis diebus, uidelicet unus pro qualibet uice qui crident publice, & alta uoce in contrata, & ante domum prædiĉtā, quod ſi quis eſt qui ſciat de bonis hæreditatis defunĉti prædiĉti, quorū poſſeſsio uacet, uel occupetur per aliquem hæredem defunĉti, uel per aliquem cui prima cauſa ſucceſsionis contingit ipſa bona, & eorum detentores (ſi qui extant) debeat indicare, & etiam inquirāt diĉti nuncii de bonis prædiĉtis. Et ſiue aliquis comparuerit ad indicandum ſiue non: procedatur ad ipſam excuſsionem faciendam, & ad alia ſecundum formam diĉti ſtatuti De uocatis in iure, & non uenientibus: ita quod adiudicatio, ſiue excuſsio bonorum, & alia fiant, & fieri poſsint, perinde ac ſi certa perſona ab initio eſſent conuenta. ¶Si autem ante dationem Curatoris, uel poſtea ante contradiĉtionem faĉtam petitioni per Curatorem prædiĉtū comparuerit aliquis qui dicat ſe hæredem eſſe prædiĉti defunĉti, & ſit talis perſona quæ de iure poſsit admitti ad hæreditatem prædiĉtam, tunc cum ipſo hærede procedatur, perinde ac ſi eius nomē fuiſſet expreſſum in petitione prædiĉta, & ab initio comparuiſſet ſecundum formam noſtri ſtatuti De uocatis in iure, & ueniētibus, diĉta prima petitione non mutata. ¶Et ſi contradictione facta petitioni per Curatorem comparuerit non audiatur, niſi ut ipſe hæres poſsit adeſſe cauſæ, & de iure ſuo. ¶Et ſi cōparuerit ante dationem dicti Curatoris, ſiue ante contradictionem factam petitioni per ipſum Curatorem aliqua tertia perſona, quæ dicat ſe uelle defendere dicta bona tanquam defenſor, procedatur cum eo tanquam cum defenſore preſtita ſatiſdatione ſecundum formam noſtri ſtatuti poſiti ſub rubrica De eo qui uenerit ad defenſionem alterius. Declarātes quod ſi in aliqua parte proceſſus poſtea quādocunque conſtiterit agentem, maxime agnatum,[a] uel cogbatum, uel coniunctum ſciuiſſe[b] uere, uel præſumptiue[c] certos hæredes eius de quo ageretur antequā petitioni per Curatorem fuerit contradictum, proceſſus nō ualeat in præiudicium dicti certi hæredis poſtea comparentis. ¶Vbi autem aliquis compareat qui uelit cum Curatore cauſam agere, uel qui uelit bona defendere ſuo nomine, procedatur, & fiat in omnibus, & per omnia ac ſi certa perſona ab initio conuenta fuiſſet. Et prædicta locum habeant etiam in

quacunque

a ¶Agnatum. Hoc dictū eſt propter regulā.l.octauu.ff. vnde cogna.&.l.de tutella. C. de in integr. reſt.mi.

b ¶Sciuiſſe. Tunc enim citandi ſunt particulariter hæredes, ſiue inſtituti, ſiue ab inteſtato proximiores, interrogādique ſunt, an hęredes eſſe uellint, ut ſi repudiare ſe dicant, ſciant creditores quid ſibi agendum ſit, & ſi deliberare ſe adhuc dicant præcipitandi non ſunt, verba tex.in.l.1.§. largius.ff.de ſucceſſ.edicto, diximus latius in ſtatuto de inſtrumentis, & teſtamentis §. inſuper & regula eſt uera ꝙ citatio pro proclamata non afficit, ſeu fieri non poteſt, vbi certa eſt perſona citanda, caſus eſt in.l.1.§. denunciari.ff. de uentre inſpi.Bart.in.l.ſi eo tempore.C.de remiſs.pign. et in auth.ſi omnes.C. ſi ut ſe ab hær.abſti Marianus in tract. de citation. art.25.Pet.de Ancha. in c.ſi.de electi. in 6.quem ſequitur ibi Dominic, quos refert Rui.cōſi.52. ſub nu.5.lib.4. vbi decidit etiam ꝙ ſi aliquis eſt in poſſ. bonorum hæreditatis is omnino citandus eſt nominatim, nec prodeſt creditoribus dicere ſe ignoraſſe illum & citat cōſilium Anch. ſed ſub falſo numero, cū uellit allegare nu.292. videretur prima facie, & 270.in primo dubio allegat etiam Bar.in conſi. inc.p.miſſus ſed non citat numerū, nec inuenitur in meo lib. cōſilium Bar.ita incipiens, ſed debuit allegare conſ.91. incip.in q.vertente in prima parte.

c ¶Vel preſumptiuæ. Vt puta quia ſciat filiū extare, uel ꝓximiorē agnatū defuncto cui deferenda

quacunque[a] actione, officio, seu iure agatur, seu intentetur, etiam si non petatur condemnari[b], cogi, uel compelli quatenus prædictis possint adaptari.

DE SEQVESTRATIONE BONOrum Debitorum forensium[c], & de Detentione ipsorum.



ORdinamus quod cuiuslibet Forensis[d], uel Comitatini[e], aut incolæ[f] Ciuitatis, uel Comitatus Bon. qui debitor diceretur alicuius Ciuis, uel Comitatini, aut incolæ Ciuitatis, uel Comitatus Bononiæ ex instrumento, sententia, uel aliqua scriptura, cui de iure fides debeat adhiberi quantitatis summæ, uel rei mobilis, producto prius ipso instrumento, uel sententia, seu scriptura coram iudice[g], & eidem ostensa, & penes Notarium actorum dimissa, possint bona mobilia sequestrari, si reperiantur sufficientia ad quantitatem

esset hæreditas, ita formaliter Bar. in l. si quis instituatur. §. item si conditioni de hær. inst. per l. 1. §. 1. & §. largius. ff. de success. edicto, Sed nunquid sufficiat citare illos particulariter quos prima causa successiõis tãgit Bart. (vt mihi uidetur) in d. §. item si conditioni sentit ꝙ sufficit sed clarius in l. 1. ff. de cur. bo. dan. & in l. si diu ex quibus caus. in poss. eatur, dicens ꝙ si constat etiam ꝙ hæres, uel institutus, uel ab intestato uenire debens repudiauerit pariter citari debet, ꝓximior & nominatim si certus sit.

a ¶ Quacunque actione. Forte etiã reali licet non sit proprie actio, sed petitio. l. actio in personã ff. de actio. & obligat. & pro hoc. l. actionis uerbo eo. tit. cũ aliis multis ibi signatis. cassan ch. 144.

b ¶ Cõdemnari. Hæc clausula requiritur in libellis, & bene, & absq; scrupulo procedit ubi ordinate cocepta fuit, prout hic, scilicet cõdemnari, cogi, & compelli, cũ primo debeat præcedere cõdemnatio deinde coactio, & compulsio ad soluendum quãdo sentẽtiã transitum fecisset in rem iudicatam; tamen etiam si dictum sit cogi, & compelli, & ad prędicta condemnari libellus sustineretur non obstante pręposteratione, vt Bar dixit in l. 1. C. de execut. rei iudica. nisi simus i casibus in quibus proceditur sine figura, quia tunc procederet licet omissa fuisse petitio condemnationis secundum Lanfranc. in clem. sæpe de uerb. signifi. in versicul. libellus in 4. conclus. quem citat Bal. in prima constit. C. §. quibus versic. vlterius nota. & Bar. in extrauag. ad repri. in uerbo sine figura ad cuius immitationem statutum nostrum hic parcit actori etiam si omiseri conclusionẽ ad similitudinem illarũ mulierum coram Salomone cõtendentium, quia prima dixit filius meus uiuit, filius tuus mortuus est, absq; quauis expressa conclusione, Et nõ credas ꝙ hoc sit speciale in hac materia, sed generale est in hac nostra ciuitate uigore illius statuti de uoca. in iure, & ueni. in prin. dum uult ꝙ procedatur sine figura iudicii, in causis ciuilibus, & sola facti ueritate inspecta. ita sentio ego.

c ¶ Forensium. Largo modo accipitur forensis, ut j. §. forensem. vbi cõprehendũtur ẽt comitatini.

d ¶ Forensis. Is est secundum doctores nostros (licet abusiua sit denominatio secũdum grammaticos eum potius aduena, seu exterrus, uel peregrinus dici debeat) qui habet forum alibi, & non ibi vbi reperitur, & est in actu eundi, & dicitur peregrinari ubi quis nõ est in loco suæ habitatiõis, nã forẽsis persona suspecta est, ideo succedit tex. in l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisdare cogantur, & ibi not. Ange. & Pau. Castr. & Mod. inducẽdo contra transeuntes per hanc ciuitatem cũ equis alienis, uel aliis rebus, domini nãq; recognoscẽtes illos possunt per officium iudicis sequestrari facere res illas penes hospitatores, quia sunt suspecti quasi semper habeãt pedem in stapedio, argumẽtum not. in l. hęres. ff. de iudi. & tunc tales si uolunt se releuare a sequestratione debent præstare satisdationẽ de iudicio sisti, & de re nõ barratanda d. §. fin. vide subtilem disputationem circa hoc per Cur. in tra. de sequestra. q. 17.

e ¶ Comitatini. Statuẽtes ergo nõ habuerũt hic comitatinos, pro forẽsibus licet in rubr. & j. §. forensem large capiatur illa uox, ut ẽt comitatinos cõprehendat, sed hic separatim ponit, & proprie loquitur hoc loco: et pro suspectis reputantur sicut forenses, qa non habẽt plerũq; nisi mobilia, & modica, ac uilia ad not. Insti. de actio. §. item seruiana, quia sancta rusticitas omnia palam habet inquit glo. ibi.

f ¶ Incolæ. Incola dicitur qui non est ciuis, nec origine, nec priuilegio, habet tamen larem ac maiorem partem fortunarũ in eo loco ubi habitat, atque incolit l. ciues, vbi Bar. C. de incolis, sed intellige de incola, qui ante sequestrationem non steterit per tres annos proxime præcedentes in ciuit. Bon. ut infra habetur §. forẽsem, sed stricto modo intelligitur, hic de talibus, & qus nõ possident immobilia.

g ¶ Coram iudice. Licet in ueritate non sit iudex competens ipsius rei, & propterea de iure stricto non potuisse detineri uideretur iuxta id quod dicit Bald. in c. causam matrimonii in fi. verbis de off. delegati qui refert Cy. in l. fi. ff. quod metus causa

debiti quod petitur. Et si non reperirẽtur bona sufficientia ad sequestrationẽ prædictam faciendam, de quo relationi nuncii credatur. Quam relationem sequestrationis, uel non reperiri de bonis nuncius facere teneatur dicta die, uel sequenti, si fuerit facta in ciuitate, uel guardia ciuitatis Bonon. Si uero in comitatu, uel districtu Bononiæ infra tres dies immediate sequẽtes. Quã sequestrationem, & recõmendationem bonorũ mobilium facere debeat penes idoneam[a] personã in præsentia duorum testiũ bonæ cõditionis, uitæ, & famæ[b], qui non sint nuncii[c] neq; beroarii, qui intersint oblationi bonorũ sequestrandorũ, & depositioni eorundẽ, & aliter facta nõ ualeat. ¶ Vbi uero nuncii retulerint non reperire bona sufficientia pro sequestratione prædicta facienda possit ipse forensis Comitatinus, uel incola debitor personaliter detineri in carcerib9 Cõmunis Bon. ad petitionẽ creditoris, nec reuocetur sequestratio, nec ipse debitor qui detẽtus fuerit relaxetur donec satisfecerit creditori, uel satisdederit de iudicio sisti, & iudicato[d] soluendo[e]. ¶ Quæ satisdatio effectũ[f] sortiatur corã quocunq; iudice, & in quacunq; instantia, uel causa fuerit uentilata, ẽt si ad recusationem, uel ad appellationẽ unam, uel plures deueniatur: qua satisdatione facta, uel præstita relaxetur, & sequestratio reuocata esse intelligatur. ¶ Et ipsa satisdatione præstita parte præsente, uel ad hoc legitime citata, uel sibi legitime notificata, possit, & debeat ipse creditor agere uia directa contra ipsum debitorem, qui satisdedit nulla fori, seu iurisdictionis exceptione obstante; & petitionem suam porrigerẽ teneatur coram iudice, qui fecerit detineri, uel sequestrationem fieri infra quinque dies post dictam satisdationem præstitam, & in dicta causa debeat procedi, ita quod dicta quæstio infra dies triginta continuos omnimode terminetur a die productionis dictæ petitionis, alias si petitionem infra dictum tempus non dederit, ubi de satisdatione notitiam habuerit, uel infra dictum tempus dicta quæstio non fuerit terminata uigore satisdationis prædictæ amplius non teneatur[g] ipse debitor, uel eius fideiussor, seu bona, & in dicta Ciuitate Bonon. pro dicto debito creditor, uel qui causam ab eo prætenderet ulterius huius statuti beneficio uti non possit. ¶ Et si uictoriam reportauerit creditor, mandetur ipsa sententia

causa dicere q detineri faciẽs, uerum debitorem authoritate iudicis incõpetentis perdit ius sui crediti, sed suspitionis causa hoc tolleratur, qua ẽt permittitur aliqñ ipsi creditori capere debitorẽ iuxta uulg. l. ait ptor §. si debitorem. ff. quę in frau. creditorũ. vide Curtium in trac. q. 17.

a ¶ Idoneam. Quem sequestrum uocant iurecõsulti, ut habetur i. l. ei apud quẽ. ff. depositi. l. sequester. ff. de verbo. signific. & dic quod debet esse idonea persona, pro quãtitate sequestrata. l. litibus C. de agric. & cens. lib. 11. ita Iac. de Are. in trac. de seq. nu. 17. quod intelligo si possidet immobilia, uel si saltem sit ciuis possidẽs plura mobilia, adeo q hmõi qualitates superent qualitates eius de cuius bonis fit sequestratio, recurrendũ ẽ tñ ad not. i l. si fideiussor §. fi. ff. qui satisd. cog.

b ¶ Famæ. Requiruntur, & aliæ qualitates, de quibus infra statuto proximo. §. quæ sequestratio el pri[...]o, quia unum statu[...]m recipit determinati ab altero. l. sed & posteriores. ff. de legib.

c ¶ Nũtii. Quia uiles sunt personæ, & abiectæ licet publicæ Barto. in extrauag. ad reprimen. in glo. per nuntium in primis uerbis, & sic nõ dicũtur bonæ conditionis, & famę absolutè, quod nota.

d ¶ Iudicato. Quæ tres clausulas cõtinet l. iudicatũ solui. ff. de iud. solu. & credas omnino quod insit illi etiã promissio de re non barratanda, de qua facit mentionẽ glo. in d. l. si fideiussor. §. fin. qui satisd. cog. quia in satisdatiõe iud. solui inest clausula de dolo malo.

e ¶ Soluendo. Ita q cessat disputatio doctorum, an dẽant poni uerba, & de restituenda absque ulla pro crastinatione, quæ uoluit Bar. apponẽda ut in l. litibus. C. de agri. & cens. lib. 11. Curt. in 19. q. sui trac. cautius igitur loquutus fuit Alex. i addit. ad Bart. ibi. s. q dẽat dici, pmittit, seu satisdat scdm formã iuris, & statutorũ. et notabis, qa hęc est necessaria satisdatio, de qua in. l. si fideiussor §. 1. qui satisd. cog.

f ¶ Effectũ. i. Possit pstari in quacunq; instantia.

g ¶ Non teneatur. Dicit lex penultima. C. de fideiusso. quòd fideiussio

si in uigorē rei iudicatæ transiuerit executioni[a] contra ipsum debitorē, & eius fideiussores, & eorū bona tanquam[b] cōtra fideiussores[c] iudiciales, ēt nulla facta debitoris principalis bonorū excussione[d]. ¶ Et ne contra creditorē per debitorem fraus cōmittatur ad ipsius creditoris, uel eius qui pro eo interuenerit petitionē interrogetur debitor detentus an uelit satisdare, ut supra, quā interrogationem officialis qui detineri, uel sequestrari fecerit, facere teneatur etiā parte non petente infra tres dies a die detentionis. Et si dixerit se uelle satisdare, detur ēt ei inuito terminus ad satisdandū qualem debitor petierit, seu uoluerit, & si nō petierit tunc arbitrio iudicantis. Et si infra terminum, uel ante non satisdederit, aut interrogatus recusauerit satisdare elapso termino prædicto, uel facta recusatiōe prædicta posit, & debeat creditor per se, uel aliū facere probatiōes quæ sibi incūbunt circa debitum de quo ageretur infra decē dies proximos post lapsum dicti termini, uel a die qua debitor recusauerit, ut supra, & infra dictū terminū liceat ēt debitori per se, uel alium probare de iure suo. ¶ Quibus elapsis detur terminus ipsi debitori, uel parti ipsius (si petierit, & uoluerit) decē dierū, & maior uel minor (si maiorē, uel minorem habere uoluerit) ad probandū de iure suo, & ad sui defensionē ne pro dicto debito detineatur: infra quā dilationem liceat ēt parti creditoris probare de iure suo. ¶ Et si pars creditoris nō probauerit infra dictos terminos, aut si ipsius probatio per debitoris probationes[e] excludatur, teneatur ipse creditor detento expēsas reficere, quas fecerit uel incurrerit ipse detētus occasione prædictas taxādas per iudicē qui cognouerit de prædictis, & ēt dāna, & interesse ipsius probanda legitime, & ipse debitor relaxetur statim cū cōstiterit[f] creditorem non probasse, uel probationē eū nō releuare, quæ determinari, & declarari dēat infra octos dies elapsis terminis supradictis; quod si non factū fuerit nihilominus non relaxetur[g]. ¶ Interim tamen dū probatio fieri debuerit, uel declaratio supradicta debitor stet omnino detentus, nisi satisdederit de iudicato soluendo, secundū formā declarationis prædictæ

¶ Appella-

de iudicio sisti expirat si actor neglexerit litem per duos menses, de quo dicto, & de ratione uide per Ias. in l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cogantur, caue tamen, quia illa lex loquitur quando sine scriptis reperitur promisisse, sed fideiussor ipse coram tabellionibus cōfessus est se fideiussisse, Ias. autem simpliciter loquitur.

a ¶ Executioni. Sic nota non requiri nouum processum contra fideiussorem iudiciarium, Bar. in l. 1. ff. iud. solui. & Bal. in l. cum eorum colu. 2. C. de sententiis; docto. in. l. fideiussor. ff. qui satisda. cog. Bart. tamen limitat si adsit certa dies in promissione alias requireretur processus contra fideiussorem, sed hoc statutū simpliciter loqtur.

b ¶ Tanquam. Nota ueritatis est. l. 1. ff. de præto. stipul. sic & alias in iure reperitur, ut in c. cū pro causa vbi glo. extra de sent. excōmu. cum simi. infinitis.

c ¶ Fideiussores. Vt sit proprie fideiussor requiritur, quod prius uocatus fuit reus, & taliter ut sit obligatus ad iuditiū, alias si simpliciter aliqs promisit eum de iuditio sisti non est proprie fideiussor glo. in l. 2. §. si quis. ff. ex his. ff. qui satisdare cog. & ibi Ias.

d ¶ Excussione. Quę solet fieri in materia contractuum auth. præsente. C. de fideiuss. & iste ē unus casus in quo fallit regula, vide alios plures per Bened. de Plumbino in tracta. de discussionibus īter quos enumerat istū allegando Bald. in. l. cum eorum C. de sententiis, ubi idem dixit in quolibet fideiussore obligato ex instrumento guarentigiato ex forma statuti, attento quod uidetur condemnatus una cum principali secundum Cy. & Bald. in. l. certū C. famil. hercisc. adde & aliquot casus in tractatu Iaco. de Are. de excuss. bonorū.

e ¶ Probationes. Quas. n. probationes ante nullo sequestro facto facere tenebatur, eas etiā postea debet facere, qa per hoc non releuatur Bal. & Salyc. in. l. 1. C. de phi. seq. pecu. Bart. & doct. in. l. si oleum ff. de dolo; debet ergo producere libellū, & cognoscere de iure agentis practicus pap. in forma sequestri; Curt. ī l. vnic. C. de phib. seq. pe. q. 13. vbi facit mentionē de termino asignando.

f ¶ Cōstiterit. Dicitur cōstare etiam ante sententiam post conclusum in causa, ad gl. sing. in c. significauerunt de testib. quia probationes inductę faciūt notorium post conclus. in causas latissime Fely. ibi 2. col.

g ¶ Non relaxetur. Abundat hæc negatiua.

dando fideiussores idoneos contra quē & quos, & ipsorū bona fieri possit executio ut supra. ¶ Hoc addito quod si creditor in prima cā, seu instātia succūbat, & appellauerit[a], debitor nihilomin⁹ relaxetur, & creditor suā appellationē prosequi possit infra sua tēpora: quo casu damna, expensas, & interesse reficere interim non teneatur. ¶ Si uero creditor probauerit infra terminos supradictos, ita quod ipsius probatio, per ipsius detenti probationes non excludatur, ipse detentus non relaxetur, nisi debitū soluerit, uel aliter satisfecerit creditori. ¶ Et si detentus appellauerit, & obtinuerit in causa appellationis relaxetur, etiam sine satisdatione prædicta, non obstante aliqua appellatione facta, uel facienda per ipsum creditorem, in quo casu sibi non liceat appellare, nisi consenserit debitorem relaxari, & ipsum relaxari fecerit, saluo in debito iure suo. ¶ Et quod dictum est de debitore detento, idem in omnibus, & per omnia seruetur[b] in sequestratione facta de bonis ipsius debitoris, si qua facta reperiretur ipso detento, uel non. ¶ Forensem autē intelligimus (quantū ad prædicta contenta in præsenti statuto) omnem qui non sit ciuis, uel habitator[c] dictæ Ciuitatis, uel districtus cum sua familia tempore commissionis sequestrationis, & ante per tres[d] annos proxime præcedentes. & qui nō possideat in Ciuitate, Comitatu, uel districtu Bon. bona immobilia sufficientia ad satisfactionem petitorū. ¶ Adiicientes quod quilibet forensis possit personaliter[e] capi, & compelli ad confitendum, uel negandum an scripserit, uel non scriptā, quæ dicatur scripta manu ipsius: & si iudicii uidebitur ēt ad scribendū de nouo manu sua propria, ut ex ea possit etiā comparatio litterarū fieri, aliqua fori decli-

a ¶ Appellauerit. Appellans .n. semper præsumitur in mala fide cū præsumatur pro sententia. l. ingenuū. ff. de statu hominum, ita Cassaneus in com. consue. burg. titulo des iustices Rub. 1. §. 7. in glo. iusques a sept. nu. 9. sed clarius per Alciatum in trac. de præsump. in præsump. 9. in 3. Regula nu. 8. vbi ponit principales effectus istius pręsumptionis sententiæ quando est etiam pendēs per appellationē, hic etiam habes unum non cōnumeratum ibi.

b ¶ Seruetur. Vnde habemus colligere ꝙ facta appellatione, ꝓ parte actoris nihilominus reuocāda est sequestratio, & statuentes multum prouide passum alioquin difficilem extricarūt. Nam sunt plures, & quidem secundum ueritatem iuris communis loquētes qui tenuerunt sequestrationem durare usq; quo sententia transitum fecerit in rem iudic. per. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cogantur, ibi vel lis finem accipiat, vbi Bald. qui etiam citat. l. litibus C. de agric. & cōs. & Specul. titulo de seq. poss. & fruc. §. 1. versic. sed pone. Aliqui intelligebant durare usque ad sentētiam, quia dicitur finita lis ꝑ sententiā, ut latius apud Curtium in trac. de sequestr. 18. q. sed d. statuētes distinxerunt, aut lata fuit sentēña in fauorem rei, & sequestrum debet reuocari, quia est præsumptio pro eo qui obtinuit sententiam, aut ad fauorem actoris, & remanet sequestratio.

c ¶ Habitator. Dato ꝙ sit ciuis: equidem statuentes caute loquuti sunt, quoniam ut scribit Marian. in c. fi. col. 6. versi. 5 principaliter quæro, de foro compe. quando aliquis alibi habet forum originis, & alibi habet forum domicilii est iudicandus forensis in altero locorum prędictorū prout subiecta materia dictat: exemplum est apud Bar. in trac. repræsaliarū in 7. q. princ. in 2. q. incipi. ad secundum, ubi concludit ꝙ repręsaliæ concessę, contra pisanos nō habent locum contra pisanos qui alibi habitant, & ita in ciuitate pisarū, sunt forēses, licet ibi sint originarii, quia ex quo sunt alibi cōmorantes carent culpa cōtracta a ciuibus pisanis; late differit Corn. consil. 194. col. 2. lib. 4. & Deci. cōsi. 352.

d ¶ Per tres &c. Nunquid autē probato principio triuum annorū, & fine illorum tpe sequestrationis dicatur probatum ꝑ annos tres continuos stetisse? Imol. cōsi. 9. dicit ꝙ non: sequitur Alciat. in regula secunda præsumptionum pręsumpt. 22. in fi. dic ut ibi.

e ¶ Personaliter. Cogita an hoc sit speciale, circa forenses, an sit dictū per modum exempli? quia ut habetur in statuto qđ scrip. et lib. merca. §. adiicientes (licet non exprimatur de captura) complēdus est qlibet opportunis remediis ad recognoscendum scripturā, uel negandum: sed dic ꝙ ideo de forensi dictum fuit, quia facilius incipimus a captura in eis. qa sunt magis suspecti quia cottidie habent pedē in stapedio ut insimi. dicit Pau. Castr. in. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui sat. cog. ꝑ l. hæres abs̄ns. §. pri. ff. de iudiciis, qa præsumūtur hēre aīum redeundi ad patriā iux. not. in. l. ciues C. de incolis lib. 10.

natoria exceptione non obstante. ¶ Insuper etiam prouidentes, quod nullus ciuis incola, uel habitator Ciuitatis Guardiæ, uel Comitatus Bononiæ, & qui pro forensi haberi, uel intelligi non debeat secundum formã præsentis statuti in casibus etiam in dicto præsenti statuto comprehensis, uel aliquo alio pro debito[a] singularis[b] personæ uel uniuersitatis quam Cameræ[c] Bononiæ capi, uel detineri possit de mandato alicuius iudicis, uel officialis, nisi sit debitũ confessus in iudicio, uel de eo conuictus[d], uel elapsus sit terminus eidem ad soluendum debitum per legem, uel iudicem assignatus, pœna iudici, & officiali, de cuius licentia, uel mandato contra formam prædictã talis captura processerit, uigintiquinque librarum bon. Cameræ Bononiæ applicãda. Et nihilominus ad damnum, & interesse parti lesæ teneatur, & captura nulla sit ipso iure, & captus cõtra formam prædictam statim relaxetur, nisi captus uel detentus esset uigore alicuius alterius specialis statuti Communis Bononiæ, quo casu, & casibus statuta illa in suis casibus specialiter prouisis uolumus obseruari. Saluis semper statutis, & prouisionibus dicti Cõis de Campsoribus cessantib⁹, & fugitiuis, & de aliis debitorib⁹ cessantibus, & fallentibus disponentibus.

DE SEQVESTRATIONIBVS[e].



QVia Sequestrationum[f] frequens[g] usus est, iccirco decernimus quod cuiuslibet rei mobilis[h] per aliquem detentæ, uel possessæ, seu quasi: quam

---

a ¶ Pro debito. Nam bene pro contumacia in non comparendo capi poterit. l. consenta. vbi Bar. C. quomodo & quãdo iudex. et vocatur prætoria a Bal. in. l. vnic. C. de ꝓhi. seq. pecu.

b ¶ Singularis. Actiue legas.

c ¶ Cameræ. Quod appellatur debitum fiscale, de quo Bar. in. l. cũ eo. ff. ad. l. iul. pecu. vbi p. l. nemo carcerem C. de exac. tribu. ponit ꝙ pro tali debito simpliciter capi põt, nõ tñ incarcerari nisi ob nimiam contumaciam.

d ¶ Conuictus. Subaudi, & condemnatus, & hoc est de iure, Bar. in præallegata. l. cum eo. ff. ad. l. iul. pecu. per l. 1. C. qui. bonis ced. possunt iam ne iudicati detrudantur in carcerem.

e SEquestrationibus. Sequestrationum scdm Bal. C. eod. Altera uolũtaria, & ista est semper pmissa sed nõ iussa sicut cæteri contractus. Altera est iudicialis, & hæc fit altero de duobus modis, aut de re non cõtentiosa, aut de re cõtentiosa, primo casu, uel fit ad iuris sui cõseruationẽ, exẽplũ in tabulis testamenti, uel in cautionibus cõibus, quando hæredes uolunt ius suum conseruare, nã iudex discordantes facit eas sequestrari. l. ceteræ & l. si quæ sunt cautiones. ff. famil. hercisc. l. fi. ff. de fide instrum. vel ad dãni euitationẽ, seu ut securiorẽ reddat. l. accepiã C. de vsur. & istæ duæ species sunt pmissæ semper ext. vero illas cãs dicitur ꝓhibita regulariter a iure cõi. Quæ sic diffinitur: Sequestratio est rei possessæ, seu detẽtæ quæ in controuersia uertitur, aut fructuũ eius a possessore, seu detentore iudicis officio ex cã separatio l. licet in princi. ff. de posit. ita post alios antiquos Curt. ĩ trac. de seq. 1. q. nu. 20. Notabis ẽt ꝙ tria sunt diuersa, Sequestratio, Descriptio, & Inhibitio Bal. in. l. si. fideiuss. for. §. fi. ff. qui satisd. cog. Et modũ sequestrãdi triplicẽ tradit Saly. in. l. vnic. C. de probi. seq. pecu. nu. 6. Aliqñ enim persona, & non res, puta qñ iudex mandat partibus, uel alteri earum ne ad locũ accedãt. l. fi. de off. proc. cessaris. Aliquando res & non persona, puta mãdat cautiones deponi, & istis duobus modis possessio nõ perditur, quia res nõ traditur alicui in primo casu, in secundo uero quilibet hæredum possidet, & copiam accipit. Aliquando sequestratur res a persona, & persona ab ipsa re separatur, & tunc an possess. perdatur dicam i nigro.

f ¶ Quia sequestrationũ. Habet 3. partes principales, In 1. qñ aliqs asserit rem ad se pertinere: In 2. qñ dicit debitorẽ psonali actione non esse soluẽdo: In 3. qñ contenditur de poss. 2. ibi si aũt aliqs 3. ibi si uero quæst.

g ¶ Frequens. &c. Scias tñ ꝙ regulariter prohibita est sequest. & l. vnica. C. de prohib. seq. pecu. vbi gl. enumerat casus quatuor in quibus fallit reg. sunt & alii plures quos uide per Curtiũ in repe. d. l. vnic. col. 2. post Abb. in c. 2. de seq. poss. & fru. ctu & Rebuff. in trac. rũ autẽ est, quia cõmoditas possessiõis nemini auferenda est. et facit etiam l. 1. C. de execut. rei iudi.

h ¶ Mobilis. Nam in re immobili, non datur sequestratio, sed potius prohibitio alienationis iuxta tex. sing. in. l. de pollicitationibus in fi. ff. de pollicita. vbi gl. Bar. & doc. in l. si fideius. §. fi. ff. qui satisd. cog. vbi Ias. dicit ꝙ etiã fructus pẽdentes pñt seq. licet adhuc sint pars soli. hñr. l. fi. de reqr. reis. quæ male probat, sed adde Tiraquel. lib. retract. lign. §. 1. col. 2. num. 43. sed forte potius est descriptio tunc. Iõ uide qz hoc statutũ nõ loquitur

aliqua perſona dicat ad ſe ſpectare[a], uel pertinere ad ipſius petitionem, uel alterius pro ea legitime uenientis, & iurantis[b] ante omnia ea quæ dicit uera[c] eſſe, & animo calumniæ non petere, & quod perſonam penes quam eſt dicta res habet ſuſpectam[d]: quã exprimere teneatur cum nomine, & aliis qualitatibus[e] quibus melius dignoſci poſsit de quibus in actis debeat apparere antequam committatur ſequeſtratio, & aliter facta non ualeat, poſsit fieri ſequeſtratio penes idoneam[f] perſonam[g], quã

de rebus incorporalibus, in qbus tñ uidetur cadere ſequeſtr. ut not. Inno. in c. examinata de iud. & Saly. approbat i l. vni. C. de ꝓhib. ſeq. pecuniæ, niſi forte põderares illud uerbũ, uel quaſi, quod tantum uerificari poteſt in iuribus. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum domi. l. poſsideri in pri. de acquir. poſſ. l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de vſucapio. ſed non placet quia duntaxat loquitur, ſupra de mobilibus reb.

a ¶ Spectare. Tantum ſignificat iſtud uerbum quod ſequens, nã, & uerbum ſpectat intelligitur reſpectu proprietatis, & reſpectu poſſeſsionis, ſecundum lo. And. in c. dilecto, in uerbo ſpectantia de offic. ordi. Abb. in c. cum eccleſia ſutrina vltima col. de cauſ. poſſ. & propri. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil comu. col. fin. de acquir. poſſeſs. & tantundem eſt in uerbo pertinet. l. uerbum illud pertinere de verb. ſigni. glo. in. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. Specul. tit. de cauſ. poſſ. & propr. §. not. & facit c. cum ad ſedem de reſtitu. ſpolliat. et intelligendo reſpectu poſſeſsionis adaptatur. §. et ſi duo principales, uel plures infra eod.

b ¶ Iurantis. Tanquam igitur agatur de re non magni preiudicii, ſeu irreparabilis recurrendum eſt ad iuramentum ad. l. theſaurus. ff. ad exhib. ita Saly. in d. l. unica, & Roma. in d. l. fideiuſſor §. fi. & Imol. in l. 2. §. fi. ff. ſol. ma. vel quia cum ſit ſuſpitio fugę iuramentum ſufficit ne alias mora ſit nociua. l. de pupillo §. ſi. quis riuos. ff. de no. ope. nu.

c ¶ Vera eſſe. Sunt duo iuramenta in effectu copulata ſcilicer de ueritate, & de calumnia a qua forma non eſt recedendum.

d ¶ Suſpectam. Nota tria habent concurrere, ſcilicet ꝙ conſtet ſaltem per iuramentum de credito, & quòd agatur circa rem mobilem, & ꝙ perſona ſit ſuſpecta de fuga, ſeu barratione & eſt una de limit. ad regul. negatiuam, quam limit. ponit Curtius q. prima in d. l. vnic. C. de ſeq. pecu. ex tex. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui. ſatiſd. cogantur. Petrus Rebuffus in trac. de ſequeſtrat. arti. 1. gloſa. 1. nu. 21. addit ꝙ pars ſuſpecta debet uocari, ſeu citari, ad contradicendum ne committatur ſequeſtratio per l. de unoquoque de re iudica. ſed hoc non utuntur in hac ciuitate, & bona eſt practica noſtra, quia poſſet de facili occultari res ſi uocatio præueniret. Et quis cenſeatur ſuſpectus ſecundũ gl. & doc. dicitur is qui non poſsidet immobilia, uel qui eſt malis moribus, uel qui in ea re male uerſatur, & vide Angel. in trac. de ſeq. vbi quærit nunquid hæc omnia copulatiue debeant procedere, & tenet ꝙ alterum iſtorum, ſed hoc non exigitur in ſtatuto iſto cum ſufficiat allegare eum ſibi ſuſpectum non exprimendo de qua ſuſpitione loquatur, immo fuerunt aliqui, qui de iure cõmuni non curarunt ut exprimeretur, vt Ange. in rep. l. nemo carcerem de exa. trib. Alex. conſi. 19. lib. 3. viſo proceſſu, & licet Iaſ. dicat in præallegato §. fin. ꝙ col. 2. ꝙ debet aliter fides fieri iudici, quam per iuramentũ de ſuſpitione, tamen in. l. 2. ff. ſolut. matr. dicit ꝙ totus mũdus obſeruat ſufficere iuramentum.

e ¶ Aliis qualitatibus. Quid ſi haberet nomen ſingulare, ut galloppreſſus an ſufficiat? dic ꝙ ſic, vt eſt glo. in. l. hac cõſultiſsima in uerbo, & inditia C. qui teſtamenta fac. poſſunt, de quo tamẽ dubitandum eſt, ex his quę ponit Alex. conſil. 98. in 4. volum. viſo & conſiderato themate ſupraſcripto, ut latius refertur per Iaſ. ſuper d. glo. reprobando illam deciſ. Alex.

f ¶ Idoneam. Nunquid autem in hoc caſu parcendum ſit ruſticitati, aut ignorantiæ mulieris, vel etiam militis late diſputat Tiraquel. multa afferens in lib. retrac. conuentio §. 4. gl. 9. nu. 13. ibiq; concludit ꝙ non, & tanto minus nunciis publicis parcendum erit, qui inſtrui debent, de qualitate ſequeſtrationum.

g ¶ Perſonam. Similis tex. in clemen. vnica de ſeq. poſſ. & fruct. ſed in. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. dicitur apud offic. deponi debebit, id eſt apud officiales, & prout quidam interpretantur. i. apud ipſum iudicem; pro qua expoſitione videtur glo. in. l. ſenatuſconſulto §. fina. in glo. fi. in verbo deponatur de officio præſid. ita tenet Roman. & Alexand. ibi ſecundum tamen aliam expoſitionẽ dicti uerbi apud officiũ. i. apud ſequeſtrarium, colligitur ꝙ ſequeſter dicitur officialis publicus, de quo an ſit uerum diſcute una cum doc. ibi alibi dicitur apud ſacratiſsimas ędes, id eſt eccleſias l. acceptam. C. de uſuris. l. litibus C. de agric. & cenſitis, & in l. fina. in fin C. de bonis auth. jud. poſsi. dicitur apud reuerendiſsimum cimiliarcham, eſt enim cuſtos vaſorum, & aliarum rerum eccleſię, ut C. de ſacro. eccleſ. l. iubemus in glo. quaſi procuratori, quę accipit in eundem ſignificatum in quem, & economum accipimus, ſed eſt proprie quem ſacriſtam uocamus facit Cap. ea quę de off. archi. vbi eſt illud uerbum Cimilia, & ibi glo. hęc dixi quia ſcio quôd de ſtricta ſignificatione appellatione perſonę non ueniunt, niſi ſingulares perſonę, Bald. in rubri. C. ad trebelli. per l. metum. §. animaduertendum

quod metus causa per Domi. in c. cum in multis col. 2. de rescrip. in vi. Sed forte & hoc casu poterit apud collegiũ, nel aliã vniuersitatẽ deponi sicut, & apud ædem sacram quia attendimus effectum. i. idoneitatem. vide not. per Alex. in l. mortuo. ff. de fideiuss. per Ias. in l. si quis maior. col. 3. C. de transf. per Gomes. in regu. de idiomate q. 2. Sed caue quia hic tex. loquitur in singulari, & ideo non videtur ꝙ possit fieri dpositio apud plures quia bene sciuissent statuentes exprimere si uoluissent, ita in terminis Io. And. in addit. ad Spec. tit. de seq. poss. & fruc. super rub. vers. secundo quæro an ordinarius, dicendo ꝙ cũ clem. vnica dicat apud idoneá personam, & sic regimẽ vnius requirat nõ est recedendum a singularitate: idem Cardi. Zabba. in d. clem. q. 24. sed pôt respondert ꝙ loquuntur in singularibus psonis, nostra aũt dcisio ꝓcedit in vna psona licet ficta, & repsentata, cũ vniuersitas loco vnius habeatur, & si casus eueniret esset maturius cogitandũ, Et differentias inter depositum, & sequestrationem ponit P. Rebuffus in tractatu de seq. articulo. i. glosa prima nu. vi. vsque ad nu. 18. vbi ponit sex differentias notabiles.

rem sequestratam ipsa persona penes quam dicta sequestratio facta fuerit teneatur[a] suscipere, & ipsam rem custodire[b], & saluare[c], & eã præsentare & exhibere ad uoluntatem Iudicis seu officialis de cuius, uel quorum mandato processerit ipsa sequestratio, sub pœna arbitrio iudicis prædicti, uel officialis imponenda[d]. Et pro prædictis realiter & personaliter cogi possit per Iudicem, uel officialem de cuius mandato facta fuerit sequestratio, & aliter facta non ualeat ipso iure. ¶ Et nihilhominus Iudex, seu officialis de cuius mandato facta fuerit sequestratio prædicta incidat[e] pœnam uigintiquinque librarum Bonon. applicandam parti in cuius præiudicium facta reperiatur. ¶ Teneatur autem officialis de cuius licentia, uel mandato processerit sequestratio ad petitionem eius personæ, quæ nominata fuerit suspecta, uel alterius quem ipsa talis persona nominauarit[f] pro domi-

a ¶ Teneatur. De iure communi contrarium asserit Bar. in. l. litibus. C. de agri. & censi. col. fin. lib. x. allegando. l. fina. circa mediũ. C. de bonis auth. iud. possi. eo ꝙ sequestrarius teneatur præscriptis verbis, & sic ex quasi contractu Bart. in l. si oleum. ff. de dolo, ergo requiritur consensus, vt latius par Ias. in l. si fideiussor. §. fi. nu. 3. ff. qui satis cog. vnde inferri potest, ꝙ vere in hac nostra ciuitate erit appellandus officialis, quia officii publici natura est in inuitum. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mun. & honoribus, & dicit alibi Bal. in l. i. in fi. ff. vbi pupilli educari debeant, ꝙ ex causa etiam de iure compelli possunt, vide cõgesta per And. Tiraq. lib. retract. conuentionel §. 4. lib. 7. ita tamen vt non impendant de proprio, Et an iudex possit salarium ex causa statuere sequestrario, vide Bal ꝙ sic in. l. si oleum. ff. de dolo, & Curtiũ in trac. q. 24. Rebuffum in trac. de seq. arti. 3. glo. 2. ubi allegat consi. Barba. lxxi. volu. 4. incip. pro nobili viro Thoma.

b ¶ Custodire &c. Hoc verbum arguit idem esse sequestrum quod depositum cum verbum custodia intret indiffinitione depositi. l. i. ff. depositi & lege tex. in. l. proprie. ff. depositi, vbi dicitur proprie in sequestro esse depositum quod a pluribus insolidum certa lege custodiendum datur. nihilominus si bene perpendatur illa etiam probat esse differẽtiam, quãdo dicitur insolidũ, vbi enim aliqui rem communem vere deponunt, quilibet deponit pro pte sua, secus vbi alteruter contendit suam, vel ad se pertinere, & deponũt per viam sequestris clarius habetur ĩ. l. licet illo titulo. est & alia differentia insurgens ex d. l. quia depositum fieri pôt ab vno, sequestrũ vero fit necessario a pluribus seu ĩter plures, declarãdo vt per Panor. in c. examinata de iudiciis. Item sequester in dubio possidet d. l. licet & d. l. ĩteresse puto, depositarius autem nullo modos declarat Io. And. in regula locupletari de regu. iuris in vi. in mercur. vide alias apud Rebuff. Artic. i. habet tñ in aliquibus naturam depositi vt patet ex verbis istius statuti, vide pro supradictis aliquãto latius per Curtium in trac. q. v.

c ¶ Saluare. Modo sit res quæ seruãdo seruari possit, nam si sunt fructus tũc poterit sequestrarius, ex off. iudicis eos vendere, & prætiũ retinere in sequestrum l. litibus circa mediũ. C. de agric. & censitis. l. fi. da requiren. reis. l. si magistratus de priui. credito. latius per Curtium q. xxiii. Practicus Papiens. in libello de sequestrat.

d ¶ Imponenda. Distingue aut sequestrum factum fuit iudicis authoritate & mandato compellitur sequester iuris remediis. s. captis pignoribus, & multa indicta. §. penul. inst. de satisd. tut. Si vero de partium voluntate tũc agendum est cum sequestrario præscrip. verbis & contra eum qui sequestrari fecerit in subsidium, Barto. per illum tex. in l. si oleum. ff. de dolo.

e ¶ Incidat. In pœnam. s. si prętermissa forma superiori sequestrationem commiserit.

f ¶ Nominauerit. Est ergo locus denominationi, & maxime facta sequestratione rei, licet mobilis. l. penul.

no,uel possessore statuere terminum[a] illi[b], ad cuius petitionem facta fuerit sequestratio infra quem probare[c] debeat, res sequestratas ad se spectare, & pertinere: quod si non probauerit ipso iure,& facto cadat in pœnam decem librarum bon.& ad interesse partis de facto ab ipso exigendā per quēcumq; officialem, qui super hoc fuerit aditus, applicandā parti, in cuius præiudicium facta reperiatur, & ipsa sequestratio reuocata sit, & esse intelligatur ipso iure. ¶Et quod ipsam rem sequestratam habuerit ille penes quem facta fuerit sequestratio credatur relationi nuncii,si dixerit ipse nuncius se uidisse tempore dictæ sequestrationis rem sequestratam penes dictum sequestrarium,seu in domo habitationis ipsius sequestrarii,uel ipsam rē manualiter se tradidisse dicto sequestrario,uel si retulerit ipse nuncius quod ipse sequestrarius dixerit in præsentia testium sequestrationi adhibitorum pœnes se habuisse dictam rem sequestratam,uel etiam si ipse sequestrarius confessus fuerit in iudicio rem sequestratam pœnes se habere, nisi contrarium legitime probaretur. ¶Relationem autem prædictā nuncius facere teneatur eadem die qua fecerit sequestrationem,uel sequenti, si fuerit facta in Ciuitate,Burgis,uel Guardia ciuitatis,& ultra[d] tres dies si fuerit facta in comitatu uel destrictu Bonon. sub pœna quinq; librarum bonon. parti cuius fuerint dicta bona sequestrata, applicanda, in qua relatione[e] contineatur nomen eius ad cuius petitionem facta fuerit dicta sequestratio,& de cuius bonis pœnes quem res fuerint inuentæ, & de qua domo,uel loco, & res quæ sequestratæ fuerint, & earū qualitates,& quātitates,& in quo loco,uel in cuius domo positæ, seu recōmēdatæ fuerint res sequestratæ. ¶Quæ sequestratio, & recōmmendatio, & quælibet pignoratio,seu depositio pignorum pro debitis cuiuscumq; alterius quam Communis Bononiæ fieri, poni, seu recommendari debeat pœnes unum ex uicinis[f], & de uicinia dicti pignorati. uel eius pœnes quem bona sequestranda reperirentur,idoneum, & bonæ cōditionis, & famæ,& præsentibus duobus testibus qui non sint nuncii, uel familiares alicuius officialis Ciuitatis Bono. & qui sint Ciues,Incolæ,Comitatini,uel Districtuales Ciuitatis Bonō. & qui habitent in Ciuitate, Comitatu, uel Districtu prædictis. ¶Et idem intelligatur,& obseruetur quo ad præsentiā testium,& depositionem pignorum in qualibet pignoratione,& tenuta,seu immissione in possessionem,uel tenutam alicuius rei: et dictis testibus non interuenientibus dicta sequestratio,pignoratio,& tenuta ipso iure sit nulla. De prædictorum tamen testium præsentia credatur,& stetur relationi nuncii

l.penul. iunc. glo. ibi in verbo immobilē. C. vbi in rem actio, dū allegat auth. qua in prouincia C.vbi de crimi.agi op.

a ¶Terminum. Vbi fuit in casibus a iure permissis si autē in casibus non expressis tunc debet instare, vt sequestrum tanquam nullū reuocetur. vide Curtium latius in trac.q.xiii.

b ¶Illi. Vel citato,vel non citato dummodo notificato.l.2.vbi in rem actio vbi Pau.Castr.not.

c ¶Probare. Nota præfigi terminum arbitrariū, infra quem debeat probasse, non autem ad inchoādū processum ideo cessat practica papiensis in hoc titulo in glo. fin. versic.facto autem sequestro, & quod supra dixi.

d ¶Vltra. Forte deest negatiua, vt dicat, & non vltra tres dies, vel debet dicere intra, vt & habetur supra statuto proximo superiori.§. quam relationem.

e ¶In qua relatione. Collige substantialia relationis faciendæ.

f ¶Ex vicinis. Dico ego, q iūcta clausula, de qua supra in prin.& aliter facta &c. q nullius ualoris erit sequestratio si non prius facta fuerit discussio vicinorum nunquid sit aliquis ex eis idoneus ad suscip.sequestrum,& notū est qui dicātur vicini, quia Bar.in.l.si tertius.ff.de aqua plu.arcēda ponit late: nec curo an sint pximiores an remoti dūvocē exclamātis audire possint.l.non solū, in prin. ff. de no. oper. nūc.vbi Alberi.& Ias.& And. Tiraq. in trac. retrac.ligna.§.i.glo.9. nu. 21.vbi inferunt ad statutum,q vicini teneantur resarcire dānum, nisi capiant delinquentes.

nuntii, nisi contrarium legitime doceatur. Quæ omnia dictus nuncius facere teneatur sub pœna uigintiquinq; librarum bonon. eidem de facto per quemlibet iudicem, qui adhibitus fuerit auferenda, pro medietate parti in cuius præiudiciũ facta fuerit sequestratio, & pro alia Cameræ bonon. applicãda. ¶ Quæ sequestratio, & alia quecunq;[a] sequestratio facienda, ut infra, reuocari posit, præstita satisdatione[b] de custodiendo[c], & saluando rem sequestratam, & de ea exhibenda, præstanda, & danda ad uoluntatem iudicis officialis, de cuius uel quorũ mãdato sequestratio facta fuerit per eum qui rem sequestratam tenebat, seu posidebat, uel quasi tempore ipsius sequestratiõis, & ante. ¶ Et in prædicta satisdatione præstanda, & reuocatione facienda, ut supra: præferatur uerus possessor[d] detentori, seu simpliciter tenenti[e]. ¶ Et si duo, uel plures se posidere asserẽtes ad satisdationem, & reuocationem prædictam concurrant præferatur, qui circa possessionem pleniorem[f] fecerit probationem: ad quæ faciẽ

a ¶ Quęcunque sequestratio &c. Nota hic verba Bar. in l. si pecunię. §. qui fideicommissam. ff. vt in poss. legat, quę sunt aurea, & limitant statutũ pręsens. inquit n. Nota q tunc receditur a possessione quando fit illud quod si factum fuisset ab initio possessio nõ fuisset data, vnde siquidem missio in possessionem est facta, quia non soluitur non receditur nisi soluatur, vt in illo tex. probatur, si missio est facta, quia non satisdatur itatim cum satisdatur receditur, vt l. si aduersus vt leg. nomine caueatur, si missio facta est, quia est contumax in non veniẽdo statum cum venit receditur, per Curtium tractatu de sequestr. q. 14. in secunda limitatione, Bar. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iudex, & propterea refert Gallesius in com. ad for. cam. obligat. char. 208. nu. 39. decisum fuisse in Romana curia, q habens debitorem obligatum in forma camerę suspicatus ne quędã illius pecunię, aut bona dissiparentur obtinuit sequestrari: deinde producto instrumento instabat pro executione; debitor autem offerendo cautionem petebat relaxari, dixit obtentum fuisse, vt nõ relaxaretur, quia nõ erat simplex sequestrum pro debito narrato, aut ob litem agitandam, sed pro effectu faciendę executionis quo casu opus esset solutione: quod nota, & vide Pau. Castr. in l. fideiuss. §. in dicto loco si satisdatũ. ff. qui satisd. cog. vide alias limit. trac. & ex pmissis liquet, q satisdatio non sufficit, vbi fieret sequestratio poss. ne partes ad arma deuenirẽt iux. l. eqsumũ. ff. de vsufr. de qua seq. j. diceretur, licet statutum nostrũ hic vtatur verbis geminatis.

b ¶ Satisdatione. Ad hoc glo. in l. si fideiussor. § fi. ff. qui satis. cogantur. l. fi. C. de ordi. cognit. cuius formam ponit statutum hic. Sed quid si non potest satisdare an releuetur pręstando iuratoriam cautionem? videtur q sic, vt per gl. in l. 1. in verbo iuratorie. C. de asser. toll. tex. in c. penul. de dona. inter virum & vxor. & ibi glo. & glo. in c. ex parte el primo de verb. signifi. Sed dictam glo. reputat Iafredus decis. v. procedere vbi persona esset honesta, & ideo videtur q regulariter non releuetur, & q ita practicatur, vt attestatur Alberi. in d. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. Specul. titulo de seq. poss. & fruct. §. 1. versi. item pone, sed credo etiam ego q indistincte teneatur satisdare per hoc statutum. vide Curtium in tractatu de seque. q. xiiij. vbi etiam tradit alios modos, seu casus in quibus resoluatur sequestratio.

c ¶ De custodiendo. Caue quia hoc statuto non fit mentio de satisd. de iuditio sisti, & iudicato soluẽdo, prout in superiori statuto exigitur, & etiã de iure communi per l. si fideiussor. §. fi. vbi glo. ff. qui satisd. cogãtur. Et iterum caue, quia hæc forma de custodienda, & de exhibenda re cadit tantum vbi debita esset res, secus si pro pecunia res sit sequestrata.

d ¶ Verus possessor. Etiã dicitur qui iniuste posider, quia eo ipso, q posidet plus iuris habet, quam is qui non posidet, uel dennet. l. ii. ff. vti posid. nunquid autem posit appellari, & quem effectum habeat appellatio, & quotiẽs appellari posit colliges, ex decis. Aug. Bero. q. 91. vbi loquitur formaliter circa hoc statutum.

e ¶ Tenenti. Et hoc non fit in controuersia, puta colono, depositario, vel commodatario, si forte sequestratio fuisset facta occasione proprii debiti, nec curaret reuocari sequestrationem, nec pręstare satisdationem. Aliqui intelligunt simpliciter, quod in concursu vtriusq; volẽtis satisdare pferatur verus possessor deterori, cui possessori restituatur res sequestrata auferendo illã a detẽtore, qd est pulchrum dictũ.

f ¶ Pleniorem. Dicitur plenior probatio per plures, & meliores testes, iuxta. l. ob carmen in fi. ff. de testib. vel quando vnus probauit ab antiquiori possessione, quia secunda præsumitur clandestina, cum duo insolidum posidere non possunt l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. vel quando vnus ostendit iustum titulum suę possessionis, ad theoricam Bar. in l. si duo. ff. vti posideris cum ibi additis per Alex. sed si vterque est par in probatione pronunciandum esset sequestrationem

fore

da, & quolibet ipsorũ ipse qui satisde derit[a], & eius fideiussores compelli possint ipso facto per dictum iudicem, seu Officialem, & successorẽ quibuscunq; remediis opportunis. ¶Si autem fuerit aliquis qui dicat debitorem suum, uel eius pro quo comparuerit non esse soluendo insolidum, uel pro parte, & non possidere bona immobilia[c] sufficiẽtia[b] ad solutionem sui debiti (quæ omnia debeant in actis scripta apparere, ut supra, alias non ualeat ut supra) possint ipsius debitoris bona mobilia sequestrari pœnes idoneam personam, ut supra, si tot reperiantur sufficientia ad ualorem, & seu æstimationem quantitatis petitæ, alias sequestrentur ea quæ reperta fuerint. Et ille pœnes quẽ fieret sequestratio teneatur ipsam sequestrationẽ recipere, si eidem fiat traditio rei sequestrandæ, uel sequestrarius fuerit confessus, ut supra, & etiam de sequestratione, & traddictione, confessione, & aliis credatur, & procedatur, ut supra: ipso creditore, uel alio pro ipso ueniente, ad cuius petitionem petitur fieri ipsa sequestratio, iurante ut supra: & quod timet de ipsorũ barratatione, uel ipsius debitoris discessu. ¶Si autem[d] detentus fuerit aliquis pro suspecto, uel facta fuerit sequestratio de bonis alicuius, & postmodum probatũ fuerit uel appareat dictum debitorẽ possidere tã quam sua[e] propria bona immobilia ualentia quantitatem dicti debiti pro quo sequestratio, uel detentio facta fuerit sciente dicto creditore, uel uerisimiliter scire debente iurãs suo, uel alieno nomine incidat pœnam quinquaginta librarum bonon. cuius pœnæ medietas applicetur ei de cuius bonis facta fuerit sequestratio, uel detẽtio, si fuerit detentus, & alia medietas Cameræ bonon. & nihilominus ad damnum, & interesse ipsius detenti, uel cuius bona fuerint sequestrata teneatur. ¶Et si non constiterit per sententiam ante sequestrum, uel postea ipsum esse creditorem, ad cuius petitionem prædicta processerint infra tempus instantiæ

fore relaxandam ad fauorẽ illius rei qui innititur ex præsenti statu & ex summarissimo possessorio iuxta cõsi. Pau Cast. terriũ lib. ii. & p Cagn. in l.in pari causa de reg. iuris, Neuiza. cõs. 81. intellige saluo iure utriusque partis tam proprietate quam in possessione vt per Inno. in c. in presentia de probat. & Bald. in. l. ordinarii .C. de rei vendica. qui allegat plerosque docto. ad hoc; et Iass. decis. 9.

a ¶Satisdederit. Hoc refertur ad casum quando agitur de reuocatione sequestri iam præstita satisda. pro parte vtriusq;.

b ¶Sufficientia &c. Nota istud expressum esse ad tollendã difficultatem, quæ est inter Doc. & gl. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogant. glos. n. uolebat, q vt quis releuaretur a satisdando de iodicio sisti necesse erat q bona immobilia essent sufficientia ad debiti solut. Bal. vero, & alii tenent, vt ibi Ias. refert nu. 21. sufficere q talia bona sint vt cesset probabilis suspitio fugæ.

c ¶Immobilia. Subaudi in hac ciuitate, vel comitatu, vel in alio loco, vt magis cõmuniter tenent doc. in l. sciẽdum. ff. qui satis. cog. si tamen essent in loco periculoso, seu ruinoso, aliđ ẽ vt ibi notatur, Quid si possideret multa bona mobilia, quæ de facili exportari non possunt, Bart. & doc. in d. loco tenent sufficere ad euitãdũ satisd. illam: pariter ego dico sufficere ad euitandum sequestrationem.

d ¶Si autem. Hęc est secũda pars huius materiæ, vbi. dd. statuentes concedunt posse fieri sequestrationem de bonis debitoris ad quantitatem, contra. l. i. col. C. de prohi. seq. pecu. quæ dicit oportet debitorem primo cõuinci, & sic deinde ad solutionẽ pulsari, quã rẽ non solũ iuris rationi, sed & ipsa æquitas psuadet, sed profecto prudentiores fuerunt nostri statuentes, quia stante suspicione iurata, & imminentibus pœnis hic appositis creditori mendacium dicenti, iustum, & æquum fuit ita statuere per eand. rationem, quæ consideratur a iure communi, quãdo petitur res mobilis a debitore, qui non possideat immobilia, & sit suspectus de fuga, uel barratatione, & admittit Abb. in c. 2. de seq possessionis, & fructuum q propter equitatem maiorẽ recedi possit ab ęquitate d. l. vnicę; nam ęquo æquius inueniri potest. l. si seruus cõmunis. §. quod vero. ff. de furtis gl. in. l. 1. in verbo ius in fin. ff. de iusti. & iure.

e ¶Tanquã sua. Et ideo creditor penes quem est res pignorata tanti quanti valet reputandus est, ut suum possidere ad ca quę scribit Ias. in. l. sciendum §. 1. in fin. ff. qui satisd. cogan. Alexand. in l. 1, §. per seruum el a. versicu. vna tamen datur limitatio. ff. de acquir. possessione.

ſtantiæ cauſæ principalis, ipſo iure, & facto cadat talis qui dixerit ſe creditorē, ſeu tutor[a] pro pupillo in pœnam librarum uigintiquinq; bonon. & de facto ipſi auferendā, & applicandā parti leſæ, ut ſupra, & ad refectionem damni parti læſæ: & nihilominus ſequeſtratio reuocata ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure. ¶Declarantes quod ubi ex ſacramēto, uel propter ſacramentum Tutoris, uel Curatoris, generalis[b] uel legitimi adminiſtratoris[c] pœna prædicta committatur, exactio fiat duntaxat ab ipſo Tutore[d], uel legitimo adminiſtratore. Et dicta pœna afficiat ipſum talem Tutorem, Curatorem, uel legitimum Adminiſtratorem in ſua perſona. ¶Si uero fuerit dominus directo, utilis[e], uel quaſi[f], uel poſſeſſor alicuius petiæ terræ, uel alius[g] qui dicat cum iuramento, ut ſupra, laboratorem ipſius petiæ terræ, uel emphitheotam, ſeu conductorem ipſius petiæ terræ ſuum debitorem eſſe, nec eum habere alia bona, unde poſsit ſibi ſatiſfieri quam de fructibus pendentibus dictæ petiæ terræ, ſeu iam a ſolo ſeparatis poſsint dicti fructus ad dictum debitorem laboratorem, uel emphitheotam ſpectantes recommendari penes Maſſarium Terræ, ſeu Villæ in qua eſt pōſita dicta petia terræ, uel penes aliam idoneam perſonam, ubi non ſit Maſſarius: & ipſorum cuſtodia, & perceptio committi eidem, quos poſtea Maſſarius, uel alius ſequeſtrarius per ſe, uel alium recipere, & cuſtodire poſsit, & teneatur ſumptibus dictorū fructuum. Et non poſsit, uel debeat per debitorem, uel alium quolibet impediri, & in prædictis pœna poſsit imponi arbitrio Iudicis adhibiti pro prædictis. ¶Ita tamen quod prædicta talis ſequeſtratio, uel recommendatio fructuum non præiudicet domino, uel poſſeſſori, ſeu locatori[h] rei in qua ſint fructus[i] prædicti pendentes, uel exinde percepti circa ſuum debitum, in quo dictus laborator, colonus, uel affictuarius eidem teneretur occaſione[k] laboraturæ, aut conductionis, uel affictus rei prædictæ in qua penderent, uel ex qua percepti eſſent fructus prædicti. In quibus fructibus ius dicti domini, poſſeſſoris, ſeu locatoris cæteris aliis creditoribus[l], etiam in iure ſuo prioribus præferatur, & prælatum eſſe ipſo iure intelligatur. Non obſtante quod iura aliorum creditorum ſint illi priora in tēpore, uel aliter priuilegiata, & etiam non obſtante quod du-

rer

a ¶Tutor. Subaudi, vel curator, uel alius legitimus adminiſtrator, ut patet ex inferioribus.

b ¶Generalis. Referas ad inferius verbum adminiſtratoris, non autem ad ſuperiora.

c ¶Adminiſtratoris. Qui autē ſint legitimi adminiſtratores, i. a lege cōſtituti, vltra tutores, uel curatores recurre ad not. i. l. præſes C. de trāſactio.

d ¶Ab ipſo tutore. Paſsiue, facit. l. non eſt ignorū C. de adminiſtr. tutorū Bar. in. l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. col. ſi.

e ¶Vtilis. Vt ēphiteota, Vaſalus Superficiarius l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphiteo. petatur.

f ¶Quaſi. Is dicitur quaſi dominus cui competit publiciana, qui habet titulum a non domino. §. aliæ autem inſtit. de acti. Barto. in. l. ſi mater §. eandem. ff. de excep. rei iud.

g ¶Alius. Si intelligas ſimilis qualitatis, ꝓut importat huiuſmodi dictio ad. l. ſi fugitiuus. C. de ſer. fug. planum eſt: ſi uero intelligas, alius quilibet, non eſt abſurdum, & ſecundum hoc recte conuenit verſic. ita tamē infra ſeq.

h ¶Locatori. Qui etiā de iure habet tacitam hypothecam. l. in prædiis. ff. in quib. cauſis pigno. ta. contrah. et. l. ſi in lege. §. ſi colonus. ff. locati, vbi ampliat ēt ſi conductor alii colendum dederit, nā fructus (inquit text.) in cauſam pignoris manent, quemadmodum ſi primus colonus pcepiſſe, vide omnino Neguſan. in trac. de pign. in 4. membr. ſecundæ partis num. 141.

i ¶Fructus. Iaſ. in. l. item quia nu. 15. ff. de pactis intelligit i fructibus naturalibus, ſecus in induſtrialibus allegat ita tenere Bart. in. l. aſsiduis col. 2. verſ. quæro an habeat locum tacita hypotheca. C. qui po. in pig. hab.

k ¶Occaſiōe laboraturæ. Sed per ſtatutū infra de pœna non laborantium poſſ. idem in quocunq; alio credito, ex quacunque cauſa.

l ¶Creditoribus. Siue perſonalibus tantum, ſiue etiam hypothecariis, qđ eſt magnum dictū, quia nec mulier in dote ſua præfertur creditoribus habētibus expreſſam hypothecā, iuxt. cōem opi. de qua in. l. aſsiduis. C. qui po. in pign. hab.

ret adhuc tempus laboraturæ, uel locationis rei, & per consequens non uenerit tempus restitutionis talis debiti dicti laboratoris, uel conductoris. Sed in eo dun taxat quod excedit ualorem dicti debiti ipsius domini, possessoris, seu locatoris procedat dicta sequestratio, recõmendatio, uel commissio. ¶Si uero is contra quẽ facta fuerit sequestratio aliqua, seu recommendatio fructuũ prædictorum, uel alias quilibet fuerit tantæ temeritatis quod fructus ipsos sequestratos, uel recommendatos in totũ, uel pro parte collegerit, uel exportauerit, seu colligi uel exportari fecerit de, uel ex petia terræ, seu fundo in quo tempore sequestrationes pendebant, uel alibi pœnes sequestrariũ in ipsorũ fructuũ perceptione, retentione, custodia, uel conseruatione impediuerit, inquietauerit, uel molestauerit incidat[a] pœnã ipso facto centũ libr. Bon. a quolibet prædictorum per Iudicẽ, de cuius mãdato facta fuerit ipsa sequestratio, seu recommẽdatio, de facto absq; aliquo processu auferẽdam cuius pœnæ medietas Cameræ Ciuitatis Bononiæ, & alia medietas parti[b] ad cuius petitionem fuerit sequestratio, seu recommendatio prædicta applicanda sit: & quã pœnam dictus Iudex requisitus ad querelam, uel petitionem eius ad cuius petitionem facta fuerit, sequestratio, seu recommendatio, exigere omnino teneatur. alias teneatur eidem ipse Iudex ad damnum, & interesse. Saluis aliis dispositis in hoc statuto, & nihilominus talis contrafaciens compellatur de facto remediis opportunis ad restituendum, & reponẽdum fructus prædictos in locum pristinũ. ¶Si uero quæstio, uel cõtrouersia sit inter aliquos de possessione alicuius petiæ terræ, quam utraq; pars dicat se possidere, uel si timeri dicatur ne propter possessionem alicuius rei immobilis partes perueniant ad arma,[c] & rixam, uel si timeri dicatur de depopulatione[d] fructuum alicuius rei immobilis in præiudicium alicuius, qui ipsam rem dicat possidere, uel cuius rei dicat fructus ad se spectare, possit absq; præiuditio possessionis alicuius partium eodem modo ipsorum fructuũ[e] pendentium recommendatio, & commissio fieri penes Massarium Terræ, uel Villæ, in qua est dicta petia terræ; uel aliam idoneam personã, ut supra, Qui Massarius dictam sequestrationem

a ¶Incidat. Requiritur tamen declaratio arg. c. Accusatus. §. in eo vero de hęreticis ĩ 6. et ꝙ ibi Io. And. iuncto. c. vergentis eod. titu. in antiquis nor. in c. cum secundũ de hęreti. in 6. per Domi. meminit Alex. in. l. si qs maior. C. de trãsact. vide in clem. vnic. d seq. poss. & fructuũ. §. si quis autẽ. et rationẽ ibi p Cardi. 9. q.

b ¶Parti. Ergo superiora non adaptãtur quãdo is ad cuius petitionẽ facta fuit sequestratio aliquid supradictorum fecisset c. quia frustra de vsuris. l. si ab hostib. §. 1. ff. sol. mat.

c ¶Ad arma. l. equissimũ ff. de usufruc. & ita tenet Bar. esse de iure communi in. l. sed si usufruc. §. sed si inter duos. ff. de vsufru. vbi dixit ꝙ iudex poterit utriq; parti prohibere igressum, ne partes ueniant ad arma Bar. in. l. final. de edic. diui Adri. toll. Specu. titu. de seq. poss. & fruc. §. 1. versicu. sed nũquid: doc. in c. 2. de sequestrat. poss. & fruc. hic tamen nullum verbum de prohibitione ingressus; sed satis est ꝙ nõ uetatur per statutum quin iudex possit prohibere d. ingressum.

d ¶De populatione. Habetur idẽ de iure per. l. imperatores ubi not. ff. de appell. per Abb. in c. 2. & fin. de seq. possess. & fruc. per doc. in d. l. vnic. C. de prohib. seq. pecu. vbi Curtius in secunda fall. ad regulam negatiuam, & Bald. in. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. in fi. dixit ꝙ dicitur quis dilapidare qui conuertit fructus in sui utilitatem allegat archi. 2. q. 6. c. quotiens.

e ¶Fructuum. Caue quia per recommendationem fructuum tantum prouidetur circa timorem depopulationis, nõ autẽ semper prouidetur ne partes ad arma deueniãt, qñ unusquisque contendit se possidere, & propterea cupiat quilibet demõstrare aliquos actus possessorios iõ iura tradiderũt modũ videlicet, ut iudex aduocet possess. citra p̃iudiciũ possessionis cuiuslibet partis, Bald. in c. 1. col. 2. de seq. poss. per c. quia res 11. q. 1. qui cõsulit possessori, ut protestetur ius suum saluum fore, tam in poss. quã in proprietate, per. l. interdum de acquirẽ. poss. & dicit Panor. in cap. 2. de seq. poss. & fructuum ꝙ quando ęquitas, uel causa habet mouere iudicẽ ad sequestrãdum potest fieri sequestratio, & sic est generalis limitatio ad omnes casus.

tionem recipere teneatur, sub pœna librarũ uigintiquinq; Bon. Cameræ Boroniæ applicanda. ¶ Et si ipse Massarius, uel alia idonea persona, ut supra penes quam facta fuerit recommẽdatio, & commissio dictorum fructuum pendẽtium comparuerit infra tertiam diẽ a die recommendationis prædictæ, & commissionis penes eum factæ, & dixerit suo sacramento, quod ex impedimẽto alterius potentioris, non potest ipsos fructus custodire, & saluare nominando impedientem: tunc ille impediens, & etiã ille qui terram possideret, uel detineret debeant citari, & si comparuerint teneãtur [a] satisdare, uidelicet ille quem Iudex elegerit ex prædictis, de ipsis fructibus custodiendis, & saluandis, & exhibendis ad uoluntatem iudicis prædicti, seu officialis, sub pœna per ipsum iudicem, seu officialẽ statuenda. Et ille qui satisdederit habeat omnes fructus, & redditus, & si ambo satisdederint, uel nullus eorũ satisdederit, tunc fructus, & redditus recolligantur per Massarium illius terræ, & per eum conseruẽtur, donec decisum fuerit cui debeant assignari. Si autem nõ comparuerit persona citata, tunc multetur per Vicariũ domini Potestatis in centum libris Bon. & plus, & minus secũdum qualitatem facti, & personarum conditionem, & ponatur ad discum Vrsi. ¶ Sed si dictus Massarius, uel alia persona idonea penes quã facta esset recommendatio, seu commissio fructuum pendentium non comparuerit infra dictũ tempus, ut supra dictum est, teneatur perinde ac si confessus esset, & fuisset in iudicio dictam recõmendationem, & commissionẽ penes eum factam esse, & se eam recepisse. ¶ Et eo casu quo ipsa recommendatio, seu commissio fructuum pendentium facta esset penes dictum Massarium, uel alĩam personã, ut supra, possit ipse Massarius, uel alius, ut supra, expensis [b] ipsorũ fructuũ colligere, seu colligi facere fructus, & redditus sequestratos, & alia necessaria facere pro ipsis fructibus recolligendis, & conseruandis [c] pro quibus expensis possit ipsos fructus retinere, donec fuerit sibi satisfactũ: de quibus expensis sacramento Massarii, uel alterius, ut supra: credatur iudicis taxatione præmissa. ¶ Sed si cõtingat inter aliquas personas quæstionem oriri super aliqua re immobili [d] in qua sint fructus pendẽtes oblato libello super petitione, seu aduocatione ipsius rei ad petitionem alterius partium, uel sui procuratoris possint etiam ipsi fructus pendentes describi [e], ut sciatur quot, & qui

fructus

a ¶ Teneantur. Coguntur ad satisdandum isto casu præcise, quod non fit in alijs superioribus, & hoc propter impedimentum iam præstitum circa conseruationẽ rerum sequestratarum.

b ¶ Expẽsis. Nec enim debet impendia facere, sed prorsus absq; dãno cõseruari, bonus tex. in l. fi. §. sin autem. C. de bo. auth. iudicis possid. quem ad id expẽdit Bal. in l. si oleum col. 1. ff. de dolo, & sequitur Franc. Cur. senior in l. 1. in 2. q. C. de prohi. seq. pecu. quo fit vt aliquando iudex possit cõstituere certam mercedẽ, si videt sequestrarium ob custodiam hmõi aliquod incõmodum pati: qd. n. si cogitur propria negotia derelinquere, aut alios ad seruãdum depositum substituere: arg l. 1. C. de prębẽdo salario lib. 10. & l. mulier in opus salinarum. ff. de c. p. & post sim. reuersis, & l. a tutoribus. §. vltim. & quod ibi not. Bart. ff. de admi. tut. sequitur Barba, cons. 71. lib. 4 et Franc. Curt. Senior in trac. seq. q. 24. & Saly. in l. vnic. C. de prohib. seq. pecu dicit sequestrarium cõducere posse unum domum necessariam pro custodiẽdis fructibus, Rebu. arti. 3. gl. 4.

c ¶ Conseruandis. Et adde si nõ possunt cõseruari, quia corrũperentur uendi debent ex commissione iudicis, & pretium deponi, bonus tex. i. l. licibus ibi itẽ per officiũ iudicis fructus uendãtur & pręcia eorum secundum dictum modũ deponantur. C. de agric. & censitis lib. 10. l. is cui §. qui legatorũ. ff. vt in possess. legatorum, ubi tex. pulcher.

d ¶ Immobili. Hic loqtur quando certum est reum cõuentũ possidere, quia tunc non est iustũ sequestrari fructus in pręiudicium possessoris ad. l. penul. de aqua cotti. & ęstiua: Et per Papiens. in libello sequestrationis.

e ¶ Describi. Vide Bart. in l. imperatores. ff. de appellat. et p Curt. in eod. tract. num. 15. vbi ponit pulchrã limitat. quã hic aliter non refero: per Petrum Rebuff. in trac. art. 1. glo. 2. nu. 9.

a ¶ Ex suo mero. Magnũ quidem est, quod hic statuentes uolunt, quia est contra æquitatem, & iura, Bald. in terminis in l. vnica C. de prohi. seq. pecun. versicu. & est alia qui dicit quod ubi est res cõtentiosa pro poss. fieri potest sequestratio off. iudicis etiam utraq; parte contradicente, ut quãdo sunt in procinctu armorum. l. æquissimum ff. de usufr. l. fina. de off. procu. ecl͡a. ideo refero hanc particulam ad proximum casum duntaxat. cogita.

b ¶ Non possit. Sapit aliqualem vigorem, & in odium creditoris negligentis prosequi ex primo, & querentis molestare sæpe ipsum debitorem ostensum, vide. l. si is à quo §. fin. ff. ut in poss. legatorum.

fructus sint descripti, & fiant duæ descriptiones, una primo a quot sunt tornaturæ terræ blauatæ, & cuius bladi, uel aliorũ fructuum, & quot, & quales arbores. Secundo fiat descriptio tempore quo colligentur dicti fructus, ut sciatur qui, & quot, & cuius æstimatiõis sint ipsi fructus. ¶ Et præcipiatur possessori sub pœna arbitrio iudicis tempore primæ descriptionis, quod ipsos fructus colligere non debeat, nec colligi facere, seu permittere sine licentia dicti iudicis. Et tempore ipsius licentiæ postea dandæ ordinetur de die quo ipsi fructus debuerint percipi, & ea die ibi esse debeant qui secũdam descriptionem faciant, ita quod postea tempore ferendæ sententiæ super ipsa re petita cum fructibus, uel super solis fructibus ex ipsis descriptionibus sciatur quot, & qui fuerint ipsi fructus, & eorũ æstimatio. Quibus descriptionibus fides adhibeatur, & detur. ¶ Saluo quod in quolibet suprascriptorum casuum ex sequestratione, recommendatione, commissione, seu descriptione facienda neutri partium generetur præiudicium circa proprietatem, seu possessionem rei sequestratæ, seu descriptæ. ¶ Quæ sequestrationes, seu recommendationes, commissiones, & earum reuocationes, ac etiam descriptiones fieri possint, & etiam in eis procedi, etiam pro prædictis parte non citata, nisi ut supra dictum est, etiam tempore feriato. ¶ Et quotiescunque facta fuerit sequestratio, recommendatio, uel commissio, teneatur pars ad cuius petitionem, uel in cuius fauorem facta fuerit ipsa sequestratio, recommendatio, seu commissio, porrigere petitionem suam, & partem citari facere ad accipiendum copiam petitionis ubi petitio porrecta non fuisset coram iudice, uel officialibus, coram quo uel quibus agere intendit super iure, cuius occasione sequestratio ipsa, uel aliquod prædictorum facta, uel factum fuerit infra quinque dies a die ipsius sequestrationis, uel alterius prædictorum proxime subsequentes. Et ipsam successiue prosequi teneatur, ita quod causa terminetur infra tempus instantiæ secundum formam nostrorum statutorum, ubi pars aduersa comparuerit, alias terminetur infra triginta dies utiles ad causam a die porrectionis dictæ petitionis inchoandos. alias elapsis dictis diebus, uel instantia, & ipsa petitione non porrecta, uel non prosecuta, ut supra: non teneat ipsa sequestratio, recommendatio, seu commissio, nec etiam satisdatio pro prædictorum reuocatione præstita, sed ipso iure reuocatã, & reuocata sint, & esse intelligantur. Et nihilominus ipse non prosequens, ut supra teneatur parti aduersæ in expensis causæ prædictæ declarandis per iudicem. ¶ Declarantes quod nullus officialis Communis Bononiæ possit aliquod prædictorum facere ex suo mero officio[a] nullo hoc petente, uel instante qui sua diceret interesse. ¶ Dicimus etiam quod ex eadem causa, & ad petitionem eiusdem personæ, uel habentis causam ab ea amplius quam semel de eadem re, uel de fructibus eiusdem rei, & eiusdem anni quo facta fuerit sequestratio prædicta non possit[b] fieri sequestratio, & facta ipso iure non ualeat, & fieri faciens eandem pœnam incurrat, ut supra. ¶ Præterea Ordinamus quod uolens aliquem suum

debitorem[a] ratione suspicionis[b] facere personaliter[c] citari ad satisdandum, & si non satisdederit ipsum facere detineri[d] seu carcerari teneatur, & debeat ante omnia de eius credito[e] fidem facere[f] per productionem instrumenti[g], seu

a ¶ Debitorem. Intellige de aliqua summa considerabili Ias. in l. sciendum nu. 11. ff. qui satisda. cogan. allegando plura similia, & Caccialup. in tract. de debit. susp. fug. quæst. 3. versicu. 3. utrū. Et putarem quôd modica summa censeatur usq; ad libras tres iuxta statutum supra de præceptis faciendis in conf. §. mandantes. Item non curo siue sit debitor pure, siue in diem, siue sub cōditione. glo. ordina. in l. quæsitum. ff. de pignor. vbi Bar. Matia. declarat titu. de citat. in artic. 20. immo magis est necessaria hæc prouisio in talibus casibus, quia tunc nō bene potest agi ordinarie nondum purificata cōditione, iuxt. l. cedere diem. ff. de verbo. signific. facit. l. i omnibus de iudi & ita malè dicit Alex. consil. 220. perspectis nu. 5. lib. 6. vbi consuluit propriè in terminis nostri statuti.

b ¶ Suspicionis. Debitor dicitur suspectus, qui non possidet immobilia, ut colligitur ex. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. rogan. latius Caccialup. in tracta. de debitore susp. fugi. in prima q. nu. 9. vbi declarat, quod possessio immobilium solet excludere præsumptionem fugæ propter affectionem quam reus verisimiliter habet circa res immobiles argumento. l. si chorus. ff. de lega. primo, non enim sufficit ad excludendam præsump. fugæ quod debitor possideat minimam rē immobilem nec requiritur, quod possideat immobilia, æquiualentia debito de quo agitur, sed sufficit possidere tot aut talia quod considerata eius affectione cesset verisimiliter suspicio fugæ, ita Barto. Bald. & Angel. in l. sciendum ff. qui satisd. rogan. ideo inferunt quod mercator habens magnam apothecam in platea, vel aliquis habens multa bona mobilia magna taliter quod ita facilè occultari non possint, ut puta magnas segetes, & similia non dicetur suspectus. Et suspectus est quis antequam fugere incipiat, aut latitare se præparet, aut suus animus ad fugam dispositus aliter pateat, seu â lege præsumatur, alias nō pōt dici suspectus de fuga, ita Ias. in. l. sciend. nu. 11. ff. qui satisda. cogan. & Caccialup. in eodem tracta. quæst. 3. versicu. 3. verum. similiter si esset pauper tempore quo contractum fuit debitum, vel tunc etiam incepisset dilapidare, ac malè uti substantia sua, non potest iurari suspectus & quamuis statutum nostrum simpliciter loquatur, nihilominus tamen debet intelligi quando superuenit causa suspicionis ex post, ut in terminis dicit Barto. in. l. fina. C. de sponsa. facit etiā quod nota. ex illo tex. Abb. in ca. propter sterilitatem extra de locato. vide Caccialup. in tracta. quæst. sexta, vbi etiam dicit quod si suberat causa suspitionis tempore contractus tamen erat ignota creditori succurri debet ei ut possit iurare suspectum, vel si debitor erat ex quasi contractu, vel delicto ut per ipsum.

c ¶ Personaliter. Citari notant quidam quòd ante omnia tenetur creditor citare debitorem ad satisdandum. Aliqui uero intelligunt quod in primis incipiendum est a captura quando creditor cupit sibi satisdatum iri a suspecto de fuga, ne alias per citationem citius maturet fugam præcogitatam Bald. in. l. si quis curialis C. de episc. & clerir. quod magis placet; tamen litera ista non ita bene portat hāc intelligentiam, nisi adiungas versicu. quæ omnia &c. sed potest utraque opin. practicari secundum uarietatem suspicionum, nam si maximæ sit causa suspicionis procederet quod secundo loco dixi, ut in simi. & ad aliud propositum distinguit Caccialup. in d. tract. q 6. nu. 22.

d ¶ Facere detineri. Pondera ista verba, quia sic nō potest propria autoritate capere, quod de plano procedit quādo non esset suspicio de instanti fuga, quia cum sit copia iudicis competentis debet adiri, nec dicere ius propria autoritate, si uero esset metus instans, & in procincto eundi iudicandum est tunc talis prout de existenti in fuga consequenter capi poterit iuxta l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. creditorum, quia quæ sunt de proximo necessario perpetranda habentur pro factis. l. penult. de m lita. testam. facit. l. si alius §. bellissimè iuncta glo. ff. quod ui, aut clam, ita distinguit Caccialup. in q. 4. nu. 15.

e ¶ De eius credito. In quo animaduertere debet quod si creditor faceret capi debitorem pro maiori summa, quàm esset uerè debitor captura esset nullius momenti Marsil. in terminis in. l fina. num. 42. de iur. om. iudi. allegat Bald. in consi. ut per eum, quod non inuenio, sed faciunt optime nota. l. si non sortem. §. si cētum. ff. de condict. indebiti arguen. de captura pignoris ad capturam personæ, & Caccialup. in tract. quæst. 6. nume. 9. versic. hic formatur. &c.

f ¶ Fidem facere. Scilicet iudici cuicunque etiam in competenti, quod speciale est propter suspicionem, ita dicit Lud. Roma. in. l. 2. ff de iurisd. omn. iudic. argum. d. l. ait prætor. §. si debitorē. ff. quæ in frau. creditorum, latê comprobat Caccialupus in 4. q. princip. sui tracta. in 1. colu. vbi addit q nec etiam huiusmodi suspectus potest opponere exceptionem incompetentiæ, quia sicuti potest capi tempore incompetenti ita & per iudicē incōpetentē arguendo de tempore ad personam ut per ipsum.

g ¶ Instrumenti. Decisa est altercatio inter Paul. Castren. in consi. fina. quod incipit pro pleniori examine col. 2. vol. primo, & Ange. in l. si creditores. ff. de priui. credito. quē sequitur Imol. in. l.

2. in

librorum[a] bene & laudabiliter regulatorum, aut scriptæ priuatæ manu debitoris, seu per testes summarie recipiendos, in casu quo recipi & admitti possint ex forma iuris, & nostrorum statutorum[b]. Et stetur dicti creditoris iuramento[c] de suspitione fugæ, & de deterioratione[d] conditionis[e], & bonorum[f] dicti debitoris, & de aliis[g] de iure requisitis. ¶ Quæ omnia, & singula fieri possint, & ualeant, & admittantur summarie, sine partis citatione[h], & quocunq; die etiã feriato[i], vel

2.in princip.ff.solut.matrimo.quia Paul.requirebat duntaxat fidem proprio iuramento creditoris ad similitudinem quando impetratur primum decretum, Angel.vero, & sequaces fidem per legitimas probationes, summarie tamen, id est parte non citata, iuxta dicta Bartol. in extrauag.ad reprimendum in verbo summarie, prout latè prosequitur Caccialup.in d.6. quæst.nu. 20 cum seq.

a ¶ Librorum. Vnus .n. non sufficeret cum more mercatorio debitores reperiantur descripti in duobus, vel tribus locis.

b ¶ Statutorum. Intelligit de statuto supra de probatio.solutionum.

c ¶ Iuramento. Scilicet a iudice delato, vt dicit Caccialup. in d.q.num. 11.per l.3.in princip. & §.fin.ff. de iure iur. similiter nostri statuentes amplectuntur veriorem opinionem, quicquid uoluerit Bald.in l.apertissimi.C.de iudi. contra quem instat Paul. in allegato consil. pro pleniori &c. intelligendo tamen quod causas suspitionis alleget, & eas proprio iuramento confirmet, ita intelligi debet istud statutum, maxime cum uideatur referre se ad requisita de iure scilicet communi, & sic non sufficeret iurare se illum habere suspectum, vnde si iudex viderit causas esse leues potest reiicere eum, & non concedere capturam .l.si ab arbitro . §.s. ibi insignis calamitas.ff.q satisda.cog.Caccialup. in dicta vii. q. nu. vj. Et dum dicitur creditoris. subaudi, uel illius procuratoris quandoquidem etiam per procuratorem põt ipse fugitiuus capi prout determinat Caccialup.q.4. nu. 17. similis expositio habetur in l.1.C. vbi decuriali, vel cohar. & qualе mandatum requiratur, idem Caccialup.quæst.2.plene tradit.

d ¶ Deterioratione. Si enim in melius conditionem suam mutauerit nõ est suspectus dicendus, argumento eorum quæ ponit Bart.in l. cum quis ff. de solutio.in prima oppositione.

e ¶ Conditionis.i. Status sui, cum nomẽ conditio multis modis capiatur in iure, ut dicit gloss. in l. societatẽ la secunda.ff.pro socio, uel legas absq; expositione, cum plus significet conditio, quàm status, quia status non conuenit seruis, quia nullum caput habent inst. de cap.dimi.§. seruus autem: conditio autem etiam ad seruos, & monachos adaptari potest, ut probatur Instit. de iure personarum. § fin.& in.l.qui cum alio de regul. iur. & in.c.qui ex famulis in fin.liiij.distinct. per Archi.in.c.quamuis in uerbo cõditionis de off. ordi.in vi.vbi tex.hanc differentiam probat dum ponit alternatiuam inter unum, & alterum.

f ¶ Et bonorum. Nota ergo ex his uerbis quod debeat allegari deteriorasse bona, uel conditionem post contractum debitum, quod verum est regulariter argumento l.cum quis.ff. de solutio. l.si is a quo §.fin.ff. vt in poss lega.l. qui bona .§. de illo.ff de dam infect. l.final.§.his illud .C. de spon. vbi Barto.propriè infert ad statuta simpliciter permittẽtia ut possit qs allegari suspectus, quæ intelliguntur quando susp c o causata est, propter contractum, si autem sciebat imputet sibi: sed vide Caccialup. in tract quæst.sexta, ubi nu 2. dicit quod sufficit quod ad notitiam creditoris peruenerit ipsa suspitionis causa etiam quæ ortum habuerit ante, ut Barto. sentit per d. l.fin. & in simi.habetur in ca. pastoralis de excep. & in ca. præsentium de testib. n v .cum simi. in quibus iuribus concluditur quod paria sunt, quid de nouo emergere uel de nouo ad notitia debitoris peruenire. sed argui . potest in contrarium de.l. qui cum alio de regu. iur. facit etiam l.in ciuilem.C.de furtis, & huic non obstat tua decisio Bald.in rubrica . C. de reuo. his quæ in frau.creditor, in illa quæstione de illo qui credidit mercatori in nundinis, si bene inspiciatur, & forte ista fuit opinio nostrorum statuentium, & Ange.infra allegandi: cogitabis tamen. Nec etiã sufficit causam suspitionis emersisse, si creditor sciens tacuit per multum tempus, quia uidetur eius personam approbasse ita singulariter dicit Ange.in.l. si ab arbitro.§. fina.ff. qui satisda.cogan.argumento.l.si creditores versicul. cæterum ff.de pri.credit.quod tempus quantum sit magis est arbitrio iudicis relinqui, ut ibi nota. licet aliquando azo dixerit de quinquennio, ut per Caccialup.in d.q.nu.4.

g ¶ Et de aliis. Nam tria potissimum requisita exprimuntur a Pau.Castren.in consi.vltimo primæ partis, & a Curtio in tract. de prohib. seq. pecu. quæst.7. & latius examinat Caccialupus in 6.q. prin. quæ etiam hic tanguntur explicitè, sed ut dixi supra etiam de causa suspitionis standum est iuramento creditoris, item quod vel causa suspitionis peruenerit ad notitiam eius post contractum, & similia.

h ¶ Partis citatione. Hæc est expositio uerbi præcedentis, ut supra dixi, dum allegaui Caccialupũ in 5.quæst.nu.22.

i ¶ Feriato. Glo.in.l.final.in uerbo feriis C. de feriis quam Barto.& omnes ibi sequuntur, & Bar.

solemni respectu[a] solum capturae praedictae. Et quod talis debitor satisdare uolens teneatur satisdare[b] de iudicio sisti[c], & iudicatum soluendo, & quod aliter[d] non debeat licentiari, uel relaxari.

DE FORENSIBVS PEREGRINANTIBUS non impediendis.



Ordinamus quod aliquis forensis eundo, uel redeundo per Ciuitatem, uel Comitatum Bononiae peregrinationis causa non possit, uel debeat impediri in hauere, uel persona occasione alicuius represaliae[e], uel debiti, quod deberetur alicui Ciui, uel habitatori in Ciuitate Bononiae, uel districtu, uel alteri cuicunque, & sit praecisum[f], intelligendo peregrinum illum,

in.l. ait praetor.§. si debitorem. ff. quae in fraud. credi. & illa glo. est multum notabilis, quia relata ad tex. intelligit de ferijs etiam in honorem dei, quod temperat Paul. Castr. in cõsi. vltimo primae partis, quando allegarentur inditia instantis fugae, forte quia componeret sarcinulas, sed si allegaretur duntaxat carentia immobiliũ, seu quod deteriorasset conditionem non putat die feriato in honorem dei procedendum esse, vt minus laedatur honor diuinae maiestatis, quę est aequa, & iuridica limitatio, quia non potest dici quod periculum sit in mora, tam modici temporis, latè Caccialup. in viij. quęst. multa asserens in medium, quae videri possunt. Adde quod merito subiungit statutum, vel solemni, quod verbum uerificatur in honorem dei, ut Bald. ponderauit consilio 166. statuto ciuitatis lib. 5. vbi subdit ꝙ etiam die similiter feriato potest doceri, ꝙ captura est nulla & quòd statutum, licet non possit generaliter tollere ferias tamen potest distinguere, in aliquibus casibus non habeat locũ, ut per ipsum. Et nota quia argui potest, de tempore ad locum iuxta .l. vinum. ff. si certum petatur, & consequẽter pari modo quod poterit capi in loco alias incongruo, & prohibito, puta in domo, vel in ecclesia, ita Iason nota. infert in d.l. vinum col. 3. versic. hinc infero, post Bald. in.l. plerique in lectura. ff. de in ius uoc.

a ¶ Respectu solum. Istud idem fatentur Doct. vbi supra, quia creditor docere plenarie de debito, postmodum tempore iuridico debet, ita Bart. in d.§. si debitorem, & Ang. in.l. nemo carcerem C. de exact. trib. lib. 10. Imola in l. 2. ff. solut. matri. col. vltima Alexand. in terminis consi. 119. lib. 3.

b ¶ Satisdare. Hoc ideo quia capitur ad finem, vt cautum fiat creditori ut purificato debito possit exigere, l. senatus consulto §. fi. ff. de offic. praesidis. l. si creditores vers. quòd si quasi suspectus ff. de pri. credit. nam si captus fuisset vt soluat debitum iam maturum non deberet relaxari, nisi soluat, ita Bartol. in. l. si pecuniae. ff. vt in possess. legatorum.

c ¶ Iuditio sisti. et iudi. sol. Nota istam formam quandoquidem a pluribus doctoribus controuersum fuit quam speciem satisdationis praestare deberet, aut primam tantum, aut etiam alteram, de qua latissime apud Caccialupum in d. tract. quaestio. 9. referentem multos tenuisse opi. quod sufficiat securum reddere de stando iuri, quae satisdatio subrogatur loco immobilium (dicunt ipsi) et Bart. in d.§. si debitorem versic. vlterius quaero. sed de iure verior est, quòd etiam de iud. soluendo, quia suspitio stat quod non satisfacere possit, & propterea fugam praeparat, ita intellexit Paul. Castren. in .l. nec impuberes .§. qui in ius. ff. de in ius uocã. Caccialup. in dicta q. 9.

d ¶ Et quod aliter. Nunquid ergo non stabitur iuratoriae cautioni si satisdare non possit, pondera clausulam, non aliter, quę formam inducit Bart. in. l. de his. ff. de trãsact. cũ simi. adductis in c. cum dilecta per mod. extra de rescrip. Ang. & Imol. in l. non facile. ff. si cui plus quam per. l. falcidiam, & seruiũt etiam nonnullae ex limitationibus, quas tradit Iason in l. 1. col. penult. ff. qui satisda. cogan. Maius dubium est si uellet dare pignora propter l. plus cautionis in rem est. ff. de regu. iur. Me remitto ad dicta per Iason in d.l. 1. quia est passus disputabilis inter subtiles num. 12. & seruiunt quae subsequuntur ibidem num. 15. cum plurib. seq. non insisto: ego iudicarẽ sufficere, quia pinguius adimpletur l. fi. §. fi. ff. mand. Et in hac difficultate musitat etiam Caccialupus in d. suo tract. quaest. 11. adde Marsil. allegantem aliqua in l. fi. de iur. om. iudi. nu. 126.

e ¶ Represaliae. Quae solent concedi quando rector vel dominus denegat iustitiam facere ciuibus alterius ciuitatis non subdita, habetur 23. quaestio. 2. c. dixit dominus, extat q. Amplissima Alberici de Ros. in prima parte statutorum quęst. 54. vltra trac. Bart. notum omnibus.

f ¶ Praecisum. Intelligitur hoc verbum, idest, irreuocabile, vel inuiolabile Bald. in. l. clari circa medium C. de fideicommiss. & operatur ista clausula, vt per aliud statutum sequens non tollatur de isto non faciens mentionem Card. Floren. in cle. secunda de rescrip. in verbo praecisè, item significat quod non recipiat glosationem hominis. latissimè per Iason. in repe. l. omnes populi nu. 5 r. ff. de iust. & iure, vide Fely. in c. ex parte el primo vers. verbum praecise de rescrip.

¶ Esse

uel illos, qui per Dominum Potestatem Bononiæ declarati fuerint esse peregrini[a], uel alias secundum formā statutorū Ciuitatis Bononiæ, ubi aliquid de prædictis foret dispositum.

DE[b] IIS QVI CVM ÆRE ALIENO[c] malo modo[d] aufugerent, & uenirent[e] ad Ciuit.[f] Bon.



DEcernimus quod si quis de aliqua Ciuitate, Terra, seu loco se separauerit malo modo cum pecunia, uel mercantia, aut rebus aliis, etiam furatis, subtractis, ablatis, aut quomodolibet extortis per se, uel alium, & ad ipsius talis manus peruenerint, & se trāstulerit ad Ciuitatem Bononiæ, uel eius districtū cum rebus prædictis, aut aliquo prædictorum quod ille qui se separauerit, uel transtulerit ad Ciuitatem Bononiæ, ut præmittitur, ubicunque[g] inuenietur,

spect. & fug. in 4. quæstio. nume. 15. temperet illam si modo iudicis copia sit, secus si desit quia tunc eodem modo caperi poterit à creditore, fundans se in generali sermone plurium doctorum, & glosatorum dicentium, debitorem fugientem capi posse, ut glo. instit. de actio. in princ. in verbo in iudicio, & Bart. in d. §. si debitorem, vt per eum latius, tamen dicta doctorum, & gl. debent restringi secundum casum d. §. si debitorem, propter quē ipsi loquuntur iuxta l. non solum §. liberationis verba. ff. de lib. legata.

a ¶ Esse peregrini. Dicunt Doctores quod duplex est peregrinatio, vna mala, quæ est deportatio de qua in l. 1. C. de hæredi. insti. & in. l. sed & hac §. sed si per pœnam. ff. de in ius uocādo Alia bona, de qua loquitur tex. §. fina. inst. de hæredi, instituen. vbi glo. exemplificat in his, qui uisitāt limina D. Iacobi, Petri, vel Pauli, concordat quod dicit Bar. in auth. omnes peregrini. C. cōmunia de success. dum inquit peregrini cognoscuntur quando habeat burdonem, & Scarsellam, habemus tex. in ca. si quis Romipetas 24. q. 3. & de his loquitur statutum nostrum fundatum fauore religionis argumento. l. sunt personæ de relig. & sump. fu. Aliquando verbum peregrinati ponitur largius pro absentari simpliciter per l. ciues C. de incolis lib. 10. Barto. in l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiecerūt vel effud. & venit istud statutum ad limitationem eius quosd. dixerat in statuto supra de sequestr. bonorum forensium.

b DE. Statutum supra de sequestrationibus §. final. loquutū est de Suspectis de fuga, hic de uerè fugitiuis, quia suspectus de fuga est quis antequam fugere incipiat, aut latitare se præparet, aut suus animus ad fugam dispositus aliter pateat, seu â lege præsumitur; Fugitiuus autem est, qui in ipso actu fugæ vicium mentis deduxit, vt probatur in. l. fugitiuus. ff. de verbo, signifi. & l. quis sit fugitiuus. ff. de edil, edict. Et notabis quod creditor potest propria autoritate capere debitorem fugitiuum cum pecunia, vel specie sibi debita, vt tantum auferat rem suam, vel etiam sibi debitam, ita loquitur, & intelligitur. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. creditorum, & tunc si copia iudicis haberi nō possit, & apprehensare sine iudice debet iudici præsentari, vt declarat Ang. in l. nemo carcerē C. de exac. trib. lib. x, At vbi debitor aufugit absque re creditoris, vel ei debita, sed tantum est obligatus personali obligatione ad pecuniā, vel aliud in genere, tunc non licet creditori capere debitorem fugientem, ita Ang. vbi supra, quia hoc non reperitur iure cautum, quæ opi. mihi satis placet, licet Caccialup. in tracta. de debito. su-

c ¶ Aere alieno. Illud proprie est quod aliis debetur l. subsignatum §. bona. l. cedere diem. §. 1. ff. de verbo. significatio, & non magis respicit debitum certarum pecuniarum, seu rerum quàm debitum in genere, vt prædicta iura demonstrant, nam æs alienum vniuersum patrimonium respicit. l. si fideicommissum §. tractatum. ff. de iud. Et ista rub. sic declarata dat intelligentiam nigro, ut generaliter procedat in quocunq; fugiente etiā sine pecunia, uel re nostra, vel nobis debita, dūmodo sit nobis debita in genere licet nigrum in principio aliud innuere uideatur, sed postea paulo infra in duobus locis utitur verbo creditore, quod separat & distinguit, ab his qui dicerent & ostenderent dictis res, & bona ad ipsos spectare, & pertinere, quæ verba expono, uel iure dominii, vel iure actionis, si sit obligatio ad eam dandam, vt est casus in l. verbum illud pertinere in fi. ff. de uerb. significatio. & huic generali intelligentiæ Inseruit dispositio iuris communis secundum quam licitū est cuique conuenire debitorem fugitiuum eo in loco ubi repertus fuerit, quia sortitur forum vbique ut dicam in glo. in uerbo prorogasse.

d ¶ Malo modo. Idest animo non amplius reuertendi ad patriam, & fraudandi creditores, uel dominos rerum.

e ¶ Et uenirent. Etiam animo firmandi domiciliū in hac ciuitate, quia non fruuntur aliqua prærogatiua in hoc casu ut infra statuto sub rub. Quomodo. & qualiter §. et ut ciues.

f ¶ Ciuit. Vel eius comitatum ut in nigro.

g ¶ Vbicunque. Etiam in hospitio, quia ta'is

posſit & debeat capi, & detineri ad petitionem ſuorũ creditorum, uel aliorũ, quibus dicerentur [a] tales pecuniæ, res & bona [b] ſpectare & pertinere, uel aliorum qui pro eis legitime interuenerit. Nec relaxetur niſi ſe concordauerit [c] cũ ſuo creditore uno, uel pluribus, aut cũ iis qui dicerent, & oſtenderẽt dictas res & bona ad ipſos ſpectare, & pertinere, uel eidẽ, uel eiſdem uni, uel pluribus ſatiſdederit de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo. ¶ Et dominus Poteſtas Bononiæ, qui nunc eſt, uel pro tempore fuerit, & ipſius iudices de cauſis ciuilibus cognoſcentes ad petitionẽ cuiuslibet cuius intereſſe diceretur, uel alterius pro eo legitime uenictis huiuſmodi homines detineri, faciant & capi. Et talis ſe ſeparans uel transferens, ut ſupra, intelligatur prorogaſſe [d] iuriſdictionem Poteſtatis Bononiæ, & eius iudicum de cauſis ciuilibus cognoſcentium eo ipſo quod intrauerit Ciuitatẽ uel diſtrictum Bononiæ, uel ibidem repertus fuerit. Saluis ſemper decretis, & cridis factis, & emanatis dicto tempore, & aliis conceſsis uenientibus ad habitandum in Ciuitate, uel Comitatu Bononiæ, per ſtatuta Bononiæ.

DE SVRREPTO PER FILIOS, & alios deſcendentes ſuis aſcendentibus.



Tatuimus, quod ſi aliquis ſurripuerit aliquid patri [e] uel matri, aut alii aſcendenti ſuo, uel fratri, aut patruo, uel conſanguineo cum quibus fratre, patruo, uel conſanguineo habitaret in eadem familia talis, cui ſurreptum fuerit, a quolibet poſſeſſore illud ualeat recuperare & uendicare, etiam nulla præſtatione [f], ſeu datione pecuniæ facta poſſeſſori. Et ſuper hoc procedi poſſit, & ualeat omni tempore, etiam feriato [g], de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

contractatio inuito domino fit, ergo furtum vnde ſumus extra priuilegium conceſſum à lege, l. nemo de domo .ff. de regul. iur. l. plerique ff. de in ius uocan. per gl. ĩ l. ſed et hę. ff. illo ti. eod. per Caccialupum in tracta. de debit. ſuſp. fug. q. 7. vbi remiſsiue.

a ¶ Dicerentur. Subaudi & probarentur ad gl. in rub. ff. ſi quad. rup. pau. fe. dica. glo. in l. laudabilem .C. de ad uoca. diuer. iudi. Alexan. conſil. 78. volum. v. ſ. facta fide ſummarie, vel ſaltẽ proprio iuramento iuxta. l. theſaurus. ff. ad exhibendum.

b ¶ Bona. Quæri poteſt hic quid ſi uendat qs rẽ mercatori habita fide de prętio, qui poſtea fugã arripuit, an ille in dd. rebus præferatur aliis creditoribus perſonalibus? Item an res emptæ de pecunia mea ſint mihi obligatæ? has qq. abundẽ diſputat Roma. in. l. ſi cum dotem. §. trãſgrediamur ff. ſolut. matrim. non poteſt præciſe referri determinatio quia varia eſt ſecundum caſus uarietatẽ.

c ¶ Concordauerit. Quid ſi concordauerit cum retentione tantum pro libra, an poſsint poſtea creditores repetere retentũ? dic qđ ſic videlicet cõdic. ob turpem cauſ. ita Marſil. ſingu. 432. incip. ſępe contingit poſt Lud. Roma. & Alexan. in. l. fi. vbi Iaſ. etiã. ff. de condic. ob turp. cauſ.

d ¶ Prorogaſſe. Nam in tali fugitiuo habet locum illud dictum domini noſtri, vbi te inuenero ibi te iudicabo de quo meminit glo. in. l. 1. in verbo reperiũtur C. vbi de cri. agi. op. & not. Bal. in l. 1. C. vbi quis de curia. vel coarth. vide Ang. ĩ. l. nemo carcerẽ col. C. de exa. trib. & videatur Iaſ. in terminis per Caccialupum in tract. de debit. ſuſp. fug. q. 7. Et nota hic tacitam prorogationẽ inic fictam à lege, & plura de tacita prorogatione quibus mod. inducatur ordinate per Rob. Maran. in ſua practic. 12. diſtin. ſub 4. parte operis.

e Patri. Qui de iure furti agere nõ poteſt .l. nec cum filio. ff. famil. hęrciſcund.

f ¶ Nulla præſtatione. Hoc non eſt nouum ius qa regulariter dominus quiſquis ſit ille vendicat rem ſubtractam etiã nullo oblato pretio. l. in ciuilem C. de furtis, facit bonus textus in l. ſi mancipium C. de rei vendicat. diſcat enim emptor cautius negotiari habetur in .l. q cũ alio de reg. iu.

g ¶ Etiam feriato. Feriarum hominis non Dei, ſeu eccleſiæ, quibus forte ſtatuta laicorũ nõ poſſunt derogare, niſi in magnis cauſis, puta, criminalibus iuxta. l. prouinciarum. C. de feriis vbi Bald. & Batt. & quæ ſcribit Signo. cõſ. 242. ĩcip. quia per ipſum nu. 11. & clarius conſi. ſeq. col. 1. & conſ. ſeq. num. 7. ac ſeq. conſi. num. 6. dixi tamen in ſtatuto de ſequeſtra. §. final. in glo. feriato quôd etiam die feriata in honorem dei poteſt capi ſuſpectus de fuga

¶ Satiſdatione

DE SATISDATIONE PRAESTANda [a] a conuenientibus subditos [b] iurisdictioni Communis Bononiæ.

STatuimus quod quicunq; non subditus [c] iurisdictioni Domini Potestatis Bononiæ, & Communis Bononiæ, uel qui pro non subdito haberetur & reputaretur, cuiuscunq; conditionis & status existeret, (de quo si in dubium reuocaretur, stetur declarationi iudicis uel officialium, coram quo uel quibus quæstio uerteretur,) uel habēs causam a tali non subdito ex cessione quocunque titulo facta, & siue sit mediatus, uel immediatus cessionarius conuenire uoluerit aliquem subditum iurisdictioni Domini Potestatis, & Communis Bononiæ, teneatur, & debeat (si ante responsionem factam petitioni dicti non subditi, uel habentis causam ab eo confitendo, uel negando, uel postea quandocunque infra dimidiū instantiæ probatoriæ petatur) satisdare, quandocunque infra tempus probatorium cum idoneis fideiussoribus uno, uel pluribus subditis iurisdictioni prædictæ coram iudice, coram quo quæstio fuerit inchoata, uel citatio facta, de expensis reficiendis in causa si succubuerit, & in omni casu quo ad expensas teneretur si

a Satisdatione prę̄stāda. De hoc uel simili statuto meminit Soci. consi. 19. in 3. & eadem ferè dispositio reperitur in libro statutorū mercātilium sub rubrica in che modo si debbi rēdere ragione à forestieri, & rubrica ista non continet summam totius tex. sed tantum principaliorem partem.

b ¶ Subditos. Propriè est quis subditus ratiōe domicilii, cum etiam dicatur ille esse illius ciuitatis, uel loci, ut ꝓbat tex. in c. statutum §. cum vero in glo. eiusdem ciuitatis de rescrip. in 6. non autem proprie dicitur subditus rōne rei, cōtractus, uel quasi uel delicti ita gl. notabilis in clem. vnic. §. eisd. etiam episcopis de foro competē. quā Pau. ibi not. & meminit Panormi. in ca. 1. in fi. de foro compet. vbi etiam citat glo. in c. nuper de sentē. excommu, quę dicit quod largo tātum modo dicitur subditus ratione domicilii, & idem not. Panor. in c. proposuisti de foro compe. inferens ad statuta loquentia de subditis, ut stricto modo intelligantur, Sed quid de originario alibi domicilium habente, an subditus dici debeat? clarum est quod habet forum in loco in quo oriundus est, ac dēt uocatus munera subire tantum. l. 1. l. origine C. de munici. & origi. lib. 10. facit. l. assumptio, & quod ibi not. ff. ad municip. & l. rescripto. §. final. ff. de mu. & honor. ideo Abb. vbi supra cōcedit dici subditum, qđ placet, non tamen caret aliquali dubitatione ex his quæ dixi quód propriè dicitur quis subditus ratione domicilii, & ideo dicit P. Anch. cōs. 438. ista sententia, quod proprie dicitur Bononiensis qui hic habitat. per. l. prouinciales. ff. de verbo. significati. latius Tiraqu. in lib. retract. lignag. §. 9. glo. 2. num. 22. cui potest dici quód Tiraquel. non retulit fideliter glosam in d. clemen. vnic. quæ non se restringit ad habitationem, vt dicatur subditus, sed loquitur de habente domicilium quod verbum potest verificari, etiam ratione originis duntaxat, circunscripta etiam habitatione, ut habetur in. c. fina. de foro comp.

c ¶ Non subditus. Potest exemplificari etiam in clerico, qui non est subiectus ciuitati, Bald. in l. de quibus. ff. de legib. col. ix. uersic. 11. quæritur an clerici, ubi inquit ꝙ si beneficia ciuitatis denegantur nō subditis, appellatione non subditorū ueniunt clerici tradit Signorolus de homo. cons. xxi. statuta ciuitatis colu. 2. dicens quod clerici sunt magis non subditi, quàm laici subditi, quia ipsi clerici etiam si uellent non possent se subiicere laicis iudicibus. ca. si diligenti de foro competenti. dubitari tamē posset num sit contra libertatem ecclesiasticam, vt dubitat Saly. in terminis huius statuti in auth. cassa. nu. x. de sacro. eccl. licet magis inclinet quod ualeat iuxta communem opinionem, nā sumus in ordinatoriis iudiciorū ad not. in. l. cunctos populos. C. de summa trin. & fide cath. facit lex generaliter. C. de episc. & clericis, quæ non dicitur correcta. Adde omnino Decium consil. 275. in causa. Quid si ē uniuersitas aliqua nō subdita? consuluit Alex. in statuto Ferrariensi huic simili, quod tenetur, vt patet in consi. xvij. num. v. lib. vj. Et ratio istius statuti potest esse ne. s. sententiæ iudicum sint ludibrio, casu quo contingeret ipsos non subditos succumbere contra. l. si prætor. ff. de iud. l. fi. ff. ne quid in loco publico, quam rationem assignauit Pau. Castr. consi. 407. incip. ꝙ iudex debeat, &c. lib. 1. vbi determinat quod filius familias, qui non habeat peculium agens teneatur satisdare de expensis reficiendis in casu succumbentiæ, & id multis rationibus, sed non fido de hac ratione in proposito, quia video ꝙ non distinguit,

subiectus esset, & de respondendo[a] coram eodem iudice in causa reconuentionis, uel nouæ conuentionis[b] faciendæ de ipso non subdito pendente iudicio primo inchoato ad petitionem dicti non subditi, uel habentis causam ab eo, ut supra, aliquo priuilegio, uel exceptione non obstante. Et si non satisdederit, ut supra dictum est, processus factus, & faciendus in eius fauorem non ualeat ipso iure. Ita quod non posit in fauorem ipsius non subditi, uel habentis causam ab eo sequi alia sententia, quam absolutoria, & ab obseruatione iudicii, & fiant alia, & sequantur in præiudicium dicti non subditi, de quibus infra disponitur. ¶Si uero principaliter diceret aliquam tenutam, seu possessionem, uel sententiam nullam, uel ab aliqua sententia lata per aliquem officialem Communis Bononiæ appellaret, uel sequestrationem, aut præceptũ, uel alium actum peteret nullum pronuntiari, uel contrario imperio reuocari, uel aliquem alium actum in iuditio fieri petierit contra aliquam personam subditam, si non est alias satisdatum in ipso iudicio teneatur, & debeat quandocunque petatur per partem aduersam satisdare, antequam ulterius audiatur cum idoneis[c] fideiussoribus, uno, uel pluribus subiectis[d] iurisdictioni Domini Potestatis Bononiæ coram iudice, coram quo quæstio fuerit inchoata, uel citatio facta de expensis[e] reficiendis in causa si succubuerit, & in omni casu in quo ad expensas teneretur si subiectus esset. ¶Et si non satisdederit, ut supra, processus factus, & faciendus non ualeat[f] ipso iure, ita quod non posit sequi (nisi primo ipsi subiecto conuento satisdederit, ut supra) alia sententia quam absolutoria ab obseruatione[g] iudicii. Et si appareat ex actis ipsum conuentum fouere iustitiam, debeat sequi absolutoria diffinitiua ipsius conuenti,

¶Quæcunque

stinguit, an posideat immobilia in ciuitate, seu territorio Bonon. an nõ item quod idem decidit in cesionario qui tamẽ potest esse subditus.

a ¶Respondendo. Subaudi & soluendo iudicatum, vt patet infra .§. et dicti fideiussores, ubi etiam dicitur, quod isti fideiussores debent iudicium in se suscipere.

b ¶Nouæ conuentionis. Reconuenno est antequam lis cõtestata sit super prima act. postea potest dici noua conuentio aliquo respectu, uel noua conuentio est quando post finitam primam litẽ mouetur, ad ea quæ habentur in auth. & consequentes C. de sententiis, & interlocu. om. iudic. vbi Barto. col. penul. & hæc est inaudita satisdatio a iure communi.

c ¶Idoneis fideiussorib. Hoc non uidetur impedire quin liberetur dando pignora, q. hñt plus cautionis, Bar. in. l. sciendum. ff. qui satisd. cogan. licet Ias. aliquos citet in contrarium, quia textus requirit fideiussores.

d ¶Subiectis. Ad. l. si fideiussor in princ. ff. qui satisd. cogan.

e ¶Expensis. Eadem satisdatio præstanda est, communiter ab omnibus actoribus secundum prouisionem auth. generaliter .C. de episc. & cleric. licet glo. inst. de satisd. dicat quod de consuetudine non seruatur, propterea sum huius opinionis quod statutum hoc deberet intelligi, nisi forensis non subditus posideret immobilia in territorio, uel ciuitate ista, cessat. n. ratio finalis quæ verisimiliter potest excogitari, in siml. d. auth. generaliter limitatur hoc modo per Ias. in. l. sciendum prima col. ff. qui satisda. cogan. Quid autem si nõ potest præstare fideiussorem, stari ne debet iuratoriæ cautioni? vide Angel. & Imol. in. l. 1. ff. si cui plus quam per l. falcid. vbi quòd sic, de quo etiã potest dubitari, uide Marsil. in l. fina. ff. de iurisdict. omn. iudi. nume. 122. & in l. 1. §. præterea nu. 85. ff. de quæstionib.

f ¶Non valeat. Remouẽt statuentes decisionẽ Bal. in authen. generaliter C. de episco. & clericis, qui post Petrum dixit quòd si actor non præstitit satisdationem de reficien. expensis in casu succumbentiæ, prout requirit tex. in d. authen. per hoc processus nõ erit nullus de iure communi, quia ordo iudicii non consistit propriẽ in præparatoriis iudiciorum, unde quicqd ommittitur circa præparatoria prçter libellum non uitiat processum, allegat nota. per Specu. in 2. parte in princip. in proh. in titul. de præparatoriis iuditiorũ, & id quod not. Bart. in l. si quæramus de testamẽ. quod dicit Bal. esse menti tenendum meminit Alexand. in cons. 37. col. secunda viso opportunè libro secundo.

g ¶Obseruatione iudicii. Quæ non est diffinitiua, sed interlocutoria, quia liberatur reus, duntaxat ab instantia illa secus in casu sequenti ad hoc textus in .l. properandum §. & si quidem vbi Iason nume. 16. optime declarat. C. de iudiciis. Paul. in. l. si mater. §. denique de re iudi.

uel quæcunque[a] sententia, quæ pro ipso ferri debuerit si fuisset satisdatum: nisi petitio satisdationis ipsius remissa[b] fuerit expresse per partem petentem. Quæ satisdatio peti debeat in una posta, seu comparitione sola distincta[c], & separata, & in charta in qua nihil aliud petatur quam satisdatio prædicta, alias petitio non ualeat. ¶ Et idem intelligatur quo ad expensas tantum reficiendas in Collegiis, uel Vniuersitatibus quibuscunque laicorum, & in quibuscunque mulieribus, ciuibus[d], comitatinis, uel districtualibus, uel forensibus agentibus, & in quacunque persona, quæ ratione sexus, uel ætatis uel alia quacunque de causa non possit personaliter pro debito pecuniario alicuius singularis personæ capi & detineri secundum formam nostrorum statutorum cõuenientibus aliquem ciuem subditum, ut supra, & in quacunque tertia persona non subdita, & alia quacũq; persona quæ ratione priuilegii[e] pro debito singularis personæ capi, & detineri non possit, etiam comparente per se, uel alium pro reuocatione, uel nullitate alicuius tenutæ, seu sequestri: uel alicuius sententiæ diffinitiuæ, uel interlocutoriæ, seu alia quacunq; ratione, uel causa, ut supra, qui & quæ, si petitum[f] fuerit, de ipsis expensis reficiendis satisdare teneantur quandocunq; ante sententiam. ¶ Et dicti fideiussores forensium, uel non subditorum, seu habentium causam ab eis, uel eorum aliquo, ut supra, teneantur iudicium in causa recõuentionis in se suscipere,[g] & lata sentẽtia cogi debeant realiter, & personaliter ad soluẽdum id in quo ipse, uel eius principalis fuerit condemnatus[h] sine nouo[i] processu, nõ obstante quod prius debuerit, uel debeat principalis conueniri quam fideiussor[k] uel executio contra eũ fieri, nec aliquo alio in contrarium faciente. ¶ Et qui etiam fideiussores non li-

a ¶ Quæcunque. Exemplifico in casu quãdo actor cui præstitutus fuit terminus ad probandum, & non probauit dicitur .n. illa absolutoria diffinitiua, qa p eã tollitur facultas actori amplius cõueniendi reũ ex illa causa, Iason vbi supra, & Pau. Castren. in. l. si mater. §. denique, ff. de excep. rei iudicatæ,

b ¶ Remissa. Quod etiam potest fieri de iure communi, vt habetur in. l. satisdationis verbo de verbo. significa. & in. l. 1. in glo. fi. ff. qui satisd. cog.

c ¶ Distincta. Hoc ne alias per circumlocutionem, & multitudinem uerborum illaqueatus remaneat actor argumento. l. item apud labeonem. §. ait prętor. ff. de iniuriis, & si petita sit, & iudex ad vlteriora processerit, ea contempta nihilominus non fit præiuditium petenti, & processus erit etiam nihilominus nullus, ita Alexan. cons. 84. consideratis his de quibus in themate lib. 4. Decius latè consili. 275. in causa quæ lucę agitatur num. 4. quia non potest iudex tollere dispositionem statuti Bartol. in. l. cũ prolatis. ff. de re iudi.

d ¶ Ciuibus. Hæ qualitates omnes referuntur ad dictionem mulieribus.

e ¶ Priuilegij. Vt habetur latius supra in statuto de instr. testa. §. saluo.

f ¶ Si petitum. Istud ferè semp subintelligitur ad nota. in l. vniuersa. C. de præcib. imp. off. & ibi Paul. Castr. vltimo not. in specie huius statuti, Socin. etiam in cons. 19. in fi. lib. 3.

g ¶ Suscipere. Subaudio principali non suscipiente, prout est de natura fideiussionis, de iudicato soluendo. l. iam tamẽ. §. vnus ex fideiussoribus ff. iudi. solu. licet enim isti non promiserint expresse iudicatum soluere, sed quod reus respondebit coram eodem iudice in causa reconuentionis, vt patet supra in principio, tamen statutum nostrum interpretatur huiusmodi satisdationem esse de iud. soluendo quod nota.

h ¶ Condemnatus. s. Vbi susceperit iudicium ad l. iam tamen in princip. ff. iudi. solu. ubi enim iudicium agitatum fuisset cum principali non esset cõdẽnandus fideiussor.

i ¶ Sine nouo. Hoc est de natura huius fideiussionis quicquid sit in fideiussoribus contractus, vt per Bar. post antiquos in l. i. ff. iudi. solui.

k ¶ Quam fideiussor. Prout est regula auth. præsente, C. de fideiuss. iuxta opi. quam tenet Gugliem. de Cun. in. l. 2. §. si quis ex his. ff. qui satis. cogan. ubi tenuit q fideiussori de iudicio sisti competant omnia beneficia quæ fideiussoribus dantur, hanc opinionem sequuntur Docto. magis communiter ibi ut attestatur Petrus a Duen. reg. 331. ubi ponit aliquas fallentias, tamen vides hic decisum contrarium, Sed cum hodie notarii apponunt renuntiationes beneficiorum competentium fideiussoribus nõ attinet insistere circa rationẽ, quæ mouerit statuentes. De quibus beneficiis, & eorum uirtute recurre ad declarationem Philip. Decii, cons. 27. & pro uirili facultate.

berentur mutatione[a] iudicis, uel tribunalis, nec ratione mutationis iudicii, siue instantiæ causæ principalis, seu appellationis,[b] aut alterius prouocationis nec ex peremptione[c] instãtiæ, si tamen de nouo inchoata fuerit in causa reconuentionis, uel nouæ conuentionis prædictæ infra tres menses post lapsum, seu peremptionem dictæ primæ instantiæ. Ita quod lapsu dicti trimestris, si de nouo dicta causa infra dictum tempus per dictum non subditum inchoata nõ fuerit ipsi fideiussores liberentur, & cõtra eum, & eos fieri posit, & debeat executio in casibus supra dictis. ¶Et si actum fuerit reali in causa reconuẽtionis contra non subditũ teneatur fideiussor ad æstimationem rei petitæ declarandam per iuramẽtum[d] in litem: quod isto casu declaramus posse præstari. ¶Fideiussores uero dictarum uniuersitatum, & aliorũ qui ratione sexus, uel ætatis[e] pro debito personaliter capi non possunt, teneantur ad dictas expensas reficiendas, & soluendas, & ad hoc compellantur realiter, & personaliter tanquã principales, nõ obstantibus exceptionibus prædictis, uel aliqua earum.

QVOMODO[f] ET QVALITER forensibus agentibus ius[g] reddatur.



Ordinamus quod in causis ciuilibus forensibus[h], & cuilibet alii[i] non subdito iurisdictioni Domini Potestatis Bononiæ, & cuilibet alteri habenti causam a dicto non subdito mediatam, uel immediatam, de quo an sit subditus uel non stetur declarationi iudicis coram quo causa agetur, agentibus per se, uel alium in Ciuitate Bononiæ contra aliquem Ciuem, uel districtualem Ciuitatis Bononiæ, ius reddatur tale, & eodem modo, & forma, quo, & qua, & quale, seu quod redderetur Ciuibus, seu districtualibus Bononiæ agentibus per se, uel alium in Ciuitate, Terra, loco, uel foro, de qua, uel quo diceretur ipse foren-

¶Placuent.

a ¶Mutatione. Hoc est contra l.iij. in princi. ff. iudic.solui. de qua materia apud Bar.in .l.cum apud vers. quæro pone ff.illo eodem ti.

b ¶Seu appellatiõis. Fuit altercatio inter Doctores, quando reus appellauit an expiret satisdatio, tamq; instantia fuerit finita, sed doctores magis communiter dicunt quód expirat, ut habetur in l.secunda.C. de procura. & per Bart. in d.l.cum apud.ff. iud. solu.at statuentes hic elegerunt aliam opinionẽ, quod nota. et de hoc statuto mentionem fecit Gratus consil.34. lib.2.

c ¶Peremptione. Contra l.cum lite mortua.ff. iudic.solu.

d ¶Per iuramentum. Ecce iterum magnum præiuditium non subditorum, quia indistincte tenetur ad extimationem rei, quam nõ potest præstare forte sine dolo, & culpa eius ad sacramentum actoris contra regulam iuris æquissimam, de qua in.l.qui restituere.§.si uero nõ potest.ff. de rei uendic.

e ¶Aetatis. Subaudi, vel alia ex causis, de quibus supra in.§.et idem.

f QVomodo. Statutũ istud videtur fundatũ in ea rõne in qua titulus.ff. qđ qsq; iuris, & ideo æquum, & iustum est, & valet dicit Dominic.in.c. sancta.2. q.7. Et propterea infert Fely.in.c.ecclesia sanctæ Mariæ, num.96. versi.2. declara de cõstitut. quod eadem ratione si clerici non patiantur allegari contra se statuta laicorũ uidetur similiter laicos posse recusare ne clerici, allegent ipsa contra eos, non tamẽ dico quod clerici simpliciter dicantur forenses cum habitent in ciuitate, & onera spiritualia supportent, inquit Decius i d.c. ecclesia sanctæ Mariæ, nume.53. de const. ubi facit differentiam inter nõ subditum, & forensem, quia appellatione non subditorum clerici comprehendũtur.

g ¶Ius. Caue quia nigrũ est generalius rubrica, quia in nigro fit mentio etiam de extraindicialibus, vt in.§. declaramus insuper.

h ¶Forensibus. Dicitur for.q est alterius fori ca. si clericus laicum, de su. cõpe. in verbo forẽsis, forenses etiã dici possunt, quia deforis ueniunt ad habitandum, vt in auth. de quæstore § si uero ali qui in uerbo ad hãc col. 6. secundum Bald. allegantem illum textum in l.de quibus in 10.col in versic. quæro an consuetudo extendat se.ff. de legibus, & secundum Bar. in tracta. repræsaliarum in 4.q.v.q. princi. Et ille hic dicitur forensis, qui non est de corpore isto, & qui non est hic ciuis, uel icola: hæc sunt Alexand. verba in consi. 34. col.2. libro quinto, uisis & ponderatis.

i ¶Cuilibet alii. Potest exemplificari in clerico ut dixi.

sis esse,seu non subditus,si placuerit[a] ipsi conuento,& hoc obiciatur ab eius parte tempore,quo lis contestatur,seu tempore actus per quem haberetur pro contestata, uel quasi,uel ante,et si per dictum agentem infra terminũ a iudice assignandum probetur quale, & quod ius ibidem reddatur in terra, uel loco ubi agens conueniri deberet: ¶ Quo non probato si dicto conuento placuerit,ut supra, ius reddatur tali forensi, & seu non subdito in omnibus, & per omnia secundum formam iuris ciuilis, tam in causa principali, quam appellationis, si agens sit secularis. Si uero sit clericus[b] ei reddatur ius in causa principali,& appellationis secundum formam iuris Canonici[c], etiã quo ad facultatem pluries,et ab interlocutoria appellandi.Ita tamen quod semper causa appellationis deuoluatur, prout in statuto de causa appellationis continetur, & in ea dentur fideiussores modo,& forma, & prout dari,& præstari debent secundum formam præcedentis statuti, nisi in principali causa dati, seu præstiti fuerint,quo casu sufficiat prima præstatio fideiussorum prædictorum, & præsentata appellatione secundum formam nostrorum statutorum : ipsa causa appellationis tractetur in omnibus, & per omnia secundum formam iuris ciuilis, uel canonici, ut supra : etiam quo ad instantias ipsarum causarum appellationum . In quibus si deficiat appellans in appellationis præsentatione secundum formam nostrorum statutorum appellatio sit deserta, & in aliis ius commune seruetur,ut supra. ¶ Dicimus etiam quod idem ius seruetur,& fiat in ciuitate Bononiæ circa personas, res,& bona forensium prædictorum, uel non subditorum, & habentium causam ab eis , uel aliquo eorum, tam in iudicio, quam extra,& in quibuscunque actibus circa personas,res, & bona prædictorum quæ haberent, uel acquirere uellent, uel possent in Ciuitate Bononiæ, Comitatu, seu districtu, quod seruatur ciuibus, uel districtualibus Ciuitatis Bononiæ,circa personas,res,& bona posita in foro, uel foris talium forensiũ, uel non subditorum,si placuerit tali ciui,uel districtuali Bon. cõuento,uel alteri uenienti pro eis, uel pro altero eorũ,saluo semper iure,& Potestate Com.Bon. ¶ Declaramus insuper q nullus Mutinensis[d] ciuis , uel comitatinus possit acquirere[e]

a ¶ Placuerit. Et iure optimo cum sit hoc statutũ in fauorem subditorum conuentorum à forensibus , & contra ipsos forenses Bartol. in consil. 140. quidam de narnia. vbi thomas diplouatatius valde notat.

b ¶ Clericus . Qui agat & sic sequatur forum laici cõuenti,c.si clericus laicum de foro comp .

c ¶ Iuris canonici . Si laicus litigaret in foro episcopi contra clericum seruarentur leges canonicæ tanquam leges illius fori,ad hoc de foro competen.quod clericis & de testam.c.quód si filius,& in cap.cum esses, quia si laicus litigat in foro canonico appellabit ante diffinitiuam: qđ secundum leges ciuiles non licet regulariter 2. quæst.6.non ita,& extr. de appellatio. super eo . ergo econtra clerico litigante in foro seculari deberent leges seculares seruari Petr. Anch.in c. canonum statuta 12. q. clia.6. secundum antiq. impress.magnã col. 1.illius ch. vers. accedat hic quæst.disputata,hoc autem statuto aliter dicitur propter æqualitatem seruandam respectu utilitatis rei conuenti .

d ¶ Mutinensis . Cogita quomodo possint Bononienses nostri præcipere Mutinensibus, cum nõ sint subditi nostri iuxta.l.1.ff.de tut.et cura. per Bartol. in .l.cunctos populos 3.quæst. princ. sub nume. 26. vbi Bald. num.13.C.de summa trinita.& fide cathol. facit l.extra territorium.ff.de iurisdictio.omn.iudic. ubi Marsil. num.114. & ita videtur voluisse Ias. consil.194.superuacuo lib. primo, sed dic quod hoc statutum valet , quia prohibitio est propter rem suam in territorio nostro , tunc enim statuta loci vbi sita est res seruari debent.l. sine hærede.§ lucius de admi. tut. late Tiraquel. in tracta. retract.lign.§.1.in glo.1.per totam ferè illam gl. vbi proprie dicitur q si pictauensis uendat rẽ pictauiæ existentem forensi q habet locum consuetudo retractus allegat hoc uoluisse Fabr.in.l.cunctos populos C.de summa trin.& Mitth. de Afflictis tract.de iure prothoniseos in prin. col.15. versicu.item pone q in terra,& huius seu similis statuti meminit P.de Anch. in com.c.canonum statuta in 12.q.prin.versic.vlterius statutum.

e ¶ Acquirere. Hoc verbum sonat in dominium

vel

concederentur. ¶ Volumus insuper quod forenses habentes possessiones in Ciuitate, Comitatu, uel districtu Bononiæ teneantur, debeant, & possint compelli ad onera realia subeunda eo modo, & forma, quibus, & prout coguntur Ciues nostri in illis locis in quibus possessiones habent extra territorium Bononiæ, Et omnia intelligantur onera[a] realia[b] in quibus uersantur sumptus pecuniæ, etiam si prima facie uideantur personalia: ita quod si ex tali onere imponitur collecta per soldum & libram tale onus intelligatur reale. ¶ Adiicientes[c] quod aliquis officialis forensis Ciuitatis Bononiæ, uel pro forense[d] habitus non possit cognoscere de aliquibus quæstionibus Ciuilibus, quæ uerterentur coram ipso inter aliquos ciues, uel districtuales Ciuitatis Bonon.[e] & aliquos[f] de Ciuitate, seu districtu, qui[g] per dominum eius terræ distringerentur uel gubernaretur, de quibus[h] esset dictus officialis, si eius forū declinetur. quem officialem quantum ad prædicta omnimoda iurisdictione priuamus. & dictarum causarum cognitio spectet, & decisio ad officiales ciues causis ciuilibus præsidenses ad alterum ex dischis palatii Communis Bononiæ. ¶ Et ut Ciues comitatini, incolæ, & habitatores Ciuitatis, & Comitatus Bononiæ aliquam immunitatem[i] habeant respectu debitorum contractorum per eos extra, & foras Ciuitatem, Comitatum, & districtum bon. pro bono nostri Cōmunis, & utilitate Reipublicæ Statuimus quod aliquis Ciuis Bonon. uel incola, uel habitator Ciuitatis, uel Comitatus Bonon. cum eius familia, seu qui de cætero uenerit de alieno districtu ad habitandum in dicta Ciuitate, uel Comitatu cum eius familia non possit quoquomodo personaliter capi,

a ¶ Onera. Quę munera vocātur plerumquè a iureconsul. toto titulo .ff. de mu. & hon. & in nonnullis titulis trium lib. C. & in .l. munus proprie .ff. de verbo signif. Vnde diffinitur. Munus est onus quo necessitate astringimur lege, more, vel Imperio eius qui potestatem habet.

b ¶ Realia. Equidem variæ diuisiones sunt cōceptæ a iurisc. & a nostris circa hanc materiam munerum ut est videre apud Cy. in .l. voluntarie col. 3 C. de excus. tut. & in tractatibus æditis a variis doctorib. illaqȝ est diuisio capitanea quam ponit Archadius in .l. fina. in prin. ff. de mu. & honor. s. ꝙ Munerum alia psonalia, alia Realia alia Mista, ut etiā Bar. refert in .l. 1. C. de mu. & in quo loco lib. x. & Ias. in l. placet col. 1. C. de Sac. eccles. has ꝙ species omissis subdiuisionibus. declaro: Munus personale ē administratio reipub. vel priuati hominis, authoritatem habēs sine ulla patrimonii erogatione. l. 1. §. illud. ff. de mu. & hono. alias eēt nullum. d. l. fina. §. sed & quæ supra &c. vel habens vtilitatem annexā, tātum, vt sunt illa sordida munera. l. sordidorū. C. de excu. mu. Munus reale est quod propriæ fit cum sumptu. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mu. & hono. & principaliter imponitur rebus, seu prædiis & vocatur tributū. Munus autem mistum est ꝙ imponitur principaliter personæ ꝓ rebus ipsis quas possidet, imponitur enī per ęs et librā, vt est collecta. collectæ. n. sunt quæ nō habēt certam, & limitatam formam, sed cuilibet Imponuntur secundum æstimum, & secundum occurentes necessitates gl. est in .l. rescripto. §. si. ff. de mu. & hon. vbi Bar. & in .l. libertus. §. solam. ff. ad municip. dicit ꝙ non potest imponi forensibus pro bonis quæ ibi possident: gl. tamen in .l. 1. C. de mu. patri. lib. x. tenet contrariū, q̃ ibi sequitur odof. in positione casus, ut ait Annibolus in tract. in 2. parte prin. nu. 16. tamen quicquid sit de iure, ad mittit Bar. ꝙ plures ciuitates Italiæ habent istud priuilegium imponēdi collectam etiam forensibus, idem Alex. consil. 52. visis his lib. 5. vid. Decium consil. 285. adeo ꝙ poterit appellari simpliciter reale: quod uoluit approbare Statutū nostrum hic, dum signāter dixit, etiam si prima facie videantur personalia &c. exemplificando in ipsa collecta.

c ¶ Adiicientes: Hoc factum propter suspitionem, vel amoris, vel timoris, fac. titulus. C. de off. Rectoris prouinciæ & vt nullus patriæ suæ administratio concedatur maxime. l. finalis.

d ¶ Pro forēse. Vt quia eēt origine Bono: haberet autē domiciliū, & habitationē alibi, iux. quæ deduxi supra in statuto de satisd. præstan. in pri.

e ¶ Bononiæ subaudi ex vna parte.

f ¶ Aliquos. s. pte Altera.

g ¶ Qui. s. districtus, & sic subaudi quæ. s. ciuitas.

h ¶ De quibus. s. hominibus. d. ciuitatis, vel districtus.

i ¶ Immunitatem, In hac parte statutum illud habet ulm contractus innominati; do vt facias; ideo nō potest reuocari in præiudicium eorum

uel detineri quandiu sic habitauerit cũ eius familia in Ciuitate, uel Comitatu prædictis pro aliquo debito, uel obligatione ciuili, seu uigore, uel occasione alicuius debiti, contractus, obligationis, seu sententiæ, uel præcepti quoquo modo creati, uel creatæ, cõtractæ, seu cõtracti, latæ, seu facti super, uel de aliquo debito, uel obligatione ciuili extra, & foras Ciuitatem, Comitatum, & districtum bon. cũ aliquo, seu aliquibus, uel in fauorem alicuius qui tempore talis debiti contractus, uel obligationis, sen tententiæ, uel præcepti, aut tẽpore aduentus talis debitoris, seu obligati ad Ciuitatem, seu Comitatum Bon. non fuerit Ciuis, uel habitator dictæ Ciuitatis cum eius familia, uel Comitatus bon. non obstante iure communi, uel aliquo statuto, ordinamento, uel prouisione Ciuitatis bon. seu alicuius curiæ[a] uel officii Ciuitatis bon. aliter disponente. & non obstante quod pro debito alibi contracto hic fuerit lata sententia, uel factum præceptum, seu solutio hic destinata. ¶ Ita tamen[b] quod beneficium huius legis, uel prouisionis non uendicet sibi locũ in, & pro bonis[c] rebus, & iuribus[d] alicuius prædictorũ, nec etiam in, uel pro aliquo uel aliquibus forensibus[e] fallentibus, seu rumpentibus in Ciuitate in qua mercantiã cambium, uel artem publice exercent tempore eius, uel eorum rupturæ, uel fallimenti: cuius debita summam excederent ducẽtorum ducatorum auri fugientibus, seu uenientibus ad habitandum in Ciuitate, seu Comitatu prædictis antequã fuerint cum eius, uel eorũ creditoribus in concordia. ¶ Et præmissa superius disposita, locũ hẽant in debitis, obligationibus, contractibus, & sententiis, ac præceptis, de quibus supra fit mentio: iã, & in præteritũ creatis, & factis, ac latis, & similiter in futuris. ¶ Itẽ Statuimus Ordinamus, & declaramus quod omnia statuta, seu pri-

¶ Ve

qui iam uenere ad cohabitandum ita Barto. in l. omnes popu. in 4. quæst. 3. quæst. princip. ff. de iustit. & iure Pau. Castr. in l. digna uox C. de legib. et Fely. in c. nouit de iudic. per Ias. in l. non amplius. §. si certum, ff. de lega. primo per Gamb. in tracta. de extens. colu. 42. versi. 4. limi.

a ¶ Seu alicuius curiæ. Occurrit mihi in facto istud, quia statuta curiæ nostrorum mercatorum sub rubrica in che modo li renda ragione a forestieri, uolunt quod idem ius forensi reddatur quale redditur nostris in terris illorum, excipiendo causas literarum cambii, & scriptorum priuatorum, in quibus uolũt obseruanda statuta fori, super illis disponentia, in illis autẽ statutis maximè in statuto delle litere di cambio. §. & non comparendo, simpliciter disponitur quod debitor possit grauari vigore literarum cambii, realiter, vel personaliter, & sic indistinctè loquẽdo, debet intelligi de forensibus agentibus vigore literarum cambii, scilicet quod potest concedi quod exequatur realiter, vel personaliter cõtra Bono. ciues, vnde si extat statutum in partibus illorum forensium, quod idem ius reddatur forensibus, prout est carpi certè poterit capi ibi ciuis ad instantiam Bonon. & licet in statuto isto adsit clausula derogatoria tamen in statutis Mercatorum in conclusione adest clausula qua cassantur omnia statuta etiam ciuilia communis Bon. quæ facerent in contrarium, sed audi ego multum dubito quoniam in statuto mercatorum nõ fit mentio de isto statuto specialiter quod habet etiam clausulam derogatoriam, vt dixi, prout habetur per Barto. in extrauag. ad reprimen. in verbo non obstantibus, nisi dicas quod sunt statuta diuersi fori, & postea facta, nec statutum istud habet clausulam derogatoriam sequẽtium, ideo dicta statuta Mercantilia omnino tollunt omnia contraria statuta quia obseruanda sunt in foro suo, nec propriè dicũtur tollere, sed restringere, vt non habeant locũ inter mercatores tñ.

b ¶ Ita tamen. Hic ponit duas fallentias ad proximè dicta.

c ¶ Pro bonis & rebus. Scilicet pertinẽtibus ratione dominii ad dictos forenses.

d ¶ Et iuribus. Intelligo in rebus corporalibus, mobilibus annexis, put usufructu, uel in pignore in rebus asportatis.

e ¶ Forensibus. Ex hoc verbo deprehendimus, excludi Bononienses alibi falleotes, & redeuntes ad ciuitatem, unde uidetur, quod simus sub regula beneficii, de qua supra cogitabis, quia nõ puto quod mens statuẽtium sit uelle aliquo modo fauere fallitis, tanquam pessimi, & improbi generis, iuxta quæ ponit Caccialup. in tracts. de debi. susp. quæst. prima col. final. vbi demonstrat istos tales non gaudere beneficio cessionis, quod est introductum in fauorem miserabiliũ.

a ¶Vel in specie.i. siue sit damnum continges pluribus in uniuerso, siue in particulari: sed quid si statutum est in alicuius familiæ, uel singularis personę odium? credo idem ponderato verbo uel in specie, & quia idem iuris de parte quod de toto.l. quæ de tota. ff. de rei uẽdi. præterea fundata est huiusmodi prouisio in regula illa quod quisque iuris in aliũ statuerit, ego.

b Episcopi. Quia loquitur per nomen dignitatis intelligi debet de causis pertinentibus ad eius episcopatũ, non autem in causis proprii patrimonii, argumẽto.l.si communis ter uns ita stipuletur. ff. de stipula.seruo.& quæ habentur in ca. quoniam Abbas de offi. delegati. idq; etiam alio respectu dicendum est, quia quo ad eius proprium patrimonium, non uocatur syndicus, sed procurator, prout cęterorum priuatorum, per ea quæ statim subiiciam.

c ¶Bononiensis, idest, Bononię, ne quandoque in dubium uertatur, an restringeretur hoc statutũ ad ipsum epm, qui tñ sit origine Bononiensis, tenendo tñ illam opinionem, quôd idem sit Bononiensis, quôd de Bononia, prout tenet Bart. & plures sequuntur in rubrica. ff.solut. matrimon. per ca.1. de sponſ. & l.1.ff. ad municipales & l.1.C. de incolis libr. 10. licet contrarium uideatur uelle in l. prouinciales.ff.de verb. signifi. vel ex eo potest appellari Bononiensis, quia efficitur ipso facto ciuis istius ciuitatis pp prælaturam, vt Bart. dicit in.l.municipes.§.miles. et latus in.l.1.nu.13.ff.ad munic.allegat inter alia c.cum nullus de tempor.ordin.lib.6.

e ¶Syndicum. Contord. c.final.de iur. calu. vide glo.in .l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusq; vniuers. nomi. quę dicit quod magis œconomus dicitur, qui constituitur ab episcopo, & in rebus Ecclesiasticis l.iubemus C. de sacrosanct. Ecclesiis, & in l. omnes qui. §. & hoc nihilominus C. de episcopis & clericis, & interuenit tam in contractibus, quàm in iudiciis: dicit tamen Specul. quòd propriè œconomus dicitur i rebus canonicorũ, vicedominus verò in episcopalibus allegat extra de symo. c. consulere, & subdit quod idem est vicedominus, siue syndicus, siue œconomus quôd prępositus, prima q.3. saluator, vbi glo.


d ¶Sufficiat. Quasi dicat posset iurare ipse si uellet propositis, sed non satis sacrosanctis euangelijs, vt clarè habetur in c. fin. de iuramen. calumi & ibi not.

f ¶Idoneũ. Idest, qui sit legitime creatus, iuxta ea quæ scribit Spec. titulo de œconomo. & causam omnino non nesciat, vt utar verbis tex. in cap. in pertractãdis extra de iuramen. calu. aliter enim anceps subiret periuriũ contra l. videamus. ff. de in litem iurãdo &. ff. rerum amo. l. Marcellus. §. qui rerum.

g ¶Iurare. Siue episcopus litiget per se, siue per œconomum ca. imperatorum extra de iuram. calum, secundum utrunq; intellectum, prout deducit Abb. in c.1.num.15. illo titulo. Et hoc statutum superfluo conceptũ uidetur, quandoquidem si loquamur de iure ciuili, omnes habentes legitimam administrationem alicuius vel particularis personæ, vel vniuersitatis admittuntur ad huiusmodi iuramentum absque speciali mãdato l. final. §. quod obseruari, vbi glo. C. de iuramento calum. Specul. in titulo illo eod. §. Restat videre, si loquamur de iure Can. idem, ut habetur in c.r.c. in pertractandis, in cap. fin. de iuramento calum. in antiquis, et dic quod huiusmodi iuramentum præstatur in animam propriam iurantis, non autem eius ad quem commodum victoriæ pertinere dicitur, ita habetur in d. ca. in pertractandis de iuramento calum. & idem facit procurator ubicunque teneretur iurare de calumn. iux. casum c.2. §. procuratores de iuramento calum. in vi. & ibi nota. nisi iuret pro domino de speciali mandato, quia iurat in animam domini, ut in dictis iuribus not. et per Abb. in c.1. nu.6. de iuramento calum. Et latius in d. c. in pertractandis cum alijs locis qui possunt cumulari.

...uilegia, & decreta, ac reformationes, & prouisiões factæ, & faciẽdæ, seu facta, & facienda in quacunq; Ciuitate, Castro, Terra, uel loco per quoscunque dominos, seu regimina contra Ciues Ciuitatis Bononiæ, seu contra Comitatinos aut districtuales Comitatus, & districtus Bononiæ, uel eorum iura, & actiones, seu in eorum damnum, & præiudicium in genere, uel in specie[a] habeantur, & intelligantur in præsentibus statutis Communis Bononiæ factæ, & facta, & repetita, seu repetitæ eisdem modo, & forma contra omnes, & quoscunque Ciues, & habitatores dictæ Ciuitatis, Castri, uel loci, & etiam contra Comitatinos, & districtuales talis Ciuitatis, Castri, uel Terræ.

DE SYNDICO DOMINI Episcopi Bononiensis.



Tatuimus, quod in causis Domini Episcopi[b] Bononiensis[c] sufficiat[d] Syndicũ[e] idoneum[f] ab eo constitutum iurare[g] de calumnia.

DE SYNDICO[a] VNIVERSITATIS[b].



Placet quod quælibet Vniuersitas, siue Collegium laicorum[c] Ciuitatis[d], uel districtus Bonon. possit habere Procuratorem[e], seu Syndicum in suis causis[f] ciuilibus, uel criminalibus, etiam qui non sit de Vniuersitate, uel Collegio, dum tamen talis qui non esset de dicta Vniuersitate, uel Collegio sit Notarius, & de Societate Notariorum Ciuitatis Bonon. eo casu[g] quo Syndicus de Vniuersitate non esset.

a Syndico. Similis rubrica habetur in decret. Et materiam syndicorũ habemus in toto titulo quod cuiusq; uniuers. nomi. vbi ꝓprie đ hoc nomine mentio habetur in nonnullis legibus, & uox quidem græca est, ut meminit iurecõsultus in l. munerum §. defensorem. ff. de mu. & honor. vbi cauendum est, quia appellat defensorem ciuitatis, non tamen in eo sensu quo capimus i C. & auth. de defensorib. ciuitatum, cum in dd. titulis appareat loqui de talibus, qui habeant iurisdictionem, licet modicam, hi autem de quib. agimus deputati duntaxat sunt ad exercitiũ causarum. vt patet in d. §. defensorem, & licet iurecõsultus dicat ꝙ ad certas causas agen. & defendẽ. constituatur tamen conueniunt magis communiter Doct. ꝙ etiam syndicus ad vniuersas causas constitutus dicatur tam ad futuras quàm præsentes, vt ꝓbatur in d. c. 1. extr. de syndico, vbi gl. & in l. item quia §. si quis ita. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nom. & ibi quoq; glo. & Io. And. in add. ad Spec. tit. de his qui ali. nomi. versic. syndicus in add. incip. defensores, & probat hic tex. noster q loqtur in plurali de causis, Et hic syndicus pót uocari alijs nominibus, quæ reperies apud Doc. vbi supra, nõ curo ꝓsequi, & vide duo verba Alciati, in .l. cui præcipua. ff. de verb. signi. vbi dicit illos ẽt Abba posse appellari, vel magistros.

b ¶ Vniuersitatis. Hinc patet uanam esse allusionẽ quorundã antiquorum interpretantiũ, syndicũ quasi singulorum causas dicentem vt accur. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusq; uniuersitatis nomi. & Spec. vbi supra, quoniam si vniuersitatis causas dicit, iam nõ singulorum dicit. l. si municipes. ff. eod. tit. & licet Io. Andr. in addi. Spec. de his qui alie. no. in add. incip. singulorũ, quærat saluare dupliciter, tamen non placet, eo maxime quia si uox græca est allusio non potest esse uanna, Et expone vniuersitatis. s. cuiuslibet præter ciuitatem nostram: vt in nigro. Hic quæri posset quomodo & a quibus etiã creari possit syndicus, vide in suis locis maxime Bart. in l. nulli. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomi. Et hic intelligitur de vniuersitate differenti a collegio quæ uniuersitas est semp approbata ẽt a iure gẽtium .l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, sed collegia non sic qa sunt de genere prohibitorum l. collegia. ff. de col leg. illicitis Bart. in l. fi. col. 2. illo eo. titu. Et quot personæ constituant collegium, & sic possint facere syndicum, dic ut per eund. Barto. ibi & vide Alex. consi. 22. vtso instrumento nu. 9. lib. 1.

c ¶ Laicorum. Non negatur quin etiam syndicus dici possit Ecclesiasticorum iux. titulum ext. de syndico, sed de his non se intromittere potest statutum nostrum. Quid vero si esset vniuersitas laicorum & clericorum mixtim? distingue cuius sit pars maior, vt per Bar. in l. fi. nu. 15. ff. đ coll. illic.

d ¶ Ciuitatis. Non ergo in hac dispositione includitur syndicus ciuitatis Bonon. cum tantum cæterarum vniuersitatum ciuitatis fiat mentio, nam in generali sermone nõ uenit persona loquentis nota. in .l. frater a fratre ff. de cond. indeb.

e ¶ Procuratorẽ. Hoc nomen est generale ad omnes species eorũ qui alieno nomine agunt, maxime ut dicit Specu. secundum canones, qui nõ curant de nominibus ut 1. q. 3. saluator cũ simi. pec eum adductis, quod hic ꝓbatur, licet specialiter loquendo, alius sit procurator, alius syndicus, qa procurator aliena negotia mãdato domini. s. singularis administrat l. 1. ff. de procura. Et hic uidebis dictum Bar. in l. iusiurandum §. defensor. ff. de iure iur. vbi dicit quod aut syndicus habet mãdatum ab uniuersitate, & tunc erit legitimus administrator, sicut tutor, & curator, aut habet mandatum. ab his qui regunt rempublicam, & tunc equiparatur procuratori. l. item eorũ. §. actor. ff. qđ cuiusq; vniuers. Adde ẽt ꝙ si uniuersitas uellens cõstituere syndicũ dixerit cõstituimus titiũ procuratorem, vel actorẽ nihilominus censendũ est eũ fore syndicum cõstitutum, ita Bar. in l. 1. §. quib. eod. tit. Alcia. lib. 2. col. 2. ff. de verb. signifi.

f ¶ Causis. Ex hoc uerbo argui debet, ꝙ non loquitur de syndicis ad extraiudicialia, vt emptionis transactionis & similia deputatis, cũ tñ ẽt syndici possint noiari maxime sc̃dm consuetudinẽ, & secundũ cano. iux. c. vni. de synd. vt docet Io. And. in addit. ꝑallegata. Doct. quoq; nostrates ẽt in uarijs qq. hac eadẽ voce denominant tales q hñt potestatem ab vniuersitatibus ẽt circa extraiudicialia, ut patet ex his quæ ponuntur in l. ciuitas. ff. si cer. pet & Bal. in rub. C. de contrah. emp. in 3. q.

g ¶ Eo casu. Quasi non possint esse plures syndici unius vniuersitatis, qđ tñ nõ admitto, qa licet dici possit iura loqui semper in singulari de syndico, & de economo, nihilominus non repugnatur iuri quin possint creari syndici plures, quorum quilibet insolidum habeat administrationem, vt est simile in pluribus tutoribus, & pluribus curatoribus l. si plures. ff. de admi. tut. l. 3. §. si plures cum seq. ff. de exercit. & probat etiam si bene gustetur tex. in. l. munerum § defensores prællegato,

gato, & in terminis Bald. in c. t. §. hoc quod nos nu. 7. de pace constantię, qui loquitur sigillatim de syndico Bonon. docẽdo quibus uerbis uti debeat quando petit inuestituram pro communi Bonon. & Bald. in l. vnica C. de condic. furti in fi. verbis pariter loquitur in duobus syndicis uni[a] corporis. Dicas igitur ꝙ statuẽtes istud nõ negant, quin posint plures de uniuersitate ipsa eligi, sed ubi vnus, vel plures adsunt, nõ est deueniendum ad creationem syndici extranei, & cur potius sit eligendus unus notarius, & de societate quã aliquis alius, extraneus? dic forte propter præsumptã peritiã, sicut etiam idem statuitur in curatore bonis indefensis dando, ut in statuto supra de uoc. in iure, & non ueni. §. facta vero excusione; in simili quilibet syndicus ecclesiæ debet esse bonę famę, & uitæ honestæ, vt dicit glo. in c. vnico extr. eod.

tur, & per consequens gaudebit priuilegio excussionis, quam opinionẽ sequuntur doctores ibi i & in alijs locis citatis per P. a Duen. reg. 331. idem dico in fideiussore iudicatum solui, qui etiam secundũ ea quę deducit d. P. a Duenas in regula 335. in tertia ampliat. gaudebit beneficio prædicto iuris communis. vt per ipsum.

DE PRIVILEGIO[a] FIDEiussorum uel Correorum[b].



ORdinamus quod si quis pro aliquo fideiusserit[c], uel obligatus fuerit solus[d], uel cum alio insolidũ, uel pro parte[e] Communi Bonon. uel alij cuicũq; cõueniri posit[f], & exigi ab eo nõ obstante quod principalis debitor non fuerit primo excussus[g], uel eius bona,

a PRiuilegio. Quod habetur in §. & si satisfecerit ubi dicemus, in principio enim tollit eis beneficium alias a iure communi cõcessum vt infra dicam, sunt tamen alia beneficia illis cõcessa, de quibus apud Abb. in ca. peruenit col. t. de fideiuss. & apud Marsi. in rubr. de fideiuss.

b ¶Correorum. Differũt itaque fideiussor & correi, quia fideiussor est qui alienam obligationem in suam suscipit fidem, ut diffinit Hosti. in summa: & accessoriè obligatur ad differentiam duorum plurimmve correorum, qui æque principaliter se obligant inst. de duo. reis. §. ex huiusmodi. Et nota quod dicetur fideiussor, si de fideiussione conuentum est, dato quod obligasset se ut, & tanquam correus, si constaret quod totum commodum pecuniæ peruenisset ex illo contractu, ad alterũ, ita Bar. in l. 3. §. fi. col. fi. ff. de duo. reis. Hipp. Marsil. singul. 2. si plures: & P. a Duenas in regu. 335. in 19. limitat. & copiosissimus Tiraq. lib. retrac. ligna. §. 3 t. glo. 1. num. 8. vbi infinitas accumulat authoritates de illo dicto. Adde etiã, quod etsi fideiussor cõstituat se principalem pagatorem, erit nihilominus fideiussor, & gaudebit beneficio auth. præsente secundum iura communia glo. est not. in auth. de fideiuss. in glo. crediderit, de qua meminit Abb. in c. peruenit col. 1. de fideiuss.

c ¶Fideiusserit. Intelligo indistincte, cum reperiatur etiam fideiussor de iudicio sisti, qui gaudet priuilegio auth. præsente C. de fideiusso. vt tenet Gugliel. de Cun. in l. 2. §. si quis ex his. ff. qui satisda. cogan. vbi dixit quod iste fideiussor habet omnia quæ fideiussoribus contractus conceduntur

d ¶Obligatus. Hac adiectione uenit etiam mandator, sponsor, & his similes, de quibus glo. in auth. de fideiusso. in rubrica, & per Doctores summistas qui dicunt ꝙ verbum fideiusio est generale ad omnes qui ꝓ alio obligati sunt; & dicit Bal. in rubric. C. eod. quod omnes illi gaudẽt beneficio auth. præsente: vide latiorẽ declarationẽ per Hipp. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. colu. 1. Et dic obligatus (maxime quo ad fideiussorem) scilicet verbis, seu stipulatione l. blanditus. C. de fideiuss. l. sciendum vbi glo. & Ias. num. 2. ff. de fideiuss. Vide tamen illationes, & limitationes apud eundem P. a Duen. reg. 332. remissiuè tamen loquentem.

¶Solus. Licet alio respectu referat an sit solus, an cũ alio quia ex beneficio epistolæ diui Adri. compellitur creditor, facta sibi exceptione, a singulis, qui modo soluendi sint, litis contestatæ tẽpore partes petere, ita tex. inst. de fideiuss. §. si plures, late P. a Duenas regula 334.

e ¶Pro parte. Quia fideiussor licet non in plus, tamen in minus obligari potest l. illud §. græce. ff. de fideiuss. ne scilicet sit plus in accessoria, quam in principali.

f ¶Posit. Rectè hoc verbum: quandoquidem potest si uult conuenire reum principalem ut l. iure nostro & l. non rectè C. de fideiussor.

g ¶Excussus. Est autem excusio secundum Iaco. de Arena. Bonorum debitoris usque ad peram facta diligens inquisitio. reuertitur igitur ad ius antiquum: de quo in l. iure nostro & l. non recte C. de fideiuss. et tollitur noua ꝓuisio Iustiniani, de qua in auth. præsente C. de fideiuss. Et si quæras rationem, forte illa est, quia hæc exceptio excusionis dicitur esse de apicibus iuris, per singulare dictum gl. & Bal. in l. si mãcipiũ. ff. de euict. Roman. in consil. 430. duæ rationes, prout citat eam Decius in l. fina. in prin. nu. 22. ff. si cert. peta. vbi concludit simul cum alijs, quod talis exceptio non admittatur vbi ex ęquitate proceditur, ex eo quod not. Bar. in l. si fideiussor. §. quædam ff. mand. latissimè per d. P. a Duen. Regula 331. in tertia, & ix. limitatione de qua ratione dubitari potest, & de facili teneri contrarium, prout optimè diserit Decius vbi supra, quia immo Re

nisi [a] obligatus fuerit per instrumentũ publicum, quo casu uti posit beneficio, prout sibi competit de iure, nisi legitime renunciauerit. [b] ¶ Fideiusio tamen, uel obligatio probari non posit aliter, quam per publicum instrumentum, uel per aliam scripturam publicã, uel priuatam scriptam manu fideiubẽtis, uel obligati cuiuscunque quantitatis fuerit, uel per testes [c] si fuerit de uiginti quinque libris bononiensibus, uel abinde infra. ¶ Et si satisfecerit [d]

gula d.auth. videtur fundata in æquitate, & humanitate indulta fideiussoribus, qui non suo sed alieno debito torquentur, ut colligitur ex præfatione d.auth. maxime quia parum, uel nihil nocet creditori, prodest autem multum fideiussori, cui melius est retinere, quàm solutum repetere, ad not. in l.2. in prin.ff.solu. matr. iunc. l.si stipulatus esses in secundo responso.ff.de fideiuss. vnde potest forte esse ratio expediendi desiderium creditorum maxime negotiatorum occupatorũ ad alia quã circa iudicia ad §.fina. in d.auth.de fideiuss. & eorum quę habentur in d.3.limitat.

a ¶ Nisi. Quæ est ratio huius exceptionis? forte quia cum communiter soleãt notarij apponere clausulas renunciationis beneficiorum competentium fideiussoribus ad fauorem creditorum, illas ex certa scientia non apponendo, & simpliciter fideiussionem scribendo, uidentur partes concordes esse, ut remaneant beneficia iuris cõmunis, quia quod non tollitur quare stare prohibetur? l. præcipimus in fin.C. de appellatio. tit.gñali & l.vnic.§.sin autem ad deficientis C. de cadu. tollen. & in isto casu postea subintrant omnes fall.assignatæ d.auth.præsente, quas nouissime ut dixi accumulatas refert P.a Duenas d.regula 335. vsque scilicet ad numerum 23. limitationum, habetur etiam per Benedictum de Plumb. in trac.de discuss.col.1.& Marsil. in rubrica ff. de fideiuss.char.prima.

b ¶ Renunciauerit. Non dicitur autẽ renũtiasse licet dicat se soluturum libere, nullaque exceptione obstante, Roman. in cons.22. Ias. in l.5.col.2. C.de sacrosan.ecclesiis, vide Cyn. in authen.hoc ita C.de duo.reis. & Vital. Camban. latissime, & clarissime in suo opere clausularum in ultima char.secundum magnam impress. Vide ad materiam renunciationis. Neguf. in trac. de pig. in tertio membro quintæ partis nu.24. vbi loquitur de beneficio cedendarum, & late etiam per Marsil. in d.rubrica de fideiusso.col.2.cum seq. ubi clarissime ponit plures species renuntiationum in hac materia, quæ quottidie apponuntur ex stillo notariorum in instrumentis. Adde tamen esse casum in quo semper principalis est cõueniendus etiam si fideiussor renuntiauerit, scilicet quando est fideiussor indemnitatis, quia natura ipsius promissionis hoc importat, ita Bart. in l.prima C.de conue.fisci debitoribus lib.10. & Bart. in l.quæro in princip.ff.locat. & Bartol. in l.1.C.de decurio.libr.10. & Bald. in l.si pro ea in uers.12.quæro C.mandati, Ias. late in l.si ego in princip.ff. si cer.petatur, vbi ponit duas sublimitationes ex authoritate nonnullorũ doctorum, quas tamen reprobat, & meo iuditio optime loquitur, adde P.a Duen. regula 335. in 2.ampl. Et caue quia renuntians debet scire per se, vel ab alio edoctus uim dictarum renunciationum, alias nõ sibi prçiudicat, & iõ cautellam docent periti nostri ut ĩterrogetur notarius, qui confecit instrumentum, quid importent, & si nesciat nõ potest credi quód & pars sciat, quia notarius tenebatur certiorare, Marsi. in d.rubr. nu. 36. Ripa in l.centurio nume. 83. de vulga.& pupil. Et nota quia hic potest ponderari, qđ etsi in instrumento adsit iuramentum promissorium, nisi adsit renunciatio, non recederetur a beneficio iuris communis, licet circumscripto statuto sit de iure communi non leuis discordia inter scrib. in præposita specie, nam Bald. in c.ex rescripto num.2.versiculo item quia iurauerunt, extra de iure iurando tenet quód regula auth. præsente non procedat, Alexand.consi.29.num.38.lib.7. Baueria. in trac.de viribus iur. in princi. nu.23. sed Bald. met in c.cum contingat num.20. versi. ex hoc sequitur. extra de iure iur. Doc. plures in l.fina.ff.si cer.petatur, inter quos Alexan. sibi cõtrarius. Ias. Decius, & Iac.de sancto Georgio, cum infinitis aliis congestis laboriose per eundem P. a Duenas sub d.reg.335.in 20.limitatione, quæ traditur num.20. crebior videtur opin. affirmatiua, vide etiam Tiraq. in repe.l.si unquã in præfat.num.137. & 152. ratio est quia iuramentum habet uim expressi, vt dicit Bald. in l.1. in secunda quæst. & ibi Saly. C.commodati per tex.uulg. in l.cum pater §.matrẽ.ff. de leg.2. Tiraq. in lib.legum connubialium in gl.v.nu.148. vnde sit ut libentius teneam in casu nostri statuti iuramentum sufficere tanquam sit legitima renunciatio prout statutum requirit, quia forte et si expressa exigeretur idem esset dicendum, ut doc.dicere videntur, allegantes d.c.ex rescripto iunc.l.fi.§.penul.ff.ad Vellei. sed hæc q.raro cõtingere põt attentis consuetis clausulis instrum.

c ¶ Vel per testes. Idest quando obligatio est de summa minori 25.libr. tũc per testes potest probari, alias debet probari per scripturam.

d ¶ Satisfecerit. Ante enim quàm satisfaciat agere non potest fideiussor l.si pro ea C.mand.l.lucius titius.ff.mand. quia ita fideiubendo dicitur acceptasse mandatum de obligando, & de soluendo,

& sic

talis fiderussor, obligatus, ut supra: sciẽte, uel ignorante eo pro quo fideiusserit, uel cum quo se obligauerit, uel cõfessus [a] fuerit creditor sibi ab illo solutum, uel satisfactum, uel damnum aliquod [b] substinuerit, nec ei satifactum fuerit: dummodo principalis pro quo fideiusserit, uel cum quo se obligauerit talis sit qui tempore obligationis potuerit [c] obligari, & fuerit solemniter obligatus. potestas, uel eius Vicarius, & etiam alii Iudices [d] de Ciuilibus cognoscentes teneãtur tali fideiussori, uel alii obligato, ut supra, & cuilibet pro ipso legitime uenienti simile ius in omnibus, & per omnia reddere cõtra ipsum pro quo satisfecerit, ut supra, & eius hæredes, & bona, etiam ipsum, & ipsos personaliter detinendo quale redditũ fuit, uel reddi potuit ipsi creditori cui satisfactum est contra debitorem principalem ante satisfactionem prædictã. ita quod in omnibus, & per omnia succedat loco creditoris principalis. Ita etiam quod bona principalis prædicti, seu correi, pro quo fideiussor eius, uel correus soluerit, seu satisfecerit, ut supra, sint, & fuisse intelligantur expræsse hypothecata [e] dicto fideiussori, seu correo soluẽti, uel satisfaciẽti, ut supra a die obligationis cum creditore contractæ, cui solutum, uel satisfactum fuerit. Ita quod in omnibus, & per omnia quo ad dicta bona succedat dictus correus, uel fideiussor in locum creditoris principalis ante solutionem, uel satisfactionem factam pro omni eo quod soluisset, uel satisfecisset, ut supra, usque

& sic sunt quasi duo mandata, quę tenetur adimplere fideiussor antequam agat, aliâs intempestiue nimis uideretur reuocare beneficium suum, ac illud inutile reddere, nã adiuuari, & non decipi beneficiis nos oportet, extra de commodat. c. unico. ita glo. in c. fina. extra de fideiuss. Sunt tñ plures casus in quibus fideiussor agere põt antequam soluat aduersus debitorem, quorum aliquos ponit glos. prædicta, & alios plures Matt. de Afflic. in com. consti. Neapol. incip. si dominus uassallum col. pen. & Marsil. in rub. ff. eod. num. 216. & P. a Duenas Reg. 336.

a ¶ Confessus. Ad Barto. consi. 160. incip. Titius promisit, &c. vbi notabiliter loquitur, arguendo ad partes, tandẽ concludendo, ꝙ confessio creditoris de recepto a fideiussore ẽt ꝑiudicat debitori principali, Alexan. latissime in l. duobus. §. 1. ff. de iure iurã. & in aliquibus cõsiliis, & alii in lecturis, & consiliis, quos citat copiosus Tiraq. lib. retrac. lig. §. 1. gl. 18. num. 84. licet nõ careat difficultate in puncto iuris, quæ tñ resecata est per statuentes nostros. vt uides.

b ¶ Damnũ aliquod. An fideiussor possit petere usuras a debitore quas soluit? vide longam disputationẽm Io. And. in mercurialibus, in regula damnum, quam per casus xij. compendiose refert Laur. de Rodul. in suo trac. de usuris, in secunda parte principali, quadragesima septima q. & Ambr. de Vig. in tract. seu lectura. c. salubriter, nu. 38. de usuris, & inter alios casus est, quãdo fideiussor simpliciter acceptus fuerit, quo casu in omnem causam acceptus uidetur. iuxta. l. si quis pro reo. §. si numos. ff. de fideiuss. &

iurauerit soluere, tunc enim poterit repetere usuras a debitore, quia ipse debuit iuramentum suũ seruare. c. debitores de iureiur. & parcere pudori suo. l. si quis. ff. mandati, secus si non interuenisset iuramentum, quia potuisset excipere; ideo ei imputandum est, glo. & doct. in c. peruenit de fideiusso. & ista est communis opin. considerando ꝙ petet tanquam interesse dãni emergentis.


c ¶ Potuerit. Caue quia etiam obligationi naturali accedere potest fideiussor l. 1. ff. de fideiuss. vel ciuili tantum, itẽ reali vbi proprie nõ est obligatio, item officio iudicis, ut ponit Ias. inst. de act. §. 1. nu. 54. Quid aũt si nulla sit obligatio pricipalis, an subsistat fideiussoria quæ accessit? vide Alex. in l. Marcellus ff. illo tit. & Paris. consi. 16. vol. 2. nu. 118. vbi dicunt nullam esse fideiussoriam, nisi se obligauerit, vt principalis, uel cũ iuramento, vt prosequitur Baueria in tracta. de viribus iuramenti: sed hic requiritur quod solẽniter fuerit obligatus, & efficaciter, ut sic agi possit postea cõtra ipm.

d ¶ Alii iudices. Ista uerba ponderauit Socin. in consi. 138. lib. 3.

e ¶ Hyppothecata. Subaudi prout erãt hyppothecata creditori cuius obligatio fuit extincta, alioquin si non fuisset hyppothecata pariter nec ipsi fideiussori prout antecedentia, & subsequentia verba statuti demonstrant: sed etiã isto modo intelligendo est contra dispositionem iuris communis, quia fideiussor non intrat in locum principalis, nisi fiat cessio sibi tam respectu personalis actionis. l. stichũ §. penul. de solut. quàm ipsius hyppothecariæ. l. 2. C. de fideiuss. aliquos audiui qui intelligerent simpliciter, idest, etiam quòd

ad integram[a] satisfactionem, & hoc habeat locum tam in forensibus, quam ciuibus. ¶ Idem beneficium dicimus habere illum, uel illos qui haberent causam a tali fideiussore, uel correo, per quotcunque personas ambulauerit. ¶ Dum tamen[b] septuagenarius, pupillus, furiosus, mentecaptus, uel mulier cuiuscunq; ætatis personaliter detineri non possit, nec hæres qui inuentarium fecerit ultra quam iuris fuerit teneatur. ¶ Saluis semper nostris statutis loquentibus de prædictis etiam si plus, uel minus disponerent. ¶ Et quod dictum est supra de probationibus faciendis per testes, instrumenta, & scripturas publicas[c], locum habeant solum quantum ad contenta in præsenti statuto.

DE CREDITORIBVS AGENTIBVS in bonis debitorum, & de offerentibus aliis creditoribus.



Statuimus quod liceat cuilibet creditori[d] de bonis debitoris sui tenutam[e] accipere, & insolutum mereri, ipsaq; bona prosequi, & aduocare in casibus in quibus a iure permittitur, & nostris non obstet statutis. Etiam non obstante quod debitor aliquid ex dictis bonis dederit alicui suo filio, uel descendenti uni, uel pluribus in emancipationem[f], uel alio legitimo modo[g] post obligationem eius debiti pro quo agitur. Et possit agi in dictis bonis, ac si datum non esset. Dum tamen tali filio uel descendenti non præiudicetur in aliquo suo iure, uel obligatione quæsita, seu contracta ante obligationem debiti supradicti, pro quo tali iure, seu obligatione sibi dicta bona liceat retinere. Et etiam[h] de bonis filiorum, & aliorum descendentium qui sunt in potestate debitoris, quæ quæsiuerint cum illo morando de cuius obligatione ageretur, etiam pro debito patris. Nisi publice dicatur[i], uel aliter constet ipsa bona peruenisse ad ipsos filios, uel alios descendentes,

quòd creditori non fuissent hyppothecata dicta bona, sed magis cõsonat literæ prima intelligẽtia.

a ¶ Ad integrã. Varius modis accipitur hic, quia verificantur dicta verba, si alter ex vere correis totum soluit, pro parte. n. solummodo petere poterit ab altero correo. l. 1. & auth. hoc ita. C. de duobus reis, si pro principali verò debitore soluisset fideiussor, vel correus largo modo, iuxta quę supra declaraui, totum consequitur.

b ¶ Dum tamen. Idem habetur in statuto de precep. fae. in cõfess. §. dum ramen, vbi limitat nisi mulier esset meretrix, vel caupona. &c.

c ¶ Publicas. Aduerte quia supra dixerat etiam de scripturis priuatis subscriptis manu fideiubentis, unde nescio cur hic non repetat. nescio pręterea quorsum tẽdat hic uersiculus, & quare sit hic expressus, cum etiã ex prouisione statuti de probationibus solutionum iam appareat cõformitas quędã cum isto: nisi dicatur quod ibi admittitur probatio per testes usque ad summam libr. 50. hoc aũt statu. usq; ad summam libr. 25. tantũ.

d Creditori. Etiam ex sola personali actione.

e ¶ Tenutam. De hoc dictum fuit abunde supra in statuto de uoc. in iure, & non venien. et tit. de instru. testam. & laud. execu. mand.

f ¶ In emancipationem. Hoc solet appellari præmium emancipationis, vt appellat Bart. in l. peto in princip. ff. de lega. 2. quæ tamen, ut aliquibus uidetur, est abusiua locutio vt dicit Picus in l. In quartam in 7. q. ff. ad l. falcid. nisi dicas secũdum Salyc. in l. scimus §. repletionem C. de inoffi. testamen. quod satis procedit quando alio modo consentire non uellet emancipationi.

g ¶ Legitimo modo. Regulariter non ualet donatio facta a patre filio in potestate existenti, sed opus est morte confirmari. l. donationes quas parentes C. de donat. inter uir. & vxo. l. 2. vbi gl. C. de inoffi. donat. nec consistit obligatio ciuilis inter ipsos l. frater a fratre §. quæsitum. ff. de cõdic. indeb. sed tantum naturalis, sunt tamen aliquæ fallentiæ ibi traditæ a Bar. et scrib. in quibus verificatur quod hic dicitur.

h ¶ Et etiam. Repete, & liceat tenutam accipere.

i ¶ Publicè dicatur. Ergo in dubio præsumitur profect tium, id est quęsitum occasione rei paternæ, quod tamen non transit de iure in l. cũ oporret C. de bonis quã lib. absque difficultate, nam aliqui istud tenuerunt, alij contrariũ, distinguentes

tes, aut filius aliàs erat industriosus, & pater pauper, procedit opinio eorum, aut filius non multũm industriosus, nec pater est pauper, & tunc potius attribuendum est patri, refert etiam Spec. tit. de act. re. §. 1. uersic. sed quid si dubitetur, nu. 26. Si uero & filius est industriosus, & pater etiam diues maius dubium est, nec video doc. expresse decidere, sed deciditur hoc statuto iuditio meo. s. ut præsumatur potius ex bonis patris, quã ex ĩdustria filii, est tñ ex mente tamen eorum doctorum, ut etiam dicit Soci. consil. 92. incipi. circa primum col. fi. Sed quid si probaretur partim ex sua industria, partim ex re patris? dic quod fiet diuisio, ut declarat Barto. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. et Soci. consil. 162. considerata contingentia nu. 4. et consil. 192. capio difficultatem, et vide aliquas præsumptiones quæ seruiunt pro filio apud Abb. consi. 36. in 2. parte. vnus casus clarus est in l. fin. et auth. ibi posita C. de pignorib. s. quando creditor mutuauit patri pecuniam ex causa militiæ emendę, & inueniatur filium debitoris habetur militiam illam Alcia. in regula tertia præsumptionum cap. 25.

s ¶ Industria. Separat quæsitũ ex industria, & quæsitũ ex aduentitia cã, cui modo loquendi quodã modo adstipulari uidẽtur verba tex. in l. cũ oportet C. de bonis quæ lib. ibi vel ex laboribus suis, vel ex liberalitate fortunæ quęsita uidetur: re uera tamen hæc omnia sunt ex aduentitia causa ut Bart. et omnes consentiunt, cum non sint profecticia, nec Castrensia, nec quasi.

d ¶ Petronij. Et merito quia patronus, & restaurator est, & fuit nostrae ciuitatis, vt patet ex annalibus nostris ppea inter quatuor aduocatos connumeratur scilicet Dominicum, Florianum, & Franciscum.

e ¶ Ob reuerentiam carceratorum. i. quam habent carcerati erga eum ob multa eius miracula.

f ¶ In totum. Licet rogationes fiant de mane tantū, de quo videbatur dubitari posse per l. 2. in gl. pontifice, ibi cum ergo finita fuerint illa sacra, ff. de in ius vocand. lap. alleg. 90. versi. dicit etiā.

g ¶ Ante festum. De quib. ca. 1. & 3. de consec. distinc. 3. & in ca. capellanus de ferijs, & in dubio intelligitur de illis, lap. allegat. 90. incip. si quaeritur.

h ¶ Quadragesimae. Quae est ante pascha resurrectionis D. N. Iesu Christi per excellentiam, ad ca. quadragesima de cōsec. distinc. v. nam est alia ante Natiuitatem eiusdem Domini nostri, Alia ante festum sancti Ioannis Baptistae, vt est tex. iuncta glo. in c. 2. 22. q. v. vide omnino Corsetum in singula. in verbo quadragesima.

i ¶ Non dicātur. Nam, statuta possunt introducere ferias in honorem Dei vide in c. 2. extra eod. & Imolam in c. fin. eod. tit. & per Alex. in l. praesides ff. de feriis facit l. omnes C. de feriis, vbi imperator inducit ferias septem dierum passionis domini nostri, & alios septem qui sequuntur pascha resurrectionis Dominicae, & dic quod solēnes sunt, quo ad iudicialia, nō autem quo ad opera seruilia, quae non prohibētur per statutum.

Et dies generalis[a] electionis officialiū Ciuitatis Bonon. in consilio quatuor millium, & die sequenti post dictos quatuor dies qua fient Scambia. Et dies Iouis ante Carnisprivium, & dies Carnisprivii cum die præcedenti, & sequenti, quæ est dies Cinerum sint feriæ. ¶ Qui dies Iouis & Carnisprivii cum die præcedenti, & sequenti non computentur, neque currant[b] in aliquibus instantiis[c] causarum ciuilium, nec inter dies continuos alicuius instantiæ causæ, uel causarum principalium, uel appellationū comprehensarum in statuto De uocatis in iure & uenientibus, & in statuto De causa appellatiōis numeretur. ¶ Et quod tempore exercituum[d], uel caualcatarum sint feriæ. Intelligimus autem exercitum quando aliqua pars populi Ciuitatis Bononiæ faceret aliquam andatam, uel caualcatam extra Ciuitatē Bononiæ, & usq; quo redierit, & post per duos dies. ¶ Itē dicimus quod post nonam in uigilia[e] duodecim Apostolorum, uel alicuius eorum, & beatæ Mariæ de mense Februarii, Martii, & Augusti, ac Septembris post nonam sint feriæ in honorem Dei, & quod ante nonam sint feriæ in honorem Dei in Quadragesima. Et etiam similiter sint feriæ in quibuscunque diebus sabbati post nonam. ¶ Et quod diebus quibus congregabitur[f] societas Notariorum Ciuitatis Bononiæ pro hora qua congregabitur, & durabit dicta congregatio, & omnes alii dies quibus per dominum Correctorem Ciuitatis Bononiæ mandatum fuerit ius non reddi, sint feriæ in causis ciuilibus. ¶ Et quia ex forma præsentium statutorum semel tantum in die ius reddi, & una sessio pro una die iuridica haberi debet: Statuimus etiam quod si instantia alicuius causæ sit in ultima die transeuntis instantiæ, & de mane sessum, & ius per Iudices redditum fuerit, & sententia in dicta causa de mane lata non fuerit, possit nihilominus post nonas dicti diei citari, & sententia ferri, & ea sic lata infra tempus instantiæ lata fuisse intelligatur & sit, non obstante[g] quod de mane ius redditum fuerit, dummodo dicta

C. de iudiciis Item ubi partes se tantum astrinxerunt q lapsum sit tempus instantiæ, adeo ut Iudex non bene possit se īformare de meritis causæ, omnia tamen sunt in iudicium producta, nā potest Iudex ita pronuntiare, Absoluo uel condemno prout de iure debeo facere & prout ex actis apparet, quia satis est quod sententia ex actis possit certificari. l. prima C. de sent. quæ sine certa quātitate prof. Ita Iaco. Butrig. in. l. iudices C. de sentent. sequitur Ant. de Butrio in c. fi. de iud. ubi panor. col. pen. reputans valde singul. dictum vide Bar. in l. ait prętor. §. si Iudex ff. de re. iudic. vide alia per Maria. Soci. in tract. de instātia 26. art. princip. hoc tamen de instantia videtur forte esse contra ius commune quia. l. i. §. fi. ff. de feriis dicit de peręptione, actionis nō de instantia: sed vide specul. in tit. isto. §. sequitur versic. quid si causa ubi sentit contrarium & uide Abb. in c. significauerunt de iudiciis ubi Fely. num. 32.

a ¶ Generalis. Licet iste dies sit ob utilitatem hominum, tamen quia est in utilitatem hominum uniuersaliter, & principaliter non singulorum renunciatio non trahitur ad istum diem, sicut nec ad dies in honorem Dei, vel ad dies feriatos feriarum repētinarum, in simili videmus quod non potest renunciari feriis nundinarum.

b ¶ Neq; currant. Ad similitudinem feriarum in honorem Dei, ut in statuto de voc. in iu. & ve. §. causę vero &c. quod non sat. laudo.

c ¶ Instāriis. Proculdubio ergo non currunt in cōpromissis arbitramentorum ut Bar. dicit in. l. si de meis alias incipit idē Pompo. §. fi. ff de Arbitris Specul. titulo de Arbitr. §. fi. uers. sed numquid amicabilis compositor &c. Alex. in. l. cretionum C. de iure delib. ubi bene admittit posse per statutum induci huiusmodi ferias in dd. Arbitramentis.

d ¶ Exercituum. Hęc sunt Feriæ Repentinæ.

e ¶ In vigilia. Et idem de iure in vigiliis omnibus ut dicit Ant. de Butrio licet consuetudo obseruet aliud.

f ¶ Congregabitur. Vide infra in prouisione D. Angeli, §. adiiciētes vbi latius declarari videtur.

g ¶ Non obstante. Aliquā concedunttur ne labatur instantia in præiuditium causæ contra rigorem iuris, Nam & Iudex ex officio suo absq; instātia partis potest ferre sētentiam Bar. in l. seius, & Augerius in penul. q. ff. ad. l. falcid. Aret. in c. primo col. 2. uers. illud etiam scias extra. de iudi. Ias. in. l. properandum in prin. num. 14.

dic post nonas non sit tempus feriatum [a] in honorem Dei. ¶ Item dicimus quod a uigilia natiuitatis beati Ioannis Baptistæ quæ est de mense Iunij usque ad festum sanctorum Petronij [b], & Francisci de mense Octobris, & per duos dies post, sint feriæ. ¶ Item Dicimus quod in omnibus diebus in quibus præconizatum fuerit per ciuitatem Bononiæ, ne quis ueniat ad palatium pro iure reddendo, si fuerit de mane illo mane, & si post nonam tunc post nonam, & si pro tota die illo die sint feriæ, & dicti dies in totum etiam in instantiis dierum continuorum sint feriati, nisi Iudices sederint horá in crida prohibita, qui utiles sint, & pro utilibus scribantur. ¶ Et idem, ut supra quando pulsatur Arengum pro faciendo iustitiam corporalem per dominum potestatem & eius curiam, non obstante quod non fuerint dies sabbati. Et quãdo palatium uetus in quo ius redditur steterit clausum quacunq; de causa sint feriæ, & scribantur dies prædicti per eos qui scribere debuerint dies utiles & inutiles, etiam in instantiis dierum continuorum. ¶ Intelligentes, & declarantes quod dies utiles, & iuridici pro eodem reputentur [c], & sint. Et illos esse decernimus dies iuridicos, & utiles, uel feriatos, & inutiles quantum ad hoc, & omnia alia, quæ de talibus diebus dispositum esse reperiretur, qui & prout in scriptis redigentur per unum ex Notarijs ciuibus Bononiæ, qui pro tempore preerunt ad discum domini Potestatis. Et per unum ex Notariis ciuibus qui pro tempore preerunt ad dischum Aquilæ ad inuicem concordantes. Saluis tamen aliis statutis nostris disponentibus expræsse de diebus utilibus quo ad causam, qui eo casu intelligi debeant & computari secundum naturam instantiæ talis causæ si sint probatorii. sed si sint decisorij intelligi debeat de diebus utilibus quo ad dictas causas maiores, uidelicet quantitatis rei, uel facti uigintiquinque librarum, & abinde supra, & etiam saluis aliis infra dicendis. ¶ Et quos Notarios eligere teneatur Vicarius domini Potestatis ad dischum suum. Et Iudex officio Aquilæ ad dischũ suum infra decem dies ad plus ab introitu cuiuslibet mensis Ianuarii, & Iulij. Et si eligi negligerentur per unum ex Notarijs pro quolibet dictorum dischorum primum: qui ad dictum dischum locum obtinebũt: Qui Notarij dies utile occurẽtes in causis quibuscunq; clare & distincte scribere teneantur, & causas quare sint feriati secundum qualitatem causarum. Et si quis Notariorum prædictorum impediretur ex aliqua causa facere supradicta uel infrascripta, teneantur dicti Iudices uel alter eorum ad disc[illegible] ubi impediretur unum alium ex dictis Notarjs substituere, & surrogare: de qua electione, & substitutione, seu surrogatione fiat scriptura publica manũ unius Notarij ex Notarijs præsidentibus ad alterum ex dictis dischis. Et ponatur ipsa scriptura in principio, uel circa principium libri seu quaterni in quo scribentur dies prædicti. ¶ Qui Notarij eligendi, substituendi, & subrogandi teneantur scribere dies prædictos, & causam quare dicantur inutiles, uel feriati. Et si omiserint prædicti

a ¶ Tempus Feriatum. Abb. tamen in. c. fina. de Iudiciis, in ultima additione probat. quod de iure etiam canonũ potest diebus feriaris in honorem Dei proferri sententia, quando instantia est peritura.

b ¶ Petronii. Quæ sunt Feriæ messium, & uindemiarum in effectu simul commixti, vide tamen clarius infra in prouisione d. Angeli. §. uolumus. Adde quod non exceditur iste terminus estoq; uindemiæ dilatæ fuissent propter pluuias forte, vel alium casum: ita Bal. in addit. ad specul. titulo de feriis versi. non valeat sententia & Ias. in. l. 1. ff. eod. titul. facit ratio Ant. de Butrio d. cap. fina. colu. v. ext. de feriis.

c ¶ Reputentur. Hoc modo etiam capitur in. l. 2. §. dies ff. quis ord. in bo. poss. seru. ideo non fuit necessaria ista declaratio.

& Vicarius & Iudex subrogare secundus qui obtinuerit secundum locum ad quolibet dictorum duorum discorum subrogatus ipso iure intelligatur. ¶ Adiicientes quod si Vicarius, & Iudex Aquilæ ad banchum non uenerint, uel uenerint, & non steterint, tunc quo ad omnes Iudices, & officiales reddentes iura in palatio ueteri iuridico Ciuitatis Bononiæ illa dies uel hora pro inutili scribatur. ¶ Si uero ambo uenerint, & steterint, aut eorum uel alterius eorum non uenientes, seu non uenientium loco dominus potestas Bonon. sederit, & ius reddiderit: tunc quo ad omnes sit utilis & pro utili describatur. ¶ Et si discordarent in aliquo dicti Notarij, aut eorum, uel alterius eorum liber, seu libri actorum haberi non possint, de quo stetur dicto, & iuramento uolentis talem librum, tunc & eo casu credatur, & stetur libro & scripturæ unius alterius ex Notariis prædictis, qui de dictis diebus scripturam ordinatam fecisset. Et quod dictorum Notariorum & eorum cuiuslibet scripturis inde faciendis plena fides adhibeatur, & detur. ¶ Teneantur tamen dicti duo primi Notarii, & quilibet eorum finto eorum officio infra quindecim dies ad plus ponere ad Cameram actorum Ciuitatis Bononiæ dies dictos scriptos eorum manu distincte, clare, & aperte, ut dictum est, in aliquo libro, uel quaterno chartarum pecudinarum in forma publica, ita quod ex eis possit haberi, & summi copia quandocunque. ¶ Et dominus Corrector, & Consules societatis Notariorum, & quilibet eorum cogere possit, & ualeat multare, & remediis opportunis tales primos Notarios ad scribendum dictos dies in dicta Camera actorum non ponentes. ¶ Dicimus etiam quod si renuncietur per partes, uel aliter derogetur quouis modo feriis quibus sit licitum [a] renunciare. et causa, lis, uel questio illo tempore alias feriato agatur, seu in causa procedatur quantum ad illas partes, & causas, tantum illi tales dies alias feriati, quibus ut supra renunciari potest, & expræsse, & tacite [b] reuunciatur uel derogatur: & in quibus aliquid

a ¶ Quibus sit licitum, pu ta feriis ob necessitates hominum, ut est casus in l. 1. §. ff. de feriis, inductis autem ob publicam utilitatem hominum, ut nundinarium, vel propter exr. & onem offitiorum, non potest, quia tendũt ad publicum in communi, ut per Alex. in consilio 36. uiso themate nu. 8. lib. multominus inductis in honorem Dei, minusque etiam feriis repentinis, specul. in titulo isto. §. nũc uideamus, Doc. in d. c. fin. extra de feriis, Vital camb in tractatu clausula. § aliqualiter est uideñ. Lanfran. de oria. in clem. sæpe in gl. libellus de verbo signif. ubi etiam multa in additionibus habes, & Nunquid renunciari possit feriis inductis, & inducendis, Bar. tenet quod sic, in l. 1. ff. de feriis, & cum eo Doc. magis communiter, quod saltẽ intelligi debet pacto partium ad l. primã C. de pactis propterea quæ ponit ẽt Vitalis Camb in d. in fi. verbis, sed si simpliciter renũciatum sit, tenet Bar. quod non intelligitur de inducendis, sed de jam inductis, licet non, instantibus ad huc, quia sufficit quod leges semel induxerint ex quibus acquisitum est ius renunciantis, ita intellexit specul. in d. §. nunc vid endum. & Ant. de Butr. in c. fi. col. 3. in fi. de feriis, et hoc modo etiam intelligi debent uerba Alex. in ead l. 1. col. prima, ideo inolleuit illa clausula in instrumẽtis, Renunciantes feriis inductis, & inducendis, Quæ renunciationes nocent renuntianti, non autem testibus, vel tabellionibus, vel etiã ipsis iudicare debentibus, quia non arctantur pactis illorum, ut dicit Specul. in d. §. fina. & Alex. in d. l. 1. Bal. in. l. fallaciter. C. de abolit. ubi dicit esse meliorem tex, qui possit allegari,

b ¶ Tacite. Vt si sponte compareat reus, & ferias non alleget, tenet in processus, ut est casus in l. prima in prin. ff. de feriis, quod notat etiam Alex. ibi in tertio not. & idem in procuratore omittente except. feriarũ, ut prosequitur ibi Angel. Sed insurgit dubitatio, si pendente iuditio altera pars uellet opponere exceptionẽ feriarum quam non opposuit ante litis cõtestationem, altera parte replicãte, tanq̃ litigando uideatur renunciasse feriis, quid iuris? est quæstio q̃ mouet specialiter Lamfranc. in d. clem. sæpe, sub num. 13. vers. sed insurgit dubitatio, & refert, Doc. vario modo distinxisse: nã quod inducit dubitationem, est tex. in. l. 1. §. eleruttto. ff. de feriis, ubi probatur aperte, quod actor, uel Reus semper potest opponere

de feriis

per partes, uel alteram ipsarum, seu per Iudicem actitatum fuerit, sint, & esse intelligantur utiles, & iuridici, etiã si per Notarios prædictos dicti dies pro utilibus in eorum libris non describantur. ¶ Et in causis inchoatis, & pẽdentibus tempore iuridico quantitatis, uel extimationis uigintiquinq; librarum bon. uel abinde infra. Et in aliis in quibus[a] omni tempore nõ feriato in honorem Dei procedi potest secundum formam dicti statuti De uocatis in iure, & uenientibus, utiles, & iuridi intelligantur in iis, & de iis diebus quibus per partes et uolentes procedi non posset in dictis causis iure, uel statuto nostro prohibente, ut ii dies pro inutilibus habeantur, & sint quantum ad ipsas partes, & causas, etiam si tanquam inutiles non scribantur. ¶ Et intelligatur esse causa, lis, & questio quantum ad prædicta & omnia alia in nostris statutis contenta, & continenda porrecta; seu facta petitione coram iudice parte præsente, uel legitime citata, & ante litis[b] contestationem, uel contradictionem, uel habita pro contestata, seu contradicta, & sine lis debuerit contestari, uel non, & pro eodem reputentur, & sint. ¶ Statuentes quod renunciatio feriarum, & dierum feriatorum in instrumentis[c] apposita, uel apponenda nõ ua-

de feriis, in quacunq; parte iudicii, & sic quando non sunt allegatæ in principio litis possunt allegari in processu, quod quidem intelligit Bald. ibi si non sunt allegatæ in prima parte iuditii, quia non potuerunt allegari, unde non uidetur a beneficio iuris recessum; per actum necessarium, secus si potuerunt allegari, & nõ fuerunt allegatæ: quæ opinio, & si vera sit, in se tamen est diuinatio, unde placet melius dicere, q secundo loco idem Bal. subiungit, quod cũ singulares actus iudiciorũ sunt actus per se perfecti ille qui non allegauit ferias in uno actu, potest allegare in alio, secus ubi simpliciter, & expresse renunciatum fuit feriis, quia plus expressa operantur quàm tacita l. expressa, de reg. iuris & ibi notata.

a ¶ In quibus. Pondera hanc copulatiuam, quia sic non currunt omnes dies feriati in instantia causæ, sed tantum illi quibus actitatum est, Audiui etiam disputari, nũquid idem sit in casibus exceptuatis ab hoc nostro statuto in. §. item dicimus et secondo, & in prouisione Angeli tit. S. Cru. §. uolumus, & sunt qui dicunt in Rota plures in contigentia facti fuisse ita interpretatum statutum, at Ego in puncto ueræ intelligentiæ cõtrarium tenerem, & darem differentiam inter unum casum & alterum.

b ¶ Etiam ante litis. Doctores tamen nostri dicũt magis cõmuniter, quod lis proprie, & stricte est quando contestatio præcedit per c. ex parte el tertio de uerb. signific. Alex. in. l. causas C. de transac. licet aliquando large capiatur etiam ante contestationem cle. fina. ut lite penden. causa autem est tamquam genus, quia uerificatur ante, & post, ut Alex. dicit in. l. postquam lite. C. de pactis per Auth. cessante. C. quomodo, & quando iudex: & fac. c. forus de uerbo significa. & Bart. in. l. amplius non peti. ff. rem rat. haberi: Saly. in. l. si quis maior colum. 3. C. de transac. Blanchus in tract. de compromiss. colum. tertia num. 6. alias dicitur litis pendentia, per solam citationem, clemen. 2. ut lite penden. Et utrum per citationem circunductam, vel libellum ineptum inducatur litis pendentia? Bal. tangit in. l. fina. post princip. versic. In ead. glossa de eo per quem factum erit, & Fely. in c. illud colum. 3. de præscrip. ubi dicit quod uidit dubitari in Rota.

c ¶ In Instrumentis. De iure communi in casibus, in quibus potest fieri renunciatio, ita potest fieri in instrumento, sicut in iuditio, uel solo verbo, Vitalis Camba. in clausulario suo. §. aliqualiter videndum est, & seruit quæst. Specul. in eod. titulo. §. fin. versic. quid si renunciatio feriarum fiat in instrumento &c. Sed cur ita de iure nostro municipali mirum est, attento quod cum maiori deliberatione partes accedunt ad renunciationes solemnes, quam faciant in priuatis documentis. l. coram testibus, ut probatur in statuto, supra de priuil-leg. fideiussorum. §. primo, habetur in. l. testium C. de testibus, & alias dixi supra, de probation. solutionum in princip? Nescirem aliter respondere, nisi forte quod huiusmodi renunciationũ clausulæ sunt potius ex stillo Notariorum, quã de consensu partium, ut in simi dicebat Bart. in l. fi. col. tertia. ff. de iure Codicill. sequitur Alex. cõs. 52. circa psentẽ col. 6 lib. 4. p illud qđ pulchre dicit Bal. in. l. quotiens C. de hær. instit. & Riminal. in cõs. 102. nu. 58. lib. 1. quæ rõ nõ est tuta, & à multis damnata, ut ibi per Alex. qa notarius censetur rogatus q i instrumẽto apponat oẽs clausulas cõsuetas secũdũ Bal. in. l. fi. C. de fideiuss. latissime Ripa multa alia allegãs in. l. centurio nu. 80. ff. de uulg. & pupill. Aliqui intelligunt in renunciatione simplici, secus in ea quę fit cum pacto partis ad l. prima C. de pact. sed ipsa laborat

ſeat nec præiudicet renuncianti. ¶ Placet etiam quod dictis diebus feriatis, ſeu feriis ob neceſsitates hominum introductis, quibus nõ ſtaret clauſum palatium uetus iuridicum Ciuitatis Boniæ ius reddi poſsit, & debeat in omnibus cauſis decem librarũ bon. uel ab inde infra, & in cauſis armorum, equorũ, cibi, & potus[a], & mercedum, & aliorum quorũcunq; animalium[b]. Et in omnibus cauſis in quibus caueretur poſſe procedi dictis temporibus, ſeu diebus per noſtra ſtatuta[c]. ¶ Item Dicimus[d] quod in cauſis a decẽ libris bon. ſupra[e] quarũ inſtantiæ durare, ſeu expediri debent per dies continuos probatorios, ſi inchoatæ fuerint tempore iuridico, & cadant in tempus feriatum ob neceſſitates hominũ, procedi poſsit ad probationes, & ad alia media cauſæ, & ad earum deciſionem continuatis diebus continuis, in honorẽ[f] Dei non feriatis. Ita quod cauſæ infra ſua tempora continua terminẽtur, & ſi tunc terminatæ non fuerint poſsint, & debeant ex eiſdem actis, & probationibus, etiã poſtea durante dicto tempore feriato per ſententiam terminari. Et ſi infra dictum tempus feriatum terminatæ non fuerint, poſſint & debeant etiam ex eiſdem tantum actis, & probationibus adueniente tempore iuridico[g], infra ſuos dies[h] utiles, & iuridicos, de quibus in ſtatutis noſtris eſt diſpoſitum, alias dictis diebus elapſis in ſtantiæ dictarum cauſarum ſint elapſæ.

aliqualiter, nam inſtrumentum fit etiam â communiter contingentibus inter partes, & quia cũ in hac materia loquimur de renuntiatione feriarum, debet forte intelligi ſemper ut valeat partibus conſentientibus, vt probat tex. in c. fin. in fi. verbis ex. eod. Fely. in c. ſi diligenti num. 26. de foro compet. Aliqui intelligunt in feriis futuris non autem inſtantibus, ut minus derogetur iuri communi, prout percipi poteſt ex his quæ ponit Specul. in d. §. fin. verſic. quid ſi renunciatio? Et Camb. in. d. §. Aliqualiter eſt videndum in fin. uerbis, nam communiter inſtrumenta habent has renunciationes. tamẽ non pono pro conſtanti, quia ſtatutum ſimpliciter loquitur.

a ¶ Cibi, et potus. I. Alimẽtorum, vt uidetur intelligere Aret. in conſil. 97. intellige ſanè de futuro potu exigendo ex officio iudicis, tunc. n. cauſa eſt neceſſaria, & pia, iux. l. necare. ff. de lib. exhib. habetur in. l. eadem oratione ff. de feriis. Areti. in terminis in allegato conſ. in fi. incip. in cauſa, & puncto, Alex. & Iaſ. in l. 1. §. excipiuntur. ff. de feriis, ſed aduerte quia cauſa hac de iure communi poteſt tractari, etiã tempore feriato in honorem Dei, ut habetur in d. c. fin. extra de feriis, & non tantum iſta, ſed & omnes illæ quæ enumerantur in. l. 2. ff. de feriis, prout declarat Azo. in ſumma in fi. & Bald. expreſſe in. d. l. 2. in primis verbis, ergo ius commune uenit corrigendum, niſi dixeris, cibi & potus debiti ex pacto, quia nõ eſt cauſa pia ſecundum Doc. in d. l. 2. niſi forte agens non haberet unde ſe aleret ſecundum Guliel. de Cunio ibi Bar. in l. alio col. 2. ff. de ali. leg.

b ¶ Animalium. Caue quia in prouiſione d. Angeli S. Crucis. §. uolumus &c, non dicit de omnibus animalibus, ſed tantum de equis.

c ¶ Per noſtra. Hæc verba iunctis etiam ſuperioribus exceptionibus demonſtrant quod in dd. feriis, non poſſunt agitari multa, quæ poſſunt de iure communi, de quibus in. d. l. prima. §. excipiũtur, & in. l. ſeq. & in. c. fi. de feriis, & per Vital. in loco præællegato, & ſic eſt locus deciſ. Bald. in d. §. excipiuntur in fina. uerbis. ff. de feriis, & Alex. in conſil. 136. nu. 7. lib. ſecũdo ſunt alii caſus additi in prouiſione d. Angeli titulo S. Crucis. §. uolumus, de quo §. habetur mentio in cõſ. 130. incip. in cauſa ſtrazarolorum, int. conſil. Alex. lib. 4. dicemus ſuo loco.

d ¶ Item dicimus. Hoc dicit. Cauſa incepta tempore legitimo poteſt terminari etiam intra ferias meſsium, & vindemmiarum, hoc tamen nonum ius eſt, ut uidere licet ex Specul. in eod. tit. §. ſequitur verſ. quid ſi cauſa &c. Quod qdẽ poſſet procedere in feriis hominum, non autem in honorem Dei, multæ enim ſunt omiſſæ hoc ſtatuto, quæ tamen ſunt ſolemnes de iure canonum, vt patet ex feſto S. Martini iux. c. 1. de conſec. diſt. 3 incip. pronunciandum.

e ¶ Supra. Subaudi Quæ ſunt uſque ad 25. libras, quia agitari debent infra uiginti dies continuos tantum, ut in ſtatuto ſupra de voc. in iure. & veni. §. quæ cauſæ.

f ¶ In honorem. I. dummodo non computentur feriati in honorẽ Dei, prout exprimitur i d. §. quæ cauſæ.

g ¶ Iuridico. Ideſt non feriato: Aliqui exponunt ideſt deciſorio, prout infra uidetur probari, ſed magis placet prima.

h ¶ Suos dies. Qui ſunt quatuor, ut habetur in dicto ſtatuto, de uoc. in iure & ueni. §. & ſi dictæ cauſæ, relatum. n. eſt in referente iur. uulg.

DE CAVSIS DOMINORVM ANTIA-norum[a], ambasiatorum[b], & absentium, uel im-peditorum Reipub.[c] causa.



Decernimus quod causæ, quæstiones, seu controuersiæ principaliter dominorum Antianorum, ambasiatorum Communis Bononiæ, & eorum qui Reipublicæ causa Communis Bononiæ extra Ciuitatem Bononiæ, & Districtum fuerint absentes, uel in Ciuitate Bononiæ, uel Comitatu[d] existentes ipsius Reipublicæ causa sint impediti tali impedimẽto quod in causis adesse non posint[e], de quibus impedimento, & alus supradictis si in dubium uertatur stetur declarationi[f] præsidentis, seu præsidentium Regimini Ciuitatis Bononiæ. Et etiam causæ, & quæstiones, seu controuersiæ, in quibus aliqui prædictorum fuerint Aduocati, Procuratores, Defensores, Curatores, Tutores, uel Actores, seu Sindici in causa, uel alio quocunque nomine, uel Delegati in aliqua causa, uel Arbitri, seu Arbitratores: si in causa, seu quæstione, uel controuersia prædicta pars principalis non habuerit alium Aduocatum, Procuratorem, Tutorem, Curatorem, uel Actorem, seu Sindicum, uel alium, ut supra: qui in dicta causa, seu quæstione posit interesse, uel in quibus sit Notarius actorũ: sint, & esse debeant in suspenso durante dicto officio ambasariæ, uel absentia, seu impedimento: & eis finitis sint, & esse intelligantur in eo statu in quo erant ante tempus ipsius officii ambasariæ, absentiæ, uel impedimenti, ut supra. Dum tamen ipsæ quæstiones, causæ, uel controuersiæ per tres dies

a Antianorum. Qui etiam consules vocãtur, & est supremus magistratus in ciuitate inter nos ciues, eorumq; munus est personale authoritate, & vtilitate publicum. l. honor. ff. de mu. & honor. & Bart. parificat Decurionibus antiquis in. l. 1. ff. de decretis ab ordi. faci. & hic omnino vide quæ dicit idem Bart. in. l. vbi. ff. de tut. & cur. datis ab his ꝙ deficiente Iudice appellationis potest appellari à sententiis Potestatis, ad ordinem Decurionũ, seu Antianorum, pro ut explicat Bal. in. l. 1. in. x. q. ff. de off. consulis, ubi dicit Bar. opin. esse uerã, in ciuitatibus habentibus iurisdictionem, pro ut sunt ciuitates insignes habentes hoc ex consuetudine, uel priuilegio, vt ex pace constantiæ, ubi de ciuitate Bon. fit mentio in indiuiduo, & dixi in statuto de off. D. pot. Bon. nam à talibus Antianis, seu prioribus tamquam Pontificibus ciuitatis, iura possunt interprętari, arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde, nam sunt sicut Reguli in ciuitate durãte officio, idem repetit Fely. in. c. prudentiam, in princip. de officio delegati. Et quam potestatem habeant: uide per Bar. in. l. ambitiosa de decre. ab ordi. faci.

b ¶ Ambasciatorum. Qui & uocantur legati, ut habetur ĩ tit. ff. de legatio. & in lib. x. C. vocatur etiã Vicarius muneris alieni, ut per iurisconsultũ in l. uicarius. ff. de legation. aliis ẽt modis nominat Specul. tit. de legat §. 1. in prin. & si uacaret aliqñ potes legere quæ scribit pertinentia ad Legatos, & qui debeant eligi ad tale officium, apud Lucã â pœna Doctorem moralem in d. Rub. de legationibus lib. x.

c ¶ Reipublicę causa. Leges. n. generaliter loquentes cessant insurgẽte publica utilitate ex aduerso, vt deducit Bal. in. l. 1. C. de hære. uel act. uen. Roma. in. l. si uerô, §. de uiro, in x. fall. ff. solu. matri. habetur etiam in. l. 1. ff. solu. matrim.

d ¶ Vel comitatu. Exẽplifica in Capitaneis, uel Potestatibus, necnon Vicariis comitatus nostri, qui habent iurisdictionem, facit. l. 1. §. legatis, ff. de Iudiciis, ibi, qui in prouintiam destinati sunt reuocandi domum ius habent. i. protrahendi litẽ in locum domicilii usq; ad aduentum suum.

e ¶ Adesse non posint. Ad hoc, l. non alias in fine, & l. de eo, ff. de Iudiciis, ibi ne ab officio susceptæ legationis auocentur, nec. n. tenentur dimittere procuratorem stante officio temporali, Bar. in. l. 1. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. dum allegat l. 2. ff. de in ius uoc.

f ¶ Declarationi. Non refero hanc modificationẽ ego ad illa supra spãliter noĩata officia, sed tantũ qñ habent officiũ in comitatu, & ita interprætatur hoc statutũ, ut idistinctè Dñi Antiani dicãtur impediti, qđ nõ possint adesse causis suis, facit ad tex. l. 1. §. sed si dubitetur, ff. de Iudi. ubi tñ unũ dicitur not. qđ nihilominus is, q habet ius reuocãdi domũ tenetur cauere đ iuditio sisti adueniẽte fine officii, nuda tñ cautione, absq; fideiussore, vbi gl. quæ ẽt meminit de satisdatione, quæ præstatur in hac Ciuitate Bononiæ.

ante tempus[a] dictæ ambasariæ, officii, uel absentiæ, aut impedimenti inchoatæ fuerint per petitionis oblationem, & partis citationem, & ita demum si ipse quærimoniæ, uel causæ per ipsos Aduocatos, Procuratores, Curatores, Tutores, Actores, uel Sindicos, aut Defensores, uel Notarios, Arbitros, uel Arbitratores, uel Delegatos, uel aliquem eorum, seu alterius eorum nominibus ante tempus eorum officii, amba sariæ, uel impedimenti, uel saltem prima die, uel sequenti ipsius impedimenti ambasariæ, uel officii datæ fuerint in scriptis coram Vicario domini Potestatis Bononiæ, uel Iudice Aquilæ, & penes unum ex Notariis dischi domini Potestatis, uel Iudicis Aquilæ dimissæ, quæ in actis per eundem Notarium debeant registrari, nisi aliter per dicta regimina fuerit ordinatum, uel prouisum. Et nisi pars principalis cuius fauore causa dilatetur, prædictis non obstantibus, uelit in causa, seu quæstione procedi, quo casu procedatur non obstantibus prædictis. Dummodo talis absentia, seu impedimenta quæcũq; prædicta Aduocatorum, Procuratorum, Actorum, seu Sindicorum, uel aliorum, ut supra, Arbitrorum, uel Arbitratorum, & Delegatorum, ac Notariorum prædictorum nõ durent ultra triginta dies. Saluo quam in dominis Antianis, quorum tempus duret per duos menses eorum officii. Quibus diebus elapsis procedi possit in causa, non obstante tali absentia, etiam ante triginta dies prædictos, ubi fuerit dicta absentia minus duratura, de quo stetur declarationi Iudicis coram quo causa agetur. Stetur etiam sacramento talis absentis, uel impediti, ut supra, de die initii, & finis temporis talis absentiæ, uel impedimenti, qui dies initii, & finis prædictorum in dicto tempore computentur. ¶ Et idem intelligatur fiat, & obseruetur si durante tempore ipsius officii, ambasariæ, uel dicti impedimenti aliqua persona uelit eidem officiali, ambasiatori, uel absenti, seu impedito, ut supra, litem, quæstionem, uel controuersiam de nouo mouere. Vel si ipse officialis, ambasiator, uel absens, uel impeditus, ut supra, per se, uel alium uellet de nouo causam, uel quærimoniam alicui inferre[b], quibus causis uoluntas ipsius ambasiatoris, uel absentis, uel impediti, ut supra seruetur. Saluo quã in causis Antianorum, in quibus procedi non possit, nisi fuerit de utriusque partis uoluntate. ¶ Insuper prouide considerantes casus, & contingentias[c] infirmitatum, quibus humana fragilitas est supposita, & quod in aliquo, uel aliquibus ex procuratoribus causarum in palatio iuridico in causis patrocinantibus posset infirmitas[d] aliqua repente superuenire, propter cuius impedimentum ius clientulorum suorum periclitari

a ¶ Tempus. Sed quod dicitur tempus officij, an electionis, an adeptæ possessionis? conferunt pro electione ipsa, quę scribit Bart. in. l. 1. in prima oppo. ff. de pœnis, dum dicit, quod si electus ad officium Antianatus delinquat, debet reputari prout de Antianis, quo ad pœnam minuendam, licet nondum ingressus sit officium, per l. statul bar l. 2 ff. de quæstio. & inseruiũt multa pro & cõtra, quæ ponit Bart. in. l. ex eo. ff. de testamẽto militari, tamen ego requirerem actualẽ administrationem, seu exercitium, ut priuilegio Reipublicæ gaudeat, ut probatur in l. qui mittitur. §. qui reipub. ff. ex quib. caus. maio. cogita.

b ¶ Inferre. Et caue quia si agat, cogitur etiam ad se defendendum si reconuentus fuerit, casus est in l. 1. §. sed si agãt. ff. de iudiciis, immo secundum gl. ibi intelligitur, quod non tãtum aduersus eos, cõtra quos agit se habet reconuentus defendere, sed etiam aduersus omnes alios, quia aperta est porta iudicii, & sicut auocatur ob unam causam, ita ob alias plures auocari poterit: quam opinionẽ plures sequuntur, & est communis.

c ¶ Contingentias. Ad hoc in simili text bonũ in authẽ. de consangui. & uteri. fratr. ubi dicitur, quod multæ sunt hominum anxietates, & repentinæ mortes, & in. l. penultima circa med. C. de usufruct. dicitur, quod multæ, & innumerabiles causæ incidũt mortalibus per quas iugiter detinentur quod habent non possunt.

d ¶ Infirmitas. Est iustissima causa tribuendi

periclitari posset: et indemnitatibus eorum prouidere cupientes, ordinamus quod quandocunque de cætero continget aliquem, uel aliquos ex huiusmodi Procuratoribus infirmari infirmitate aliqua, & tali, propter quam ad prosecutionem causarum suarum intendere, uel superesse non ualeant. (De qua infirmitate & an talis sit propter quam causas suas prosequi non ualeat[a], nec dictorum eorum clientulorum, de quo si uerteretur in dubium stetur sacramēto suo[b]:) posfit talis Procurator per suum specialem[c] Procuratorem ad hæc constitutum dare causas suas quas suo, uel alieno[d] quocunque nomine habuerit pro suspensis[e] coram iudicibus coram quibus uerteretur, dum tamen in tali Procuratoris constitutione iurare habeat corporaliter ad sancta Dei Euangelia manu tactis scripturis se infirmum, & tali infirmitate propter quam suas causas, & suorum clientulorum prosequi, & eis intendere nequeat. Et hoc facto causæ omnes, & singulæ, quas suo nomine, uel alio quocunque habuerit coram quocunque iudice, uel officiali, & ipsarum fatalia tempora, & instantiæ ipso iure sint, & esse intelligantur suspensæ, & in suspenso esse, & sic stare debeant donec reconualuerit, & huiusmodi reconualescentia coram dictis iudicibus, & partibus cum quibus huiusmodi causas habuerit notificauerit: Dum tamen huiusmodi suspensio propter talem infirmitatem ultra quindecim dies durare non posfit, sed elapsis dictis quindecim diebus, incontinenti finita sit, & esse intelligatur, siue reconualuerit, siue non, nisi aliter per regimina Ciuitatis Bononiæ, ac etiam per alios Potestatem habentes prouisum fuerit dicta infirmitate durante, uel postea, & nisi prout aliter iuris fuerit, seu de iure fuerit faciendum pro tempore dictæ infirmitatis post dictos quindecim dies duraturo.

DE SALARIO[f] ARBITRORVM[g], & Arbitratorum.

excusationem, seu suspēsionem in iudicialibus l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. l. quæsitum. ff. de re iudic. notatur etiam in. l. 1. §. huius rei, de off. eius cui mād. est iurisdictio.

a ¶ Non ualeat. Vide in simi. uerba iureconsulti, in. l. 1. §. proinde. ff. de edilit. edic. proinde, inquit text. si quid tale fuerit uitii, siue morbi quod vsum ministeriūq; hominis impediat, id dabit redhibitioni locū, dūmodo meminerimus non utique quodlibet q̃ leuissimum, ut morbosus, uitiosusq; habeatur, proinde leuis febricula, aut uetus quartana, quæ tamē iam sperni potest, ut uulnusculum modicum, nullum habent in se delictum, quāuis pronunriatio non sit; contemni enim hæc potuerunt, ad idem. l. ob quæ uitia in fi. eod. titulo, habetur in. l. morbus sonticus. ff. de uerbo. signifi.

b ¶ Sacramento suo. Hoc idem admittit Barto. in l. quæsitum in fi. ff. de re iudic. si tamen aliqua indicia concurrant, scilicet facies, & color quasi hominis extenuati, argumento. l. minor uigintiquinque annis ex aspectu. ff. de mino.

c ¶ Specialem procuratorem. Hoc forte non esset necessarium, quādo constaret iudici aliunde, ut ponit Bart. in. l. secunda §. si quis in iudicio, vers. Quinto quæro quid si infirmatur. ff. si quis caut. vbi Bart. tandem dicit, consilium esse, ut mittatur excusator, qui hoc iudici notificet, hic autem requirit procuratorem.

d ¶ Vel alieno. Quia in princip. §. uocauit procuratorem propter causas clientulorum suorum, hic commiscet causas proprias, seu nomine suo agitatas, & causas aliorum quarum ipse procurator est, in suis enim non possunt dici procuratores. l. prima. ff. de procurat. ideo hic habes, quod unum & idem uerbum potest stare uno respectu proprie, & alio respectu improprie, ad l. 2. ff. de officio proconsulis, & legati cum similibus.

e ¶ Pro suspensis. De hoc statuto facit mentionem Alex. consil 82. uolum. secundo, uolens, quod onus probandi, & producendi suspensionem, pertineat ad eum, qui obtinuit.

f SAlario. Rubrica est specialior nigro, propter. §. adiicientes il primo, & il secundo.

g ¶ Arbitrorū. De quo signāter tractat Io. an. in add spec. de salariis in gl. fi. ubi dicit inter alia q magis merētur salarium, q̃ iudices, qa nō pn̄t se exonerare, nec in totū, nec in parte a labore.


Rdinamus quod si contigerit compromitti [e] de aliqua, seu aliquibus quæstionibus in aliquē, uel aliquos, tanquam in Arbitros, uel Arbitratores. uel amicabiles [b] compositores: si fuerint certæ quantitatis, uel summæ habeant Arbitri, seu Arbitratores, si ue unus, siue plures fuerint de ipsorum laudo [c], seu arbitramē to inter omnes, & inter ambas partes, & quotcunq; fuerint partes, personæ, uel uniuersitates compromittentium pro eorum salario sex denarios bono. pro qualibet libra quantitatis & summæ, seu æstimationis facti: de qua, seu quo fuerit questio usq; ad summam librarum mille bon. uel abinde infra. ¶Et si fuerit quæstio maioris quātitatis, uel sūmæ librarum mille bon. habeant Arbitri, seu Arbitratores quotcunque fuerint inter omnes compromittentes usq; ad dictam quantitatem mille librarum bon. sex denarios bon. pro qualibet libra, ut dictū est. ¶Et de eo quod erit ultra dictam summam percipiant, & habeant pro ipsorum salario tres denarios bon. pro qualibet libra inter omnes compromittentes. ¶Et si fuerit de certa re, facto, uel specie quod, uel quæ æstimationē recipiat, percipiāt Arbitri, seu Arbitratores pro rata cuiuslibet libræ æstimatiōis dictæ rei, uel facti, uel speciei, ut supra dictum est. ¶Et si questio fuerit alicuius facti, seu negocii de qua compromittatur, quod estimationem non recipiat, non possint percipere, uel habere pro suo salario, si fuerit negocium arduum, uel magnum ultra id quod perciperent, si quæstio esset mille librarum bon. ut supra dictum est. Vel si quæstio fuerit in qua utraq; pars se ad inuicem conueniat: tunc taxetur salarium ad rationem prædictam tantum secundum maiorem summam, uel rem petitam ab altera partium. ¶Adiicientes quod compromissum aliquod faciendum ultra duos menses [d] continuos a die ipsius durare non possit, nisi aliud actum fuerit inter partes, seu fuerit prorogatio facta per ipsas partes. ¶Et hoc statutum quantum ad salarium non uendicet sibi locum in compromissis faciendis inter fratres, uel alios affines, uel coniunctos super diuisione bonorum communium ipsorum compromittentium, qui Arbitri tunc recipiant dimidiam eius quod taxatum est in supradictis casibus. ¶Quorum etiam arbitrorum [e] salarium dum veriorem resolutionem.

e ¶Compromitti. Ponderа statuētes vti hoc communi vocabulo, tamquā cōmuni tā ad arbitratorem, quam ad Arbitrum sed certe improprio modo, quo ad Arbitratorē, quia non dicitur compromissum, & uide d. Ioann. Baptistam in tractat. de Arbi. q. quinquagesima, qui idem dicit per Auth. si uero contigerit C. de Iudiciis, qd' ualet ad statuta, quæ proprie sunt intelligenda, specul. titulo de arbitr. §. sequitur versic. sed nunquid & in. §. finitur.

b ¶Vel Amicabiles. Vel pro seu, quia idem significat p diuersa uerba d. Auth. si uero contigerit ubi not C. de Iudiciis.

c ¶Laudo. Laudum proprie est arbitri, ut supra dixi de cōpromisso, Et quid dicēdū si non tulerūt laudum facto, & culpa unius partiū, & ideo dd. Arbitri ꝑtestati sint per eos non stare, quin feratur laudum, an hoc salarium debeatur? fuit in facto alias, & ego citabam Specul. titulo de salariis. §. 1. in fi. sed postea inueni Roma. consil. lxxxv. incip. Euidenter, de quo meminit Lud. Bologni. consil. lxxi. uersic. si.

d ¶Vltra duos mēses. Sed de iure instantia coram Arbitris, sicut etiam cōram Iudicib. ordinariis durat triennio, iuxta .l. properandum C. de iudiciis, gl. in. l. itē si unus. §. r. ff. de Arbitris, p Specul. eo. titul. §. finitur, versic. item spatio triennii &c. Et quot dierum sint hi duo menses, potest probabiliter dubitari, ex his, quæ habentur per Bar. in l. cum Bisextus, ff. de uerbo signif. & Gemi. in c. quam sit. §. 1. de elect. in vj. & per Alex. in consi. cxiiij. vasa scti plurarum nu. 13. lib. v. post Bal. in. l. eos. §. fin autem in ultima colu. C. de appellat. ubi de 30. diebus intelligitur mensis in proposita specie, secū-

e ¶Arbitrorum. Subaudi vel Arbitratorum, quia cōiunctim de omnibus titulis est conceptus, & principium statuti de vtroq; loquitur sub eadē dispositione ad l. Regula. §. & licet, vers. nam initium, de iuris & fac. ignor. & cogitandum est, an iste versicul. respiciat omnia supra posita, an vero

nō poſſit excedere ſummam librarum uiginti bon. pro quolibet arbitro, niſi eſſet hæreditas diuidēda ualoris uiginti millium librarum bon. & abinde ſupra, quod ſalarium tunc eis conſtitui debeat per dominum Poteſtatē Bon. & eius Vicarium, attenta qualitate facti, & conditionibus perſonarum, ac laboribus Arbitrorum, quibus non poſſit ſalarium taxari ultra libras quinquaginta bon. pro quolibet cuiuſcunq; ualoris ſint hæreditatis bona, & iura diuidenda. ❡Notarii uero qui confecerint acta, & ſcripturas, & lauda, ſeu arbitramenta, quæ, & quas fieri occurrerit ratione laudi, & arbitramenti pro eorum ſalario quotcunq; fuerint, habere debeāt tantum quantum fuerit quarta pars eius quod pro ſuo ſalario debitum fuerit Arbitris, ſeu Arbitratoribus, qui tale laudum, ſeu arbitramentum protulerint ſecundum diſpoſitionem præſentis ſtatuti, ad quæ ſalaria antedicta partes ſeu cōtrahentes, qui ſeu que compromiſerint, teneantur, & ad eorum ſolutionē cogi, & compelli poſſint, & debeant quibuſcunque remediis opportunis. ❡Adiicientes quod ſi maior pars[a] Arbitrorum, uel Arbitratorum pronunciauerit[b] alio ſeu aliis requiſitis[c] mandato[d] ordinarii Iudicis, uel pro parte ipſorum arbitrorum uolentium, ſeu eorum mandato, prout & ſecundum quod quis citari[e] debuerit ad

ro tantum proximus verſic.

a ¶Maior pars. Ad hoc. l. ſi vnus .§. principaliter, verſi. in impari, Quomodo autem maior pars cōſideranda ſit, an reſpectu numeri in uniuerſum, an reſpectu ſententiarum, eſt pulchra diſputatio in c. 1. de Arbi. in 6. poſt Specul. in titulo de probatione ſententiæ. §. iuxta, verſi. Quid ſi ſint.

b ¶Pronuciauerit. Nulla etenim eſt ſententia, quā ſcriptam edidit litigatoribus ſi non ipſe recitauerit C. de ſenten. ex breui recit. l. 1. & in c. cum ab vno extra de re iudi. vbi not. Et an illorum quilibet habeat pronuntiare, an vero vnica pronūciatio requiratur? Specul. tractat. in titulo de Arbitris. §. ſequitur verſic. poſtremo num. 52. & tenet, quod quilibet habeat legere, & proferre ſententiam, & idem in pluribus Iudicibus, exceptis his, qui per alium legere poſſunt, iux. l. 2. C. de ſentē. ex breui. recit. & ita obſeruaſſe Azonē Refert, dum cauſa fuiſſet illi commiſſa, hoc tamē iure Canonum determinatū eſt, ī d. c. cū ab uno, de re iudicata, vbi vnus ſolus legit aliis mādantibus, debet tñ proferre verba in plurali num.

c ¶Requiſitis. Alias non valeret ſentētia quia præſentia illius potuiſſet trahere alios in ſuam ſententiam. l. ſi in tres. ff. de Arbitris, niſi in compromiſſo conuentum ſit, ut duo ſine tertio citato, procedant, l. non diſtinguemus. §. cum in plures. ff. de Arbitris. Specul. eod. titul. §. ſequitur uerſic. & not. gl. in c. 1. de Arb. Et fuit bona hæc prouiſio de requiſitione quando quidē ex lege ciuili hoc non haberemus ſtante illa generali ratione d. l. ſi in tres, ſed hoc ſtatutom habuit abſentem legitime requiſitum pro præſente, & contradicente, quo caſu clatum eſt, contradicentem non obſtare, quin concordis duorum ſententia valeat. d. l. item ſi unus. §. penul. & hac ratione, ante hoc ſtatutum motus fuit cōditor Canonum in vi. ſ. in c. 2. de arbi. iunctis ibi not. vide Bar. in d. l. item ſi vnus de Arbi. & Blāchus in tracta. de compromiſ. xv. q. ix. p. principalis, ubi late diſputat, niſi ergo fuiſſet hoc ſtatutum, obſeruaremus legem ciuilem in hac ciuitate, ut exprçſſè habetur in gl. d. c. 2. in verbo lex ei. in vltima parte. Caue tamen quia in. d. c. 2. excipere videtur caſum, quando legittimè impeditus eſſet ille tertius reqſitus, ut ibi aduertit gl. volens tunc ſtari legi ciuili. ſ. d. l. ſi in tres, quæ tamen exceptio non habetur expræſſa hoc ſtatuto, ſed ſimpliciter loquitur, niſi diceremus, quod ſtrictè debet intelligi ut minus deroget, iuri communi, & pari ratione poteſt dubitari, an hoc caput vendicaret ſibi locum in Arbitris iuris, & putarem; ego quod ſic arguendo ab except. quam facit in §. & hoc ſtatutum, quia exceptio firmat Reg. in caſibus non exceptuatis. l. nam quod liquidę. §. fi. de penul. legata in eo. n. §. loquitur de Arbitris iuris. i. de neceſſitate ſtatuti eligendis.

d ¶Mandato. Per quod non vnus tantum cogendus eſt, ſed aut omnes, aut nullus, dicit tex. in. l. item ſi vnus, §. item ſi plures &. §. item principaliter. ff. de Arbitris.

e ¶Citari. Nota hic Arbitros, item Arbitratores citare poſſe partes ad ſententiam, de quo lata eſt diſputatio inter Doctores, quos refert Marc. Blanc. in trac. de compromiſ. in ſecunda. q. ix. q. principalis poſt Maria. Soci. in tracta. de citat. Art. vii. verſic. quadrageſimo ſecundo, & refert communem opinionem eſſe, quod Arbitri iuris, & Arbitri compromiſſarij debeant citare partes ad ſententiam, quia ſunt redacta ad inſtar Iuditiorum ipſa Arbitria, de Arbitratoribus autem non bene ſcitur quæ ſit vera,

vera, & communis opinio, propter conilicta in rationem, de quibus in locis alegatis, ſed ſtatutum noſtrum indiſtincte procedit.

a DE iure communi. Vt quia poſt primam tonſuram factus fuiſſet Bigamus verè vel interpretiuè iux. cap. vnic. de Bigam. in vi. vel quia etiam duxiſſet vxorem vnicam etiam virginem non tamen incederet in habitu clericali. c. 1. de clericis coniugatis in vi. vel quia tertio admonitus noller abſtinere a ſecularibus negotiis vt in. c. fi. de vita & honeſtate clericorum cum aliis ſim lib calibus quos curioſus lector poterit inuenire, vide omnino Capicium decis. cl. poſt Anna. 1. c. 1. de apoſtatis, & Soci. conſil. xii. colum. vii. volu. primo. Et iuxta quod dixi de non incedente in habitu quæri poteſt, quid ſi incederet, nunquid poſſit detineri à Iudice laico? diſputat abunde Iapp. Allegatione 118. Quæritur non leuiter, ſentiens quod poſſit bene conueniri coram Iudice tali, vide conſil. Alex. de Nouo. 59. cum tribus ſeq.

b ¶ Priuilegio fori. Largo modo ſumitur hic priuillegium, quia immo eſt Regula uniuerſalis, tam de iure ciuili, quam canonico, quod actor ſequatur forum Rei. c. ſi quis contra clericum. c. cum ſit generale de foro cõp. ſed bene etiam ſunt multa priuillegia in clerico reſpectu ſui fori, quia plerunque, etiam ſi actor ſit agit contra laicum in foro Epiſcopi, ut patet ex aliquibus caſibus enumeratis per Maria. in d. c. cum ſit generale.

ſententiam audiendam ſecundum formem noſtrorum ſtatutorum, ualeat & teneat talis pronunciatio, ſeu laudum, non obſtante abſentia talis requiſiti, qui eo caſu ſalarium aliquod non mereatur, nec percipere poſſit, ſed dictis laudantibus, ſeu pronunciantibus in totum ſolui debeat.

DE DECLINANTIBVS FOrum Communis Bonon. uel ſuorũ officialium prætextu priuilegii fori eccleſiaſtici uel exceptionis uſurarum.



Vrſus Statuimus quod nullus de iure cõmuni[a], uel per conſtitutionẽ domini bononienſis Epiſcopi exutus uel priuatus beneficio, ſeu priuilegio fori[b] eccleſiaſtici, in aliqua cauſa criminali uel ciuili audeat, uel præſumat eo prætextu quod aſſerat ſe clericum, uel eccleſiaſticam perſonam regularem, uel ſecularem declinare forum, ſeu iuriſdictionem alicuius Iudicis ſecularis, uel laici Ciuitatis Bononiæ ſub pœna tercentarum librarum bonon ¶ Et quod nullus officialium præminentium Regimini Ciuitatis Bononiæ talem declinantem audiat, uel admittat ſub eadem pœna, quam pœnã dominus Poteſtas qui pro tẽpore fuerit, uel eius Vicarius uel Iudex Vrſi ex quo coram iudice competente fuerit facta fides prædictum declinãtẽ forũ fore exutũ, uel priuatim beneficio, ſeu priuilegio fori eccleſiaſtici exigere teneatur. ¶ Vt aũt prædicta debitũ ſortiãtur effectũ & nihil ſtatuatur in præiudiciũ eccleſiaſticæ libertatis[c] Decernimus quod ſi cõtra hmõi exceptionẽ[d] declinatoriã fori fuerit replicatum. Quod declinãs[e] propter aliquam cauſam, quam replicans ſpecificet[f], eſt priuatus, uel exutus priuilegio fori eccleſiaſtici.

c ¶ Libertatis. Ad Auth. caſſa, & irrita, C. de ſac. eccleſiis, de quo latius dicam in confirmatione Iulii Papæ II. Et Nota quod olim uigebat ſtatutum ĩ hac ciuitate, quod nullus declinaret forum d. poteſtatis etiam ſi eſſet clericus, ut atteſtatur Alberic. in ſuo opere ſtatutorum, poſt Iaco. Butriga. in Auth. ſtatuimus C. de Epiſ. & clericis, immo dabat cautellam, quã inter alias refert, Petrus Thomas Ferrar. cau. 28. incip prouiſum.

d ¶ Exceptionem. Hic aliqualiter adaptatur dictũ Bal. in Auth. clericis. C. de Epiſco. & clericis q. fi. vbi dicit quod Epiſcopus non tenetur ſequi acta facta contra clericum per Iudicem ſecularem clericum remittentem, in actis. ſ. tendentibus ad punitionem, ſecus in tendentibus ad inſtructionem.

e ¶ Declinans. Pondera hoc participiũ, propterea videtur nobis quod ſola propoſitio exceptionis ſufficiat, abſq; eo quod ſententia feratur, arg. not. per Bar. in. l. eum qui. ff. de iure patronatus uide per Bal. in. l. ſi quis in ſuo. ff. de inofficio teſtamento.

f ¶ Specificet. Nota caſum in quo tenetur quis non petitus exprimere cauſam in ſua exceptione faciunt not. per Bar. in. l. pri. in principio. ff. de no. o. nuncia. in ſecunda q. & magis in propoſito clem. conſtitutionem de electio. quia non debet in tanto crimine uagari. l. ſed ex dolo. §. fina. cum. l. ſeq ff. de dolo. l. libellorum. ff. de accuſ.

siastici. Officialis coram quo præ licta proponentur receptionem probationis[a], & exceptionis, & replicationis ad ecclesiasticum forum remittat, quam remissionem dictus declinans incontinenti petat, & infra tres dies immediate subsequentes prædictas exceptionẽ & replicationem Iudici ecclesiastico debeat præsentare, & petere terminũ ad exceptionem probandam. Et durante termino assignato per Iudicem ecclesiasticum ad probandum[b] prædicta, nõ currant tempora instantiæ causæ principalis inchoatæ coram dicto officiali Ciuitatis Bononiæ, quæ aliter currerẽt secundum formam nostrorum statutorum. ¶ Et si dictus declinans incontinenti dictam remissionem non petierit, uel infra dictos tres dies[c] omnia agitata coram dicto officiali Ciuitatis Bononiæ non præsentauerit, uel exceptionem infra terminum assignatum per Iudicem ecclesiasticum non probauerit, uel replicans probauerit suam replicationem eo ipso in quolibet casuũ prædictorum prædictam pœnam incurrat. Et nihilominus super eo de quo agebatur uel procedebatur cõtra eum nulla ipsius allegatione audita, uel admissa, habeatur pro confesso, & per dictum officialem Ciuitatis Bononiæ cõtra ipsum declinantem tanquam confessum procedatur. ¶ Si uero coram aliquo officiali Ciuitatis Bononiæ incidenter[d] proponeretur[e] quod causa de

a ¶ Probationis. s. si qua facta fuisset ex abundanti coram Iudice laico, quia necessario non tenetur, ut patet ex infrascriptis, sunt aliqui qui rectẽ putent probationis verbum corruptẽ legi loco petitionis.

b ¶ Probãdum. Vide hic, quod ille teneatur probare se clericum prout in exceptione declinatoria deduxit, quod satis prima facie dubitari uidetur attẽto ꝙ actor in sua replicatione fatetur eum fuisse clericum olim, immo præsupponit dum dicit eũ priuilegio clericali exutũ ad Regul. l. manumissiões. ff. de iust. & iure, & l. x. de uerbo. obliga. & ad not. per Dyn. post Accursium in. l. non utiq; . ff. de except. & in regula exceptionem de Regul. iur in vi. Sed dic tu quod ille qui obiicit except. non uidetur intentionem aduersarii cõfiteri, & illa est uerior opin. quã posuit glo. in d. Regula & Ant. & Abb. in c. cum venerabilis, vbi Mod. late ex. de except. & caue quia hic expræsse non dicitur de replicatione probanda sed satis potest subintelligi consideratis regulis iuris communis, quæ habẽt quod post fundatã exceptionẽ rei, actor pari modo habeat dilationẽ ad probãdũ deduct. in replicatione l. exceptionẽ. ff. de ꝓbat. & No. a quod exceptio de sui natura debet ãte omnia discuti, & terminari antequam ad litis contestationem deueniatur. l. fina. ubi Bal. C. de except. Bart. in. l. fina. ff. pro suo, vbi secus in dilatoria, si maxime si requirat altiorem indaginem, quia reseruari debet in fine iudicij, etiam si esset exceptio ad processum, quia ut audiatur, debet offerre se paratum probare in continenti. Afflic. in constitut. Regni. incipien. exceptiones in 2. not. lib. 2.

c ¶ Infra dictos tres dies. Caue ꝙ Ang. Imo. Las. & scriben. in. l. 2. col. 3. ff. de re. iudi. meminerũt de hac prouis plenius statuti Bon. & dicunt ꝙ non ualet vnam festucam quia statutum laico rum non potest se intromittere de iurisdictio. ecclesiastica, nec legem imponere Iudici, ecclesiastico idem Abb. in. c. cum sit Romana col. 2. de appella. sed si bene verba ista legeris tãtum arctatur declinãs ad præsentãdum except. & replicationem coram ecclesiastico: ad ecclesiastici vero officium pertinet assignatio termini ad ꝓbandum, & hæc duo habeo pro diuersis vt mihi uidetur dicere Bart. in. l. præses versic. pone ergo C. de appellat. probatur in c. personas de appell. Ripa in. d. l. 2. nu. 8. & sic puto ualere hoc nostrum statutum sapiẽter dictatum, & forte mutatum ab eo de quo prædicti patres verba fecerũt.

d ¶ Incidenter. Si vero principaliter proponeretur, nullus dubitat quin sit fori ecclesiastici quãdo dubitatur de substantia cõtractus, idest sit quæstio iuris uidelicet an sit usurarius, quia hæc est determinatio peccati, & prohibitio habuit ortũ à iure diuino, & canonico, ut extra de vsuris c. super eo. & c. cum tu, sed secus uidetur quando dubitatio est sup facto, seu super non substantialibus cõtractus, puta qui præsupposito quod contractus sit vsurarius, agitur de repetitione vsurarum, ita tenet Paulus de Elcazaris in clem. 2. de vsur. Bart. in. l. tutia. ff. so lu. matri. & Abb. in. cum sit generale nu. 17. de foro compet. vbi dicitur, istam esse magis communem opin.

e ¶ Proponeretur. I. exciperetur, quia tunc uenit incidenter id quod in exceptione deducitur, hinc dicitur ꝙ Iudex non tenetur sua sententia diffinitiua facere mentionẽ de exceptionibus c. 1. de ordine cognitionũ vbi Abb. reddit rationẽ, vel dic per hoc verbum loqui statutum,

agitur eſt uſuraria[a], & ideo ad eccleſiaſticum Iudicem remittenda proponẽs ꝙ ad eccleſiaſticum Iudicem cauſa remittatur in hoc non audiatur. Sed officialis Bonon.coram quo propoſita fuerit exceptio uſurarum ipſam admittat, & de ea cognoſcat modo,& forma quibus cognoſcere debet de aliis exceptionibus peremptoriis ſecũdum formam ſtatutorum Ciuitatis Bonon.Et probatio facta de dicta exceptione per teſtes uel inſtrumenta, præſumptiones , uel alio modo illum effectum habeant quẽ habere deberent ſi facta foret in foro eccleſiaſtico , etiam ſi de iure ciuili,uel quocunque ſtatuto bonon.prædicta carerent effectu . Prædicta autem Volumus inuiolabiliter obſeruari , niſi corã Iudice eccleſiaſtico ante petitionem porrectam coram officiali Ciuitatis Boniæ fuiſſet cauſa uſurarum inchoata per petitionem,& citationem partis inde ſecutam.

ſtatutum etiam quãdo debitor non ſtaret in ſimplici exceptione , ſed ulterius procederet petendo pronuntiari contractum vſurarium,quod nota,quia ita albi in ſimi. diſtinguit glo.in clem. diſpendioſa in verbo vſuris,de Iudici.& quocunque modo intelligatur iam ſecundum magis cõmunem ſententiam Iudex ſecularis non eſt cõpetes,ſed eſt cauſa mere eccleſiaſtica, quia tractatur de ſubſtantia contractus,vt dixi in præcedentibus,ita Bar.etiam tenet l.titia ſolu.matri. ſecundum nouam lecturam , quam Alex. citat , & ſequitur , & idem Barto. in.l.omni nouatione C. de ſacro. eccleſiis. Affl. Deciſ.416. incipit ſi debitor, hoc autem ſtatutũ decidit oppoſitum ſ.quãdo incidenter proponitur & eſt fundatum in regula.l.quotiens C.de Iudicus,& ſub illa ratione ne ſit in poteſtate rei irritum ferè ſemper facere Iudicium ſeculare recurrendo ad Iudicium eccleſiaſticum , quia tunc Iudex ſecularis deberet ſuperſedere in cauſa principali,donec de tali exceptione cognitum fuerit, Bal.magiſtraliter in conſilio cclxxv.præmiſſo ſtatuto lib . v . & ſi in foro Epiſcopi contingat ſuccumbere valeat ad ſedem apoſtolicam appellare, conſequenter manus Iudicus pendente appellatione ſint ligatę,quia quãdo Iudex laicus remiſit aliquam exceptionem cognoſcendam per Iudicem eccleſiaſticum , quemadmodum pendente cognitione nihil poteſt innouari,ſimiliter non poteſt quando per eccleſiaſticum eſt lata ſententia, ſed ab ea appllatum eſt, etiam ſi in ſententia Iudex eccleſiaſticus reuocaſſet omnes inhibitiones factas laico Iudici , vt pulchre conſuluit Federic.de Senis conſil.98. Nicolinus Petri:Butri.in c.tuã 12.q. de ordi.cognit. Alex.conſil.lxiij.in cauſa & lite volu.3. vide etiã P.Gerardi ſing 96. vbi abunde loquitur , Nunquid autem valeat huiuſmodi ſtatutum ? late diſputat Alex.in.d.l.titia in vii.tall.ſuit.n. controuerſia inter Doc. non parua, quia Bal. in .l. non ignorat in ultima colu.C.qui accuſ.non poſſunt tenet valere ſtatutum , Federicus verò conſil.96. tenet quod.non,& Alex.ſequitur & Decius conſil.18.nu. 2. ſed quia hæc ſtatuta ſunt vt papalia ex confirmatione pontificum ſecundum vt noſcã vt dicam[a] in concluſ.ſtaturorum, id eo non uidetur hæſitandum in propoſito , & vide in conceſſione ſecunda Iulii 2.in.§.atq; nonnulli,& adde Beroum q.lxxvij.Et ſtante validitate ſtatuti ceſſant cautellæ ſerratij 53. incip.ſi coram aliquo Iudice verſic . reuoco ergo in dubium &c. Nũquid autem poſſit excipi de excommunicatione actoris coram Iudice laico?et quidem de iure communi poteſt glo. ſing.in l.1. in gl.fi. C. de iuris & facti ignor . vt ẽt not . ibi Bal.fulg.& Iaſ.& gl in c. præceptum 32.q.v. cum pluribus authoritatibus congeſtis a Tiraq. lib.re tract.ligna.§.1.gl.9. nu. 275.dicit tamen Iacobus Butrig.in l. placet in lectura C.de ſacro.eccleſ.referente Baldo , quod in hac ciuitate exſtat ſtatutum diſponens quod nõ poſſit opponi exceptio excõmunicationis in foro ſeculari, ſed non reperio ego alicubi hoc ſtatutum,& forte fuit abrogatum maxime quia dubium eſt inter Doctores an valeat:Io.And.in c.poſtulaſti de homicidiis negat illud valere , & vide etiam Decium in c. eccleſia S.Marię de conſtitut. nu.49. ſentit Iap.allegatione 92. dum dicit non admittentem huiuſmodi exceptionẽ videri facere contra libertatem eccleſiaſticam per c. decernimus de ſent.excommuni.lib.6.Si ergo coram Iudice eccleſiaſtico ante omnia petatur abſolutio à iuramento,vtiq; etiam habet cognoſcere de ipſa cauſa principali ad quam facta eſt præparatio: Bal.in.l.ordinarii C.de rei vendicat.in 2. not. P. Gerard.ſing.88.

a ¶ Vſuraria Vt puta ſi Matheus uigore librorum peteret certã ſummã Titius aũt exciperet ꝙ uſuræ in ſunt occulte quæ habent extenuare ſortẽ & allegaret ꝙ eſt uſurarius quaſi manifeſtus & ita alias de hoc inquiſitus fuit &c. uide diffinit. Bal.ĩ conſ.449.incipit ius naturale lib.3.quid ſit vſura & hic omiſſa eſt opi. aliquorum dicentium quod tuncdemum cauſa vſuraria eſt ſpiritualis, & in foro eccleſiaſtico tractanda quãdo agitur de prohibito,& conceſſo.i.an hæc ſi vſura,vel nõ , quia huiuſmodi opi.in pratica ſuccubuit, & generaliter tenetur vbicunque petuntur , vel repetuntur vſuræ.

vsuræ, vel commoda tanguntur, dicitur esse causa vsuraria, & cognoscat Ecclesiasticus, & sic videtur, quod causa vsuraria sit spiritualis, vel quasi seu saltem spiritualitati, annexa sicut causa hæresis, vel symoniæ, vel adulterij de off. ordi. c. 1. causæ. n. quæ in foro ecclesiastico, etiam inter laicos tractantur quasi spirituales sint, cum sint ecclesiasticæ gl. in c. ex literis de iure iur. & i c. si annum de Iudi. lib. 6. latè lapus cuius sunt verba supra relata allegatione 60. sæpe vidi &c. colum. 2. vide Marsil. sing. 70. incip. Iudex laicus.

¶ DE ARBITRIO[a] DOMINI potestatis & Capitanei[b] Ciuitatis Bononiæ in causis Pupillorum[c], & Viduarum[d], Domicellarum sui iuris, & Carceratorum[e], dementium.

a Arbitrio. Hęc verba sonant voluntatē regulatā a iure, nō liberā, & effusam l. fideicōmissaria versiculo cæterū. ff. de fideicom. liberta. not in l. 1. ff. de legat. secundo: dicit etiam Bald. in rub. ex. de constitut. quod vbi statutum dat arbitrium illud est bonæ fidei nō stricti iuris sed Aristoteles ait oportere rectè positas leges omnia determinare, & pauca relinquere iudicantis arbitrio, prout refert Bald. in Auth. nisi Breuiores. C. de sententijs ex breuicu. recit. Quid si non possunt sustinere sumptus litis pp paupertatem, an tunc D. potestas habeat prouidere, vide apud Math. de Afflict. in com. consu. neap. in titulo de dandis aduocatis pupillis incip. lege præsenti. Et de multis priuilegiis pupillorum, & viduarum. vide ibidem in calce com. remissiuè loquentem.

b ¶Capitanei. Dicit Roma. sing. 603. Tu senensis, q etiam senis duo sunt officiales Potestas & Capitaneus habentes similem Iurisdictionem inter quos est locus præuentioni, vnde infert quod si statutum dirigit sermonem suum ad vnū, quod nihilominus alter poterit cognoscere per casum l. 2. §. si iure. ff. ad senatuscōsult. tertul. vide circa istos duos officiales etiam Bal. in. l. 1. col. 2. ff. de off. consf. sed non est opus hic disquirere attento quod euanuit ab aula magistratus illę.

c ¶Pupillorum. Sunt verè pupilli qui sunt in ætate impuberes sub nullius potestate constituti. l. pupillus. ff. de verb. signif. & hi tales sunt certo quodam respectu censendi vt miserabiles personæ, & si diuites sint, nam quicquid vident ignorant. l. 1. C. de falsa moneta, & par ferè est causa, cum furiosis, vel mētecaptis. l. qui neq;. ff. de reb. eorum. l. 1. ff. de cur. furiosi. Vide tamen not. in l. in negotiis contrahendis. ff. de verbo. significa. ita Azo. in summa tituli quando Imperator inter pupillos & viduas: habetur etiam in c. super quibusdam de verbo significa. ubi dicitur quod sunt sub protectione ecclesiæ: vide etiam Ias. in l. titię textores in princip. sub num. 34. ff. de leg. 1. vbi subdit quod nunq per generalē derogationē censetur derogatū hmōi statuto, prout tenet sing. Innoc. in c. significantibus de off. deleg. & Alex. cons. 122. viso pūcto in. v. colu. vol. 4. vbi allegat alias cōcord. Alex. tn̄ in cōs. 121. viso processu libro primo tenet, quod pupilli diuites non sunt miserabiles dicā infra loco suo. Et Nota quod dicitur causa pupilli quā do ēt maior habet causā connexā. l. sicōmunē. ff. quēadmodū ser. amitt. Bald. cons. 83. lib. 3.

d ¶Viduarū. Dicit tex. in l. malu §. viduā ff. de ver. sig. dici non solū eā quæ aliquando nupsit, sed eā quoq; quę virum non habuisset, quia vidua dicta est quasi vecors quia sine corde, aut sine sanitate esset, vel (ut aliquibus aliis placet) vidua dicta est quasi sine duitate, & sic Azo. in summa. C. quando Imperator inter pupillos & viduas tenet, & gl. in c. 2. 87. distinc. sed gl. in. d. l. 1. C. quando Imperator &c. dicit q propriè est illa quæ amisit virum, Bar. verò coactus fuit dicere in hac diuersitate standum esse Iudicis arbitrio, Ego autem puto standum communi vsui loquendi etiam peritorum, quo vidua appellatur duntaxat cuius maritus mortuus est. ita Diuus Hierony. ad fabbiolam appellat. & 34. distinc. vidua quia viduū pro quadam priuatione accipitur, vnde Horatius viduum pharetra Apollinem vocat, quod autem dicitur in. §. viduā procedit ex proprietate vocis, & allusione vocabuli, ita Abbas Panor. in simi. terminis in c. ex tenore de foro comp. sed Alciatus vir quidem de lingua latina optimè meritus in. d. §. viduā putat Antistium labeonem non bene argumentatum fuisset, rectiusque dici viduam, quæ à viro sit separata, vnde non venit virgo, sed attende quia stante dicta declaratione, dicendum est fortassis comprehēdi etiam illam, quæ separata est à viro iuditio ecclesiæ separatione thori, iux. c. 2. de diuor. cum simi. & ideo etiā glo. in. l. finali. C. de plagiariis dicit q uidua iuris censura potest nominari quæ habet virum inutilem, & intelligo inutilem quātum ad actus de quibus agi contigerit, & dicit Fely. in. c. significantibus colum. 3. de off. delegati quod istud est utile scire p statutis priuilegiātibus uiduas: sed vt dixi standum est communi vsui loquendi etiam in statutis interpretandis. l. librorum. §. quod tamen Cassius de leg. 3. id quod in statuto nostro clarè demonstratur dum separat viduas à Domicellis, prout hoc modo argumentatur Fely. in loco de quo supra per tex. in auth. quomodo opor. Episc §. 1. versic. ex virginitate, ibi non viduam, nec seiunctam a uiro & cæt. adde de prædictis loquentem Afflictum in com. consu. Neapolita. sub Rubrica de dandis aduocatis colu. 2. lib. primo.

e ¶Carceratorum. Modo infra octo dies carcerati eligant in sua causa procedi, prout in statuto isto, vt habetur supra in statuto de voc. in iure & veniendo.

nien. §. & quod dictum est.

a ¶ Furiosorum. Nam omnia priuilegia concessa pupillis, habent etiam locum in furiosis glo. not. ut ibi Bal. dicit in d. l. 2. C. de Cur. furios. de qua gl. vide copiose congesta in gl. prag. regni sub titulo de publicatione processus euer. l sua tetur c. 30.

b ¶ Et aliarum. Sentit statutum per hoc verbum aliarum, quod uiduae sine enumerandae inter miserabiles personas, tamen Alex. in l. 1. num. 15. solu. matri. & consi. 121. in prima parte nu. 14. dicit quod vidua dicitur tunc miserabilis persona, quando est pauper oppressa, uel spoliata, ut est glo. in c. significantibus in gl. 2. de off. delegati, & ibi Innoc. & Doc. & not. Doc. C. quando Imperator inter pupillos & uiduas. Dicas tamen quod quaedam sunt personae quae nec actu, nec habitu sunt miserabiles ut masculi, & potentes, item mulieres coniugatae diuites, quaedam sunt miserabiles actu, & habitu, ut uiduae, & pupilli pauperes, uel diuturno morbo fatigati, facit c. i. de postul. Quaedam sunt miserabiles habitu, sed non actu, ut pupilli, & uiduae diuites, in quibus etiam statutum nostrum sibi locum uendicant, non obst. dictum Alex. quia loquitur in uiduis actu, & in casibus in quibus requiritur quod actu sit, puta quo ad forum ecclesiasticum sortiendum Add. ripam in d. l. 1. nu. 48. sol. mat.

uerificatur quod dicunt Doc. legata huiusmodi personis dici ad pias causas, uide Specul. titulo de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, vers. & scias num. 60. ubi multa citat iura, Quae autem alias dicantur piae causae habetur in Auth. similiter C. ad. l. falcid. ubi Roma. i. & 2. colu. & Alex. in l. 1. num. 15. ff. solut. matri. ubi punctaliter de uiduis diuitibus non oppressis sed si ratio statuti esset illa, quam dicam. j. in gl. competens post Alcia. in l. malum. §. uiduam de de verb. sig. decisio clara esset.

seu mentecaptorum, furiosorum[a] & eorum quibus est bonorum administratio interdicta, & hospitalium, ac aliorum piorum locorum, & miserabilium personarum.



Verum quia causae Pupillorum, & Viduarum, & aliarum[b] miserabilium[c] personarum de quibus infra subiicitur sunt fauorabiles, & piae[d], & fauorabilius tractari, agitari, & expediri debeat (iustitia[e] tamen praeuia) quam causae[f] aliarum personarum, & uniuersitatum; ea propter considerantes quod magnifici uiri, qui uocantur, & ueniunt ad officium Potestariae, & etiam Capitaneatus Ciuitatis, Comitatus, & districtus Bononiae sunt ut plurimum Milites[g], Comites, Marchiones, uel alias no-

c ¶ Miserabilium. Ut Peregrinorum pauperum, uel aliorum auxilio proprio non sufficientium sibi in indigentiis subuenire, ad. l. unic. C. quando Imperator inter pupillos & uiduas, & Specul. loco supra citato unde Fely. post Innoc. in d. c. significantibus de off. delegati dicit quod est in arbitrio iudicis, idem uidetur velle Bar. in d. l. vnica & in l. cum alie na. C. de legatis Lud. Roma. in l. si constante in princ. ff. solu. matri. Carcerati etiam dicuntur miserabiles personae ut dicit Mathesyll. in tract. de carcere cap. secundo num. 7. quem tract. aliqui attribuunt Bal. sed Alex. allegat illum trac. sub nomine Mathesyll. ut patet in l. nequicquam ff. de off. pro consulis & legati.

d ¶ Piae. Nota causas pupill. & uiduarum inter pias enumerari quod plane uerum, vbi sunt pauperes & destituti, at vbi diuites non satis admittitur, licet sint fauorabiles, nisi capiamus pias largo quodam modo habitu tatu, ut dixi. A isto modo

e ¶ Iustitia. Nec enim ita pupillis, & uiduis fauores praestamus quin iustitiae debitores simus c. ex tenore de foro comp. dem que si non potest subueniri alteri, nisi alter laedatur, commodius est neutrum uitiari, quam grauari alterum c. deniq; 23 q. 6. Nam aequitas est iustitia dulcore misericordiae temperata, Abb. in c. magne nu. 3. extra de uoto.

¶ Quam causae. Verba tex. in c. 2. 87. distinc. inquit. n. licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus in quantum possumus nos denegare, plus tamen viduarum, & orphanorum causas & impensius ducimus exequendas, quas tueri a nobis, vel ab omnibus diuina manifestat asserito.

f ¶ Et uniuersitatum. Quamquam etiam in eis sint pupilli, uiduae, & aliae similes personae, quorum respectu alias conceditur restitutio in integrum toti uniuersitati Bal. in l. Respublica C. ex quib. caus. maiores. Io. And. in Add. ad Specul. titulo de restitut. in integ. §. 1. uers. ad doctrinam autem &c. Cor. consil. 189. uiso dicto puncto col. 2. lib. 3. ubi dicit etiam post Bar. quod sicut res ciuitatis non alienantur absq; decreto, iux. l. fin. C. de vend. reb. ciuitatis lib. x. ita nec res uniuersitatis quia aequiparatur pupillis.

g ¶ Milites. Qui dicantur Milites & an Milites nostri temporis solemniter creati aequiperentur militibus antiqui temporis, licet non interueniant illa antiqua requisita per omnia, Alex. in l. centurio 2. & 3. colum. ff. de uulg. & pupill. latissime pertractat. ad eum locum recurrendum est, sed hic intellexerunt statuentes de aequestri dignitate decorantis de quo in titulo de aequest. digni. lib. 12. nam simplex militia nō nobilitat aliquem uidebis abunde Tiraquel. libro de nobilitate cap. 8. num.

nobiles[a], & uirtuoſi[b] magna diſcretione[c] pollentes[d], & non debent eſſe alicuius partialitatis, ſed æqui, & iuſti. Statuimus, & prouidemus quod dominus Poteſtas, & Capitaneus Ciuitatis Bononiæ, & uterque eorum officio Poteſtariæ, uel Capitaneatus prædictorum præſens, & ſeu præſentes, & qui pro tempore fuerint. ſcilicet quilibet per ſe ſolus qui aditus fuerit in ſua perſona, ita quod ſui Vicarii, uel iudices ſe non habeant intromittere, niſi quatenus ab aliquo eorum aliquis dictorum Vicariorum, uel Iudicum fuerit requiſitus pro conſilio, ſit, & eſſe intelligatur abſque aliqua commiſſione iudex competens[e], & ordinarius in quæſtionibus Pupillorum, & Viduarum, Domicella[illegible]m ſui iuris, carceratorum, dementium, furioſorum, & aliorum quibus eſt bonorum adminiſtratio interdicta, ac hoſpitalium, ac aliorum piorum[f] locorum, & miſerabilium perſonarum, quæ non ſint pro parte alicuius corũ ex iure ceſſo, ſiue ſint actores,

8.num.13.& 54.& capite ultimo nu.564.

a ¶Nobiles. Vide And. de Iſernia. in titulo de noua militia ſuper conſtit. regni. & dicit Math. de Affl. in com. conſt. Neap. rubr. 45. colum. 2. quod nobilibus ideo debetur honor iuxta l. 2. C. de off. diuerſorum iudicum, & C. de off. rectoris prouinciæ. l. potiores, quia præſumitur quod ſint uirtuoſi, quia procedunt ex parentibus uirtuoſis, & honor eſt meritũ virtutis, Ph. 8. Ethicorũ, merito hic copulatiue loquũtur, ſtatuentes facit .l. unica circa mediũ de off. pfecti ptorio, & probat etiam l. unica C. de profeſſoribus qui in urbe cõſtantinop. quod illi ſunt eligẽdi quos morum honeſtas commendat, & uide Gerard. Pet. ſanct. ſing. 30. ubi multa dicit circa illud quod pro nobilibus multum præſumitur, iux. c. illud 40. diſtinc. & Rom. ſing. 644. nobilitas & habes apud Alciatum late in tract. præſump. reg. prima cap. 48. & quod nobilitate inſigniti ſint anteferendi, & prius ad honores uocandi, probare videtur tex. in. §. interim ibi uniuerſi nobiliores ciuitatum, & in. §. ſi qua vero, ibi conuenit eum unumquemq; nobilium in authen. de defenſoribus ciuitatum colla. 3. & late p Fely. in c. ſup eo col. 3. de teſtib. & p eundem Alcia. cap. 19. reg. 4. an & mercatores cambia ſicca exercentes ut facit Mattheus amicus noſter ſint dicẽdi nobiles? vide Alcia. lib. prꝗſump. reg. 1. prꝗſump. 48. num. 5.

b ¶Virtuoſi. Non eſt tamen neceſſe de iure communi quod caleant literas legales l. expertes C. de Decurionibus lib. 10. ubi Bart. not. in. l. fina. C. de ſententiis ex breuiculo recitandis, Ex hoc tex. nota, Quod uirtus proprie loquendo, eſt ſeparata à nobilitate ut per Bat. in. l. 1. C. de dignit. lib. 12. ponderabis tex. in l. 1. C. de conditis in pub. horreis in illis uerbis nobilis, & prudens lib. 10. prout ita expendit Tiraq. lib. de nobilitate cap. 4. numero 14. ubi de ueritate diſputat.

c ¶Diſcretione. Quæ dicitur eſſe mater omnium uirtutum, extra de off. cuſto. c. 1. & hæc quidem neceſſaria eſt prælato in corrigendo l. diſtinct. põderet prædicatori in docendo 43. diſtinct. c. Rector item confeſſori in ligando & ſoluendo 23. queſt. 4. item in omnibus uiuentibus ut ſ. virtutes eligamus, & uitia reprobemus 49. diſtinc. hinc etenim. Lucas de pꝗna C. quando & quibus quarta pars l. meminimus uerſus finem.

d ¶Pollentes. Fac. l. unica ff. de off. præfec. prætorio ibi credidit. n. princeps &c.

e ¶Competens. Dic quod Imperator eſt iudex competens in cauſis pupillorum, uiduarum, & aliarũ miſerabilium perſonarum toto titulo C. quando Imperator inter pupill. & viduas, & dicit tex. 23. q. 5. c. regũ, quod regum officium eſt facere iudicium, atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium oppreſſos: peregrinis, pupillis, & uiduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium; ex quo tex. habes rationem ad hoc ſtatutum, nã & eandem rationem ſcribit Alcia. in l. malum. §. uiduam. ff. de verbo. ſignifica. licet non citet tex. in d. c. regum, ſubdit tamen not. idem author quod in uiduis ratio particularis eſt ut prœmiis viduitatis allectę non facile ad ſecundas prorumpant nuptias, item dic ꝙ huiuſmodi perſonæ oppreſſæ etiam poſſunt per viam denunciationis recurrere ad iudicem eccleſiaſticum non adito ſuperiore opprimentis, ſecundum Innoc. & Panor. in c. ſignificantibus de off. delega. Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo per denunciationem.

f ¶Piorum locorum. Quæ ſunt iſta pia loca? Specul. titulo de inſtrumen. edit. §. nunc uero aliqua dicit vt eccleſiæ Monaſteria, Hoſpitalia, & quælibet loca in quibus ſenes, debiles, & infantes, ac aliæ miſerabiles perſonæ aluntur, ac alia charitatis opera exercentur. l. ſi quis ad declinandum l. orphanotrophos C. de Epiſco. & Clericis, & extra de religioſis domibus c. de Xenodochiis & c. ſeq. 54. quæſt. ultima. §. quamuis & C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. illud & C. de mendic. ualid. l. unica, & in eodem loco Specul. uidetur connumerare pontes, muros Ciuitatis, & uias publicas iuxta. l. ad inſtructionem C. de Sacroſancta Eccleſiis, ſed

hæc vltimo loco enumerata non sunt simpliciter pia, nisi imminieret necessitas reparationis d. l. ad instructionem, & ad illud de ecclesia facit c. 1. de in integrum restitutione, ubi ecclesia in integr. restituitur, ac iure minoris fungitur.

Floria. Bald. Saly. ibi, item etiam Alex. in l. si quis in conscribendo C. de pactis: potest dici quod ex præssa renuntiatio non tenet tacita autem sic, argumento eius quod in simi. habemus de iuramento calumniæ in l. fina. §. quod obseruari C. illo titulo, vide Areti. cõs. 102. ubi in terminis similis statuti consuluit, quod licet electus fuerit specialis iudex, tamen aliis ordinariis non censetur facultas cognoscendi, & iudicandi sublata.

siue rei[a] si pupillus, uel uidua, uel aliquis ex supradictis personis litigans hoc uoluerit[b], & petierit[c] ante responsionem[d] factam petitioni actoris, uel a die[e] respõsionis factæ dictæ petitioni actoris, seu qua pro responso haberi debuerit ex forma nostrorum statutorum infra uiginti dies continuos. ¶ Ipso autem pupillo, uel uidua, seu aliquo de supradictis per se, uel alium hoc non petẽte, uel petente, sed non infra tempus, uel tempora supradicta, non possint ipsi, uel alter eorum, nisi secundum formam aliorum nostrorum statutorum dictas causas cognoscere, uel terminare. ¶ Vbi autem pupillus, uel aliquis de supradictis agẽs alium iudicem primo adierit, & postea uoluerit dominum Potestatẽ, seu Capitaneum in iudicem infra tẽpus, ut supra dictum est, & ad eum se, & dictam eius causam remitti petierit, quod possit semel tantum[f] petere in eadem causa, tunc, & eo casu dicta talis causa ipso iure remissus, & remissa esse intelligatur ad alterum ex præmissis petitum, & dictus iudex prius aditus

a ¶ Siue rei. Hic corrigitur ius cõmune quo quilibet ordinarius est competens, nec actor potest arctari ad eligendum magis unum quam alterum nisi forte elegisset extra prouinciam ita te§. in sæpe citata l. vnica C. qñ Imperator inter pupillos, & uiduas, & in hoc consistit etiam priuilegiũ vt possit trahere alios extra prouincias, et Imperator sit iudex ut ibi habetur, Quid si pupilli, uel viduę sint ex vtraq; pte? an sit locus formæ illius statuti nostri? reperio hãcq. decisam per And. de Isernia. in constit. regni sub titulo de in integrum restitutione mulierum, ubi cõcludit quod sic, licet aliqui contrariũ dicerent.

b ¶ Hoc voluerit. Si Referas ad pupillos, & furiosos, ac mentecaptos, dic quod tutor, vel curator velle debet, quo autem ad pupillos, si sint maiores infante, potest dici q uoluntas illorũ, cum authoritate tutoris requiratur l. potuit C. de iure delib. tutor. n. loco domini habetur l. tutor qui tutellam de administ. tut. & uide omnino Alex. cons. 55. uolum. 5. vbi circa hoc statutum loquens dicit q opus est expræssa declaratione pro parte harum personarum hodie, tum ex quibusdam ordinationibus in foro Reuerẽdissimi Domini, tum ex nouis constitutionibus Rotæ num. 14. censetur intentatum in dubio hoc statutum, & consonat id quod Bart. dicit in l. 4. §. hoc autem iudicium colu. 2. de dam. infec. ubi uult quod iudex interponere possit officium suũ ad fauorem miserabilium personarum licet non petitum per l. sancimus. §. fina. C. de administ. tutorum.

c ¶ Et petierit. Videtur ergo quod huiusmodi personę possint huic suo fauori renuntiare, & alium adire, seu coram alio conueniri, sed contradixit expræsse glo. parua, quæ reputata est singularis in hoc in. d. l. vnica approbant omnes maxime

d ¶ Ante responsionem. I. ante litem contestatam, & in hoc nullum uidetur esse priuilegium l. si cõuenerit de iurisd. om. iudicum, gl. in Auth. habita i uerbo optione C. ne filius pro patre, dum allegat l. si cum dotem. §. eo autem tẽpore ff. solu. matri. quam tamen plures reprobant, & cum ministerio requiritur qđ declaret & petat, ne sit in põte sua eludere quodammodo iudicia, quia si obtineret in secunda instantia etiam, non posset aduersarius appellare attento hoc priuilegio, si succũbet vidua, posset uelle secũdo prouocare iuxta communes regulas, quod non est ferendum unde uia quam quis elegit pateat iur. uulg.

e ¶ A die. In hoc stat aliquod priuilegium illius statuti ut ex huiusmodi personæ quæ semel in iudicem consenserit possint uariare post litem contestatam quam dicitur quasi contractus factus iuxta l. 3. §. idem scribit ff. de pecu.

f ¶ Semel tantum. Nota uariationem hic semel tantum admitti non pluries, & hoc uidetur esse pro una maxima apud Bald. Auth. habita in 3. q. C. ne filius pro parte, dicentem quod uariatio, si quando admittitur nunquam nisi semel admittitur allegat l. si quis iusiurandum C. de reb. credi. Ias. latè in l. quod iussit antepenul. colum. ff. de re iudicata, & in l. quidquid astringendę colum. 4. uers. item pro ista glosa. ff. de uerbo. oblig. & in l. edita col. 4. uersic. & attende diligenter C. de edendo & in l. prætor. §. si aliquãdo col. 3. uers. 3. not. ff. de no. oper. nuntiat. per l. si quis iusiurandũ C. de reb. credit. latissimè And. Tiraq. i l. Boues. §. hoc sermone in reg. nu. 23. & seq. ff. de uerbo. signifi.

¶ Prædictorum,

super ulteriori processu sit, et esse intelligatur iurisdictione, & cognitione dictæ causæ priuatus in ipsa instantia, nec de ea ulterius ualeat se intromittere. In quibus causis quilibet prædictorum[a] aditus, uel ut supra petitus procedat, & procedere debeat summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura[b] iudicii, sola facti[c] ueritate inspecta, leuato uelo[d], & prout sibi æquum, & iustū uidebitur nulla attēta, nullaq; seruata solēnitate iuris aut statutorū Ciuitatis Bon. nisi prout sibi æquum, & iustum[e] uidebitur[f], & eodem modo decidere[g]

a ¶Prædictorum. Adde si alius sit delegatus simpliciter in causa uiduarum, vel pupillorum à Legato, vel Vicelegato debet seruari forma huius statuti, ad hoc cons. Barbatiæ 31. col. 1. & 2. vol. 2.

¶ Figura iudicii. Consuluit Ias. consil. 162. lib. 4. quod ista uerba non tollunt, quin spoliatus ante omnia restitui debeat iuxta l. si quis à se fundum C. ad l. Iul. de vi. Quot effectus producant hęc verba habetur in locis notissimis, & alias dixi.

b ¶Sola facti. Rob: Marantha in suo aureo Speculo in 9. distinc. 4. partis princip. scribit quindecim effectus istius clausulæ scitu dignos, & necessarios: semper recurre ad ibi dicta, & uide quid in proposito nostri statuti consulendo determinauit Lud. Roma. cons. 20. ad limit. statuti: Quod script. mercatorum. §. & ad recognoscendum, adde Soci. consil. 11. in fin. uolu. 3. ubi proprie loquitur in statuto de causis uiduarum Et nota ꝙ cū imperator iudicet. inter pupillos, & uiduas iuxta titul. C. quando Imperator &c. utiq; iudicat manu regia, & sola ueritate inspecta, remotis solemnitatibus, ita Bald. in c. primo. §. inuestitura de noua forma fidelitatis, Decius cap. dilecti colum. 2. extra de iudi. allegans Bar. in l. Emilius. ff. de mino. Addo. Roma. cons. 20. vbi propter clausulā istius statuti dicit ꝙ statutum Bon. de adhibendis quibusdam circa recognitionem scripturæ non habet locum in causis istarum personarum, dequo dubitari posset.

c ¶Leuato velò. Sumptum hoc ex l. de submersis C. de naufragiis lib. 11. & significat summarie ut ibi glo. approbat, & Practicus papi. in libell. in actione reali in glo. summarie nu. 13. Nata astens, in clem. sæpe. §. nō. sic tamen col. 31. de verb. sig.

d ¶Solemnitate. Hoc verbum non tollit citationē Lud. Roma. ī Repet: Rub. de arbitris allegat Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo uidebitur Marsil. refert sing. 75. citatio: vide Bart. in. l. 1. ff. de testā. mili. & per Roma. in Rub. de arbitris uers. 17. statutum, qui est in fin. 4. colu. in libro meo, & in 6. colu. versic. item uigore dicti, & tantum importat quantum illa siue figura iudicii, ut colligitur ex Bar. in extrauag. ad reprimen. in uerbo sine figura, & cauetur expræsse in prouis. d. Ang. §. uolumus, quod temporibus feriarum possint tractari hæc causæ, intelligo s. feriarum propter necessitates hominum, non autem in honorem Dei, pro ut ibidē colligere licet, et in terminis habes apud Alex. in. l. militis C. de testamen. milit. & apud Corse. & in singular. suis in verbo cōpromissum ac Roma. sing. 785. incipit. Quid importāt.

e ¶Aequum & iustum. l. secundū æquitatem à iure informatam, in simi. tex. in auth. iusiurandum quod præst. ab his. §. fi. ibi et omnē ęquitatē seruabo secūdū ꝙ mihi iustū uisū fuerit, facit quod habetur in c. benignā de pęnit. distinc. 5. ubi inquit, misericordiā miscet Dominus cum iustitia, Effectus huius clausulæ ponunt Mod. in c. ex parte de off. delegati, ubi Decius, Inter alios est, ut nō habeat locum exceptio pacti nudi iux. doc. Bar. in. l. quintus ff. mandati, item ut reiicienda sit exceptio p̄scrip. Ang. not. in l. sequitur. §. lana. ff. de usucap. & breuiter omnis exceptio quæ sit de apicib. iuris nō attēditur.

f ¶Videbitur. Hoc uerbū de se significat arbitriū boni uiri unde non potest iniuste facere l. cōtinuus. §. cū ita de uerb. obliga. l. fideicōmissaria libertas. ff. de fid. lib. Bar. in extrauag. ad reprimēdum. in uerbo uidebitur uersic. 3. casu & cæt. ubi dicit quādo committitur facultas iudicandi per uerba importantia arbitrium boni uiri, iudex debet sequi omnes regulas iuris communis l. 1. ff. de arbitris, si uero per uerba significantia liberā uoluntatem, tunc est libera à regulis ciuilibus, debet tamen seruare regulas iuris gentium, uel naturæ, hic ergo prætor noster in effectu dicitur habere liberum arbitrium, quo ad procedendum, & etiam quo ad solemnitates, non autem quo ad decidendum, quia statutum non loquitur de hoc, est namq; maioris præiuditii uide etiam Nicol. millum in repertorio suo in uerbo arbitrium, el secondo.

g ¶ Decidere. Hoc fuit necessario, exprimendum, alias arbitrium datum in procedendo non extenditur in decidendo, Bald. in. l. qui procuratorem colum. seconda versic. pone quod datur arbitrium. ff. de procura. Phi. Decius in c. ap. ex parte el secondo colum. prima de off. delegati, Quid autem possit facere iudex qui talem habet facultatem uide Math. nota 14. nota ꝙ ubi iudex & cæt. ubi dicit in fortioribus terminis, quod non potest tollere ius quæsitum ex iure gentium, vel ciuili, uel ex forma alicuius statuti, vnde si reus præscripserat, non potest tollere ius quæsitum ex præscriptione, idem si tutus sit reus excep. velleiani, & adde multa apud Neuizanum consil. 70. numero 39. circa huiusmodi potestatem, nam iudicare potest vt Deus ipse iudicaret & extra acta, ipsa, secundum suam conscientiam, possunt alia accumulari sed non curo.

& terminare. ¶ Et quia in statutis, & prouisionibus Communis Bononiæ de causis pupillorum, & uiduarum æditis non sunt instantiæ[a] limitatæ, & ob hoc dici possunt dictæ causæ esse perpetuæ, & per consequens dictis pupillis, uiduis, & aliis supradictis, quod in eorum fauorem[b] inductum est sæpius rediidaret ad noxiam, Statuimus, & Firmamus quod Potestas, & Capitaneus Bononiæ, & uterque eorum, & quilibet alius Iudex aditus ad quem spectet cognitio dictarum causarum ex ordinaria, uel quomodocunque delegata iurisdictione, & quilibet eius successor, etiam per delegationem quamcunq; teneatur, & debeat (si ab altera partium litigantium petitum fuerit in principio causæ, uel quomodocunque durante iudicio peti contigerit) statuere, & limitare certum tempus, & certam instantiam[c] suo arbitrio cuilibet tali causæ, infra quã, & quod possit, & debeat causa ipsa cognosci, & terminari, considerata natura, & magnitudine causæ, & conditione personarum, & dictam instantiam ex iusta, & rationabili causa concernente fauorem pupilli, uel uiduæ agentis, uel conuenti per ipsum, quæ iudici uideatur prorogare quotiens[d] sibi necessario uidebitur expedire. aliás dicta causa infra dictum, uel dicta tempora non terminata eius instantia sit perempta. Et eo casu statuta de peremptione instantiarum disponentia debeant in dicta causa[e] obseruari. ¶ A quorum sententia appellari[f] possit, & debeat, & causæ ipsæ commissæ sint, & esse intelligantur modo, & forma dispositis supra de causis appellationum, In quibus causis appellationum procedatur, & sententietur, ut præmittitur, summarie, infra tempus instantiæ, ubi instantia limitata fuerit, & nulla seruata solemnitate, & in omnibus, & per omnia fiat secundum quod dictum est supra in causa principali. Saluo quod in interpositionibus dictarum appellationum, & earum commissionibus, productionibus, & commissionum exhibitionibus seruentur formæ, & tẽpora superius disposita n statuto De causa appellationis. ¶ Et si satisdationes de expensis reficiendis petitæ fuerint, præstari debeant secundum[g] formam nostro-

a ¶ Instantiæ. Similiter in foro canonico, in quo multum exuberat æquitas, non seruatur instantia c. penul. de iudiciis, sed profecto in illo iure non est ratio punctalis quæ est in hoc statuto f. fauor, & æquitas summa, sed alia de qua per Abb. in c. super quæstionũ nu. 5. extra de appellat.

b ¶ Fauorem. Contra .l. quod fauore C. de legib. & contra illam regulam quod inducta ad augmẽtum non debent operari diminutionem .l. legata inutiliter ff. de adim. legatis cum simi.

c ¶ Instantiam. Hodie ex quibusdam ordinationibus palatii Reuerendissimi Domini proceditur p dilationes arbitrio iudicantis moderandas, & similiter in Rota ex nouis constitut.

d ¶ Quotiens. Fuit expediens apponere hãc clausulam per ea quæ ponit Speculat. in titulo de arbitro. §. excipitur uersic. sed quid si fuerit actum, ubi dicit quod data arbitro potestate prorogandi tempus compromissi intelligitur de prima prorogatione per l. Boues. §. hoc sermone de uerbo signific. & cum eo transit Io. And. in addit. ibi, & Bal. in c. olim ex literis colum. t. uersic. ibi & iterum de rescrip. cum multis authoritatibus congestis per And. Tiraque. in rep. d. l. boues. §. hoc sermone nu. 65. & seq. ubi refert Romanum in l. 2. char. penul. uersic. sed stat circa hoc, de re iudicata tenere contrarium, ut u3 totiens quotiens opus sit possit prorogare pro eruenda ueritate negotii: ad tollendum tamen omne dubiũ addiderunt statuentes dicta uerba.

e ¶ Dicta causa. Ablatiui absoluti.

f ¶ Appellari. Licet. n. causa sit commissa arbitrio iudicare debentis, tamen non est sublata appellatio Bar. in. l. si qua pœna in fi. ff. de uerb. signific. bona glo. in c. super his in uerbo arbitrium extra de accusat. & ibi doct. & glo. fina. in c. 1. de confess. in 6. ubi Dominicus: intellige si immodice grauauit, secus si modice, & pro his uide Alex. consil. 106. lib. 3.

g ¶ Secundum formam. Caue quia secundum formam statuti de appellatio. §. item statuimus de quo intelligitur hoc loco, debet præstari infra tẽpus probatorium, sed si ita intelligamus, iste interell. est contra uersf. quandocunq; tamen infra eodem, ubi dicitur quod sufficit præstare huiusmodi satisdationem ante sentẽtiam, unde necesse est dicere, quod relatio non fiat ad tempus, sed modum

dum ſatiſdationis, uel referas iſta uerba ad uerbũ petitæ.

a ¶ Vtraq; pars. In hoc nihil eſt priuilegii Auth. offeratur C. de litis conteſtat. ubi de ſportulis fit mentio, quæ quæ ſint ui de Alcia. lib. 3. diſpunc. cap. 17. & uide etiam c. cum ab omni de uita, & honeſt. clerico. imo de iure communi, ſi pauperes ſint ut ſportulas præbere non poſſint gratis expedienda eſt ſententia ut, in Auth. de mand. princip. §. ſit tibi, in illis uerbis, ſi tamen ſufficiẽtes in datione conſiſtant, cuius contrariũ forte intẽdit ſtatutum ex ſermone indiſtincto, adde conſtitutio. aut Neapoli. ſub Rub. de dandis Aduocatis pupillis. libro primo, & ibi Affliẽ. col. penul.

b ¶ Superuenerit. Nota quod qualitas ſuperueniẽs immutat iudicium, & formam iudicii ad fauorem illius, unde uidetur poſſe argui in contrar. de l. prima. ff. de pœnis, ubi imponitur pœna attenta qualitate quæ erat tempore iudicii cœpti non tempore ſententiæ: ad idem l. excuſantur in princ. ff. de Auth. tutorum & l. 2. §. qui ad munera. ff. de vaca. munerũ.

c ¶ Poſſint. Subaudi, & debeat, ſi cupit uti beneficio ſtatuti, prout debet quãdo ab initio litis eſt uidua, ut ſupra in princip. ibi uoluerit, & petierit &c.

¶ Domicellarum. Maiorum 12. annis, alias ſatis comprehẽduntur ſub uocabulo pupillorum, cum Maſculinũ concipiat fœmininum, ut infra in cõcluſ. ſtatutorum. §. 1. per Tiraquel. in lib. retract. ligna. §. 1. gl. 9. nu. 203. poſt Doct. in l. ſi quis id quod de iure o. iu.

rum ſtatutorum. ¶ Declarantes quod in omnibus cauſis pupillorum, & uiduarum, & aliorum ſupra nominatorum, pro quibus in principali inſtantia ſalaria Iudicis, & Notariorum debeantur, pro pronunciatione ſententiæ utraq; pars [a] dimidiam partem dicti ſalarii ſoluere teneatur. Et ſi litigans cum prædictis in cauſa principali ſuccumbat, teneatur, & debeat in cauſa ſuæ appellationis totum dictum ſalarium pro utraq; parte deponere, & ſoluere. ¶ In quibus cauſis appellationum, de quibus ſupra fit mentio, nulla tempora ſeruentur, niſi prout ius dicens dixerit, uel mandauerit, qui poſſit inſtantias, & dilationes ſtatuere, & prorogare, prout ſibi uidebitur, & placuerit, & prout ſupra dictum eſt de inſtantia in cauſa principali. ¶ Et eodem priuilegio utatur, & gaudeat quælibet mulier nupta, & alius quilibet actor, uel reus litigans, cui, uel quibus durante, ſeu pendente lite, uel cauſa ſuperuenerit [b] uiduitas, carceratio, ſeu dementia, aut alius caſus per quem ſibi bonorum adminiſtratio interdicatur, quæ mulier nupta, & alii ſupradicti a die uiduitatis, uel caſus emergentis in perſonam ipſorum infra decem dies poſſint [c] adire, & petere ſe remitti ad alterũ ex prædictis Poteſtate, uel Capitaneo. ¶ Et inſuper prouidemus quod in cauſis omnibus ſupradictis donec terminatæ, & expeditæ fuerint ſeruentur, & ſeruari debeant contenta in præſenti ſtatuto, non obſtante mutatione ſtatus uiduæ, uel domicellæ ad matrimonium dicta lite pendente trãſeuntis, uel pupilli ad adultam ætatem peruenientis, uel relaxationis carcerati, aut etiam dementiæ, uel prodigalitatis ceſſantis. ¶ Et quod ſupra dictum eſt de cauſis pupillorum, & uiduarum principalibus, & appellationum per omnia ſeruetur, & locum habeat in cauſis carceratorum, de quibus ſupra dictũ eſt in ſtatuto De uocatis in iure, & uenientibus, ac Domicellarũ, Sui iuris, Mentecaptorum, Furioſorum, Hoſpitalium, & eorum quibus bonorum eſt adminiſtratio interdicta, & aliorum prædictorum, quas omnes miſerabiles perſonas eſſe cenſemus. In quorum cauſis omnia ſuperius diſpoſita in, & de cauſis pupillorum, & uiduarum, ſtatuta diſpoſita, & repetita ſint, & eſſe intelligantur. ¶ Quandocunq; tamen ſatiſdationes de expenſarum refectione ſi petitæ fuerint, ut ſupra, ſufficiat eas præſtare ante ſententiam. ¶ In quibus cauſis omnium ſupra nominatorum utriq; parti ſuccumbẽti ſemel tantum appellare liceat: ita tamen quod qui habuerit duas ſentẽtias ex dictis cõtra ſe ulterius appellare non poſſit, ſaluo in quolibet caſuum prædictorum iure, & beneficio reſtitutionis in integrum cuicunq; cui de iure competierit.

DE ARBITRIO[a] D. POTEstatis, & eius Vicarii super qõnibus[b]

iure, & facto cadat ab omni iure, & commodo ipsius possessionis[a], uel quasi ipse, & qui causam prætenderet ab eodem. Et si hæredi possidere uolenti, uel quasi dicta bona restiterit, seu contradixerit[b] per se, uel alium ex tunc ipso iure, & facto cadat ab omni, & quocunq; iure suo. ¶ Si uero extra iudiciū restiterit, uel contradixerit eo casu puniatur, ac si turbasset ipsum[c] hæredem in sua possessione, uel quasi, uel eum de sua possessione, uel quasi expulisset, & ipsius turbantis, seu expellentis pœnam[d] incurrat. Et nihilominus turbata possessione, uel quasi, talis defuncti[e] hæres, uel alius pro eo in possessionem ipsorum bonorum. uel quasi immittatur, & immissus in ea defendatur, & manuteneatur, & alius quicunque qui in possessione fuerit, expellatur auctoritate iudicis competentis tali inuasione, ingressu, uel occupatione, uel quocunque iure competenti ipsi occupanti, intranti, inuadenti, uel ab eo causam habenti non obstantibus. ¶ Mandantes quod aliquis cui usufructus, uel usus debeatur in bonis alicuius ex aliqua ultima uoluntate, uel contractu

ad l.falcid. Item si testator reliquerit vxorem dominam, & massariam, ac usufructuariam stantib. filiis, intelligatur quoad certam præheminentiā, & alimenta, nihilominus efficacia horum verborum saltem significat, vt possit accipere ex se ipsa d. alimenta, iuxta not. in l. titia. §. titia de leg. 2. habetur per Io. Rub. Alex. consil. 43. colum. 2. ubi omnino uidendum est, quia declarat, quod hæc licentia operatur, licet non fuerit restituta hæreditas fideicōmissario, allegat hoc in terminis tenere Rayner. in l. nemo potest de legat. pri. multo fortius ubi fuerit instituta hæres in vsufructu, & post eius mortem instituti sint hæredes, quia interim percipiet propria authoritate vsumfructum, vide Pic. in l. titia. §. titia num 76. de leg. secuudo. Item si testator constituit se possidere rem legatam nomine legatarii, nā videtur dedisse licentiam illi capiēdi propria authoritate, ita Bald. in l. quotiens C. de hæred. instit. colum. vltima, licet tale cōstitutum dicatur nullum, tamen arguitur datam fuisse prædictam licentiam, ita refert Alexandrinus in allegato consilio nu. 6. vide omnino Decium consil. 424. num. 16. adde tamen quæ dicit Raphael. Cuma consil. 115 num. 4. vbi per illa verba libere reuertatur non intelligitur data licentia appræhendendi propria authoritate, Quid si testator dixerit uim fieri ueto legatario, uel nulla molestia legatario fiat, an possit capere propria authoritate? vide Roma. sing. 87. incip. Aduerte post Bald. in l. 1. C. communia de legatis, ubi tenet quod sic, Sed nūquid his omnibus casibus, si uniuersalis hæres impediat legatarium appræhēdere possessionem legati sui incidat in pœnam huius statuti? ratio æqualitatis seruandæ inter istos hoc dictaret, sed ex aduerso adest ampliatio statuti in pœnalibus, & de una persona ad aliam, & quia non est prorsus eadem ratio quæ est quādo hæres turbatur, seu impeditur, in quem ressidet tota moles hæreditaria, ita teneo, Sed quid si habuerit licentiam à iudice intrandi? vide hanc quæstionē decisam in terminis terminatibus per Pau. Castr. in l. iustè possidet, vbi Ias. refert, & defendit prima colum. ff. de acquir. possess.

a ¶ Ipsius possessionis. I. acquisitio illius possessionis sit nullius momenti, ut alibi Alexan. in simi. statuto dicit consil. 83. lib. 2. incip. visa facti.

b ¶ Contradixerit. Subaudi in iudicio, ut differat à casu seq. Et caue quia tunc hæres debet citare ipsum existentem in possessione, Deci. in l. fin. colum. 2. uers. potest tamē in fi. C. de edic. di. Adri. toll. & idem esset (quod singulare est) in locis, in quibus uiget statutum, quod possessio defuncti continuetur in hęredem Catell. cotta multos doctores allegās in Memoriali incip. decreto Mediolanensi &cæt. & D. Ioannes Babtista Plotus in rep. l. si quando C. unde ui numero 85. & 86. uisa facti narratione colum. 4. numero 8 uersic. nec posset cum seque. & num. 10. vol. 2.

c ¶ Ipsum. Attende quia aliud est quod statutum dicat. Si quis turbauerit aliquem in sua possess. quę denotant actū illatū in psonā, quia tūc requiritur dolus, Sed si punit actū illatū in rē, vt si quis ingressus fuerit possess. alterius, tunc non requiritur dolus sed sufficeret lata culpa: ista est doctrina Bar. in l. 1. §. non tā in fi. ff. vi. bo. rap. si modo vera est illius doctrina.

d ¶ Pœnam. Quæ de nostro iure municip. ponitur sub statuto, quod nullus inquietet, vel molestet aliquem in sua possess. Pœna autem expellentis est tradita in. l. si quis in tantam C. unde ui. quæ est, quod uiolenter inuadens possessionē rei apud alium existentis, eam protinus teneatur restituere, ac dominio priuandus ueniat, ubi vero erat aliena ultra restitutionem condemnandus est ad ęstimationem, est etiam alia pœna de qua in l. si quis aliquem, & l. fina. ff. ad l. Iul. de vi priuata, & i l. si quis à se fundū C. ad l. Iul. de ui. Sed si sic est in quo est diuersitas à pręcedenti casu, quando s. restitit in iudicio? dicendū est quod supra

aliquo, uel aliquo nostro statuto[a], uel iure communi[b] non possit ipsius usufructus, uel usus commoditatem[c] percipere, uel habere per, se uel alium, nec ipsa bona, sua[d], uel iudicis[e] auctoritate appræhendere pro prædictis: uel fructus, seu redditus ipsorum lucrifacere, nisi primo satisdederit[f] proprietario cum ab eo petitum fuerit, uel saltem ad hoc se

supra ipso iure cadit, & solum declaratoria sententia exigitur, in hoc uero casu requiritur condemnatoria, ut in d.l.si quis in tantam, & ibi not. Cogitabis tamen quomodo possit dari pœna turbationis, & expulsionis, & interim uidebis 22. casus in quibus dicitur turbari possessio apud Rebuffum in tract. materiæ possessionis artic. primo gl.2. Et remedia 17. quæ competunt eiectis, & spolians, quę ordinat. constitu. Afflict. in com. Neap. in rub. de uiolentia circa poss. Remedia autem, quæ competunt pro turbata possessione ponit Rebuffus, in loco quo supra num. 44. Aduertas tamen quod in iure non est proditum remediũ criminale pro turbata possessione, nisi iudicium iniuriarũ, ita Bar. in l.extat. ff. quod met. ca.

a ¶ Defuncti. S. eius de cuius bonis agitur cui succedi dicitur, uel etiam eius de cuius interesse agitur, puta grauati qui decesserit relicto hærede.

b ¶ Statuto. Vt infra de success. ab intest. §. ipsi quidem fratres.

c ¶ Iure cõmuni. Vt in. l. prima. C. de bonis mater. & in l. hac edictali. §. his illud, & auth. ex testamento C. de secundis nuptiis, & appellatur vsusfructus legalis, in quo secundum Alexan. in l. usufructu bonorum. ff. ad. l. falcid. aliquando est aliquid prerogatiuę plus, quã in usufructu ex hominis dispositione, illa ratione, quia minus agitur cum lege &c. iuxta. l. cęlsus ff. arbitris, refert Ias. in l. prima in princip. in 2. lectura num. 55. ff. ad Trebell. ꝙ autem usus a lege, uel statuto conceditur pro nunc me latet, Illud ergo notabis ꝙ pater ipse tenebitur præstare satisdationem istam, quicquid sit de iure communi scilicet. l. fina. §. sinautem æs alienum versic. paterna reuerentia C. de bonis quę liberis, ubi Bald. not. & idem in omnibus aliis casibus in quibus non solet specialiter præstari huiusmodi cautio ab vsufructuariis quos ponit glo. in. l. si usufructus mihi legatus §. planè. ff. usufru. quem ad caueat, Nota hic tribus modis constitui vsumfructum sed constituitur, & alio modo. s. iudicio famil. herciscundæ l. et puto §. 1. ff. famil. hercis. ff. de usufr. l. 6. ita punctaliter notat gl. ex. l. 4. C. de usufructu.

d ¶ Commoditatem. Quę est quid facti. i. fructus ipsos habere ex iure ususfruct. vel usus, iux. tex. inst. de usufru. in princ. uide tex. in l. per seruum. §. 1. cum l. seq. ff. de vsu & habita & ibi Alberic. qui aperit differẽtiam an quis dicat lego fructũ, an lego fructus in plurali, primo n casu significatur ius, altero commoditas, vide ad pręd cta l. legatum. ff. de capit. dimi.

e ¶ Sua. Et ita cum uitio, nimirum si fructus non facit suos, siue sciuerit hæres, siue ignorauerit, secundum aliquos.

Iudicis. Et per hęc uerba cessat dictum Pau. Cast. Alex. & alios in. l. iustè possidet colum. 2. ff. de acquir. poss. ubi propriè circa simile statutum dicunt, quod pœna eius non habet locum in creditore ingrediente possessionem rei hæreditariæ iacentis authoritate iudicis, secus si propria, nisi fortassis replicaretur, quod interposita sit huiusmodi licẽtia absq; causæ cognitione, sed est uiolare literam, & dicere contra iuris præsumptionem, iuxta not. in c. quoniam cõtra de probationi. & quæ scribit Alcia. lib. præsup. cap. 11. 12. & 13. tertiæ præsumptionis.

f ¶ Appræhendere. Et sic mora in prætãda satisd. impedit acquisitionem iustæ possessionis naturalis rei super qua est usufruc. iuxta l. naturaliter in princip. ff. de acquir. possess. nedum fructuum licet. n. titulum habeat, non tamen habet bonam fidem, nec iustam possessionem, ut inquit Saly. in l. prima colum. secunda C. de usufruc. quę mora etiam in consequentiam impediet quasi naturalem & ciuilem possessionem ipsius usufructus quæ causatur alias ex pacientia domini iuxta. l. 3. §. dare. ff. de usufruct. & l. quotiens l ultima. ff. de usufructu, declarat Ias. in d. l. naturaliter colum. penult. unde stant simul quod dominium usufructus sit alicui quæsitum, & constitutum etiam ipso iure, ut est, quando legatus est usufructus iuxta glo. in. l. corruptionem, in verbo altercantibus C. de usufruct. & iux. l. si partè fundi. ff. quemad. ser. amittit. Alexan. consil. 56. perlectis in fin. lib. 3. & tamen non sit acquisita possessio nec ius percipiẽdi fructus, donec præstita fuerit satisdatio.

g ¶ Satisdederit. Notum est quid contineat satisdatio, sed quid si non potest satisdare stabitur ne iuratorię cautioni? de hoc habes per Ias. in. l. 1 in 7. colum. uersic. decimo limita. ff. qui satisdare cogantur post glo. & Docto. in l. 4. C. de usufr. & magis communis opinio est secundum Saly. quod non audiatur, & quod debeat adimplere pro parte sua præcise si uult acquirere iuxta. l. Iul. §. offerri. ff. de act. empt. & ff. de coll. bon. l. 1. §. iubet versic. si frater & §. si cum duobus versic. quod si propter inopiã, licet excuset, ne quis obligetur, ut per eos, Et notabis quod nõ solum usufructuarius tenetur, ad satisdationem, sed ẽt vsuarius, idem de iure est. l. huic stipulationi. §. sed & si usus & l. usu quoq;. ff. vsufr. quead. cau. ubi subdit text. nec mutat si pater hæredes filios simul habitare cũ vxore legataria uoluerit.

obtulerit[a], & per eum non steterit[b] secũdum formam[c] iuris. Et si quos fructus, uel redditus ante percepisset, illos proprietario restituere teneatur, nisi eos perceperit ex licentia ei data a testatore[d], uel ab hærede, quo casu fructus percipiens eos lucrifaciat, licet non satisdederit. ¶ Et si appræhenderit cõtra formam prædictam, & satisdatio ipsa petita fuerit ab eo, & eam præstare obmiserit spacio unius mensis a die dictæ requisitionis de satisdatione præstanda, & fructus, & redditus prædictos, cũ petitum[e] fuerit non restituerit, ipso iure cadat ab omni suo iure usufructus, & usus prædicti, tam pro præterito, quàm pro futuro. ¶ Item quia multotiens aliquo moriente in fraudem creditorum aliqui occupant, seu usurpant bona mobilia, uel immobilia possessa per defunctum, & dicũt se possidere res ipsas pro suis, & tanquam suas, & creditoribus non habẽtibus hypothecas, ut sunt Artifices, & Mercatores, & alii quicunq; nullum competit remedium[f] contra tales occupatores. Statuimus quod si quis dicat aliquem defunctũ fuisse sibi

a ¶ Obtulerit. Nunquid teneatur offerre absque quôd petitum sit ab hærede? non clare. aperit hic, de iure communi uidetur quod si ipse fructuarius possideret aliquo facto, adeo quod non essent petendi de hæredis manu, faciat fructus suos absq; oblatione aliqua, sed necesse esse: quod hęres petat ad impediendum lucrum fructuum, si autẽ usufructuarius non possideat, si uult usumfructũ debet offerre cautionem. habetur virtualiter hæc distinctio per Bart. in l. vxori ff. de usufr. lega. & Rui. formaliter in cons. 43. volum. 2. num. 2. & Paul. Castr. sentit in consil. 133. præfatus Ranutius in prima parte, & isto modo posset adaptari statutum nostrum in ista alternariua, sed ego aliter intelligerem statutum istud s. quod indistinctè nõ faciat fructus suos, nisi præstita, uel saltem oblata, ad hoc vt per ipsum fructuarium stetisse non dicatur, & mouet me regula, & prohibitio præcedens, a qua in dubio non est recedẽdum, quæ quidem regula non ita sit a iure communi, ut patet ex gl. supra proxima, nec me turbat prima particula illius alternatiuę s. cum ab eo petitum fuerit, &c. quia intelligo s. quando placuerit proprietario petere ab usufructuario cautionem tunc est maior peruicatia usufructuarii, qui vltro tenebatur offerret et non est miranda hæc opinio, quia & Oldradus referente Barto. in d. l. uxori voluit indistinctè, quod usufructuarius non faciat fructus suos, donec fuerit præstita satisdatio, & ita omnino requirebat oblationem, ex parte usufructuarii, quando non fuisset petita per hæredem, cogitandum erit aliqualiter quia difficile est. vnũ putarem clarius esse, si sumus in usufructu rerum, quæ usu consumuntur, in quibus non potest cõstitui vsusfructus nisi pręuia satisdatione, toto titulo. ff. eod. Alex. in d. l. uxori.

b ¶ Non steterit. Subaudi, sed steterit per hæredem pruprerea notabis quod hæres tacite potest remittere satisdationem vsusfructus, & quid mirum cũ etiam possit expræsse, vt habetur per gl. & Doct. in l. prima. C. de vsufru. & instit. eod. tit. de usufr.

c ¶ Formam iuris. Referas ad uerbum satisdederit supra positũ quæ traditur in. l. 1. §. habet ff. vsufr. quead. caue, vbi dicit tex. habet autem stipulatio hæc duas causas, vnam si aliter quis vtatur quam uir bonus arbitrabitur aliã de vsufr. restituẽdo.

d ¶ A testatore. Videri posset aliquibus, prout visum fuit Alex. in cons. 129. vers. postremo lib. 6. incip. quia opportune quod testator posset remittere satisdationẽ istã quidquid obtineat secũdum magis communem opinionem in l. 1. C. de usufruct. ubi admittunt Docto. quod hæres bene possit remittere. sed potest responderi, quod bene dari potest a testatore licẽtia ingrediendi propria authoritate possessionem, & fructus percipiendi, absque oblatione satisdationis, sed negare non intendit statutum quin ad petitionem hæredis debeat huiusmodi satisdationem præstare, Et huiusmodi licentia operatur, quod interim lucretur fructus ante aditam hæreditatẽ Bald. in l. fin. C. de usufruct. lega.

e ¶ Cũ petitũ. I. cũ formata fuerit petitio pro fructibus restituẽdis. duo ergo habẽt interuenire ad hoc ut cadat, s. quod petita sit satisdatio, nec præstita & quod perceperit fructus quos proprietario non restituat, unde alterum tm̃ non erit sufficiens forte ad perdendũ ius ipsũ vsusfructũ, satis n. est quod fructus suos nõ facit ob non præstitã satisdationẽ, qualitates nanq; requisitæ a statutis max. pænalib. seu priuatiuis iuris alterius semp cõcurrere debent, & verificari atq; probari Bart. in l. 1. §. ait prætor ff. ne quid in flu. publi. facit quod not. Io. And. in c. 1. de homic. in 6. Bal. refert & sequitur in l. si quis nõ dicã rapere col. 3. C. de Epi & Cleric. cũ simi. quæ nota sunt ut inquit Dec. cons. 661. col. 1. & alibi sæpe.

f ¶ Remedium. Intelligi forte potest de executiuo remedio, etiam si uictor uellet probare, quod huiusmodi res pertinerent ad defunctum, & hoc secundum Specul. titulo de primo decreto. §. restat versic. quid si apud eum, &cæt. prout allegat Pau.

obligatum, & hoc probet iudici, & reperiantur aliquæ res mobiles, uel immobiles, quas dictus defunctus tempore suæ mortis tenuisset, & possedisset[a] pro suis, quas alius teneat occupatas[b], ille talis creditor in dictis bonis per defunctum possessis immittatur in possessionem, nisi possidens, seu detinens ostendat[c] se habere titulum, uel causam legitimam dictæ rei præcedentem mortem talis obligati, uel si in dictis rebus haberet priora, potiora, & meliora iura alia, quã possessionis[d] quæsitæ post mortem defuncti quàm petens, quo casu inter possessorem, & creditorem ius commune, & nostrorũ statutorũ, & ordinamentorum seruetur. ℂ Verum quia secundum Doctorum opinionem nullũ interdictum[e], & nulla actio[f] datur ei qui cecidit a possessione rei mobilis contra eum qui possidet ipsam, nec potest

Pau. Castr. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. per tex. in auth. de fideiuss. §. sed neque; sed in hoc dominus Alexander ibi num. 14. tenet contra Pau. pro opi. Barto, quòd imo constito, quod nullæ aliæ res sint apud defunctum, poterit fieri executio in bonis à tertio possessis per d. §. si super rebus, intelligẽdo indistinctè, & quã do tertius diceret se possidere, & constaret pertinere ad defunctum; Caue tamen quia in casu, quando constaret possessionem esse iniustam apud tertium Pau. Castr. admittit ei non opitulari per l. vis eius, C. de probation. itaq; non uidetur uerum aliquo modo istud quod asserunt statuentes hic, quia præsupponunt fuisse possessionem, uel uiolentam, uel clandestinam apud tertium; planum autem est quod si ordinaria via vellet agere, & demonstrare bona fuisse defuncti, quod debet audiri creditor aduersus tertium, vt omnes admittunt in d. §. si super rebus, per illũ tex. cogitabis, pro saluando textu nostro.

a ¶ Et possedisset. Repete, & hoc probet iudici, Et nota quod probata hac possessione in dubio postea præsumitur quod pro sua possederit, seu quod sit dominus, cũ summatim quæratur de dominio ad l. fina. C. edic. diui Adr. toll. in glo. & in l. penult. ff. de condition. instit. ita Saly. in auth. Et qui iurat, in 6. not., C. de bonis auth. iu. possid.

b ¶ Occupatis. Sonat in malam partem l. cum quærebatur C. unde ui, bonus tex. in c. ex literis extra de probation. & in c. dilecto de sen. excõmu. unde alibi impropriando exponitur i. canonicè adeptus. s. in c. factus est Cornelius 7. q. 1. & quando dicitur, quod occupãtis fiunt res. §. fere instit. de rerum diuis. & quando dicitur, quod occupãtis melior est conditio, l. inter eos. ff. de re iudic. l. si vero ff. de peculio, Et referunt hoc ad mobilia & immobilia, sed impropriè quoad immobilia, ut attestatur glo. in l. domum. C. de rei uendicat. per tex. instit. ui. bo. rapt. §. penul. uersic. quod nõ solum, qui tantum probat de inuasionis uerbo, ut referatur ad immobilia, tamen glo. benedicit summendo argumentum à compositione uocis, ex ob & capio, quod verificatur in mobilibus, arg. tex. l. 1. ff. de acq. poss. cũ aliis q̃ inuenit i piu, Slu

c ¶ Ostendat. Et hoc uidetur esse de iure communi, quia uitiosa possessio non debet opitulari huiusmodi occupatori l. vis eius C. de probation. Et hic cessat decisio specul. titulo de primo decreto. §. restat uersic. sed nunquid ipse habebit probare, ubi prima facie uidetur dicere contrarium, sed si bene gustetur ratio, & mẽs eius est bona, quia loquitur quando non possidebat iniuste, & adstipulatur Bal. in. l. etiam secunda colum. C. de execu. rei iudic. & Alexan. in dicto. §. si super rebus num. 14. versic. ad prædicta, ff. de re iudic.

d ¶ Quam possesionis. Vides hic quod possessor cogitur ostendere titulum suæ possession. contra regu. l. cogi. C. de petit. hæreditatis, & hoc ideo est propter præsumptionem quæ militat cõtra possessorem modernum: alias xx. fall. ad illã l. cogi. vide apud Math. de Afflict. si de inuestitura feu. fue. contro. in 7. notab. quarũ aliquæ sunt satis conformes rationi quæ mouit nostros statuentes in hoc. §. tangit aliquid in c. Imperialem §. illud quoq; num. 31. de prohi. feu. alie.

e ¶ Nullum interdictum. Et uerum est, ut Docto. dicunt, in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. interdictum. n. de ui, & ui armata, non datur nisi ei qui deiectus sit de solo, vel de re solo coherẽti, licet in quandam consequentiam ueniant res mobiles. s. existentes super rebus immobilibus, vt habetur in l. 1. §. & generaliter. §. si fundus & §. illud ff. de ui, & vi arma. cetera autem interdicta sunt, aut pro adipiscenda, aut pro retinenda possessione, ut illud vtrobi, & quorum legatorum: statutum uero nostrum loquitur quando quis cecidit a possessione rei, & sic pro recuperanda possessione.

f ¶ Nulla actio. Aduertendum, quia omnes Doct. in locis supra allegatis maxime in d. l. rem quæ nobis. ff. de acqui. possessione, & alibi in consiliis admittunt, licet non detur interdictum, dari tamen actiones varias secundum varietatem iuriũ agentium pro recuperanda possessione, vt condictio triticaria, condictio incerti, & actio in factũ, aliquando officium iudicis, vt latius per Bart. & Alex. in d. l. rem quæ nobis distinguentes ius ipsius agentis, quando ipsa possessio peruenit ad

doceri rem ipsam ad eum peruenisse cum uitio : et per ipsos doctores dantur remedia satis difficilia ad euitandos circuitus, Statuimus quod si quis probet se possedisse rem mobilē, & sine suo facto dato, uel contractu ipsius rei possessionem naturalem perdidisse dicat, & res reperiantur pœnes alium modo aliquo sine titulo[a], dumtamen non habeat causam mediatam, uel immediatam a dicto possessore, possit dictus possessor primus, etiam si de titulo suo docere non possit, aduocare talem rem ab eo pœnes quem reperiretur, ut supra, per officium iudicis, quod sibi liceat implorare usq; ad ānum postquam sciuerit rem quam olim possedit esse pœnes illum qui tunc reperiretur detinere, & seu possidere, ut supra. Cuius quidem rei possessionem quilibet Iudex ād ciuilia deputatus aditus teneatur dicto primo possessori qui probabit rem possedisse, nec probetur suo dato, facto, uel contractu possessionem perdidisse, restitui facere summarie, simpliciter, & de plano, etiam manu militari. Et si possidens contumax fuerit in restituendo, possit contra eum iurari in litem super ipsius extimatione, etiam secundum affectionem iurātis, quam estimationem, de qua iurauerit actor, soluere compellatur reus contumax realiter, uel personaliter, ita quod actori plene satisfiat de rei estimatione, & expensis litis.

QVOD POST ANNVM A DIE MORTIS defuncti aliquis eius hæres in possessionem bonorum[b] hæreditatis defuncti non immittatur, nisi citato possessore bonorum prædictorum.



TEM ad tollendas calumnias quamplurimorum, & ad obuiandum damnis eorum qui de antiquis alienationibus sunt ignari : Statuimus quod infra annū a die qua aliquis fuerit defunctus, eius assertus hæres possit petere immitti se in possess. bonorū quæ tenebātur, & possidebātur per defūctū tēpore eius mortis secūdū formā iuris. ¶ Post annū[c] uero a die mortis illius de cuius hæreditate agitur, nullus inducātur, uel immittātur, seu licentiā impetrare possit q immitti, uel induci mādetur in possessionē alicuius rei immobilis[d] uigore Edicti[e]

aliquem, cum uitio, si vero absq; uitio, ut quia emit bona fide, nec res per prius fuerat affecta aliquo uitio reali in hoc stat difficultas inter Doctores. Nam Innoc. volebat dari remedium Canonis reintegrandę 3. q. pri. Bar. uero in d. l. rem quæ nobis, & in l. fin. §. sed cum in secundā dubitationem C. de furtis, tenet contrarium cum limitatione quadā, vt per ipsum, tamen secundum Alex. Ias. Soci. & alios magis communis opinio videtur contra Barto. & dicit Soci. quod sępe vidit practicari, & sæpe obtinuit in contingentia facti, ut eo ipso, quod apparet quem prius possedisse, nec culpa sua cecidisse â dicta re, potior sit moderno possessore, etiā cum titulo, & bona fide, licet Soci. in consil. 226 & consil. 48. uolum. 2. & Io. Rub. Alex. consil. 42. & 167. dicant magis cōmunem opin. stare pro Bar. nostro.

a ¶ Sine titulo. Caue quia hic argumentari potest, quod vbi cum titulo possideret, potior deberet esse possessionis conditio, quæ est limitatio ad illā opin. quā asserunt Soci. & Ias. de qua supra proxima gl. & rationabilis est, & hoc modo possunt concordari opin. Innoc. & Barto. quia in veritate Bar. videtur loqui, quando nouus possessor habet cū tit. & bona fide.

b Bonorum. S. immobilium pro vt in nigro.

c ¶ Post annum. Secundum antiquum ædictum diui Adriani cōsiderabatur annus post quem nō poterat petere se immitti, quæ præscriptio fuit sublata per. l. fi. nunc per hoc statutum renouata.

d ¶ Immobilis. In hoc tantum corrigitur l. fina. de edic. diui. Adriani toll. quę generaliter loquitur, & sic etiam de mobilibus, ibi earum rerum, uerbum antē res generale est l. 1. in pin. ff. si cer. pet.

e ¶ Vigore edicti. Certê debet intelligi, quando factum fuit testamentum de quo extat scriptura, succedentibus. n. ab intestato non datur illud remedium, nec etiam quando testamentum esset mere nuncupatiuum. i. absq; scriptura, nisi priuati testes examinarentur, & tunc publicentur, quibus

diui Adriani, uel ad eius similitudinem[a] ex.l.fina. C. de edic. diui Adriani toll. uel ex interdicto, Quorum bonorum[b], uel alia actione[c], condictione, uel lege, tanquam rei possessæ per defunctum, cuius petens se immitti dicat se hæredem, nisi in petitione fuerint expræssa bona in quibus se petat immitti, & tunc demum citato possessore[d], si uerisimiliter scire poterit aliquem possidere, alias Iudex cadat in pœnam uigintiquinq; librarum Bonon. auferendam ab eo tempore sui Sindicatus, si fuerit Iudex forensis. Si uero fuerit Iudex ciuis ad Ciuilia deputatus, unus, uel plures auferatur ab eo dicta pœna de facto per dominum Potestatem Bononiæ. Et immissus suo nomine, uel alieno, & quilibet alius ratam habens talem immissionem, uel inductionem, & quilibet eorum cadat in pœnam quinquaginta librarum Bononen. auferendam de facto per dominum Potestatem Bononiæ, & quemlibet eius Iudicem ad Ciuilia deputatum, qui aditus fuerit: nisi infra tres dies postquàm sibi protestatum fuerit, dictæ tenutæ, & immissioni renunciauerit apud acta Notarii de tenuta, seu immissione prædicta rogati, aut aliter renunciauerit, & infra dictum terminum de dicta renunciatione possessorem, uel detentorem rei in qua dicta immissio facta fuerit, certificauerit personaliter, uel semel ad domum cum dimissione cedulæ protestationis præsentibus duobus uicinis domus prædictæ. Quæ pœnæ applicentur parti non citatæ possidenti rem in qua facta fuerit immissio. ¶ Et si aliquos fructus perceperit talis immissus, nihilominus eos incontinenti teneatur restituere ei contra quem facta est immissio. ¶ Et quas pœnas etiã nulla petitione præcedente solum ostensis actis possit, & teneatur dominus Potestas, & quilibet suus Iudex ad ciuilia deputatus de facto, & uelo leuato solui facere, cogendo eum qui incidit dictam pœnam, uel aliquam earum realiter, & personaliter ad soluendum ut supra. ¶ Quæ immissio peti possit citato possessore, ut supra, & specificatis rebus, ut dictum est solum usque ad decem annos a die mortis[e] illius cuius petens se immitti dicat se hæredem. Post uero decem[f] annos a die mortis talis, qui dicere

bus publicatis, datur fides illi scripturæ, & merebitur nihilominus exequut. ut declarat Bar. in d. l. fina. colum. 5. uers. procedo ulterius; Item in ipsa eadem l. dicit, quod in hoc remedio non est necessarius libellus, sed sũmariè procedetur ostenso solum instrumento testamenti nõ cancellato.

a ¶ Vel ad eius similitudinem. Hoc dixit propter uarietatem opinionum, quæ ponuntur in d. l. fi. de edi. diui, dum disputant Scrib. an totum edictum sit sublatum, & loco illius agatur condictione ex l. noua, seu officio iudicis, quod datur nullo apparente creditore.

b ¶ Quorum bonorum. Quod duplex est directũ s. & vtile, directum Bon. possessori; vtile hæredi de iure ciuili datur, & est adipiscendæ possessionis cõtra illũ, qui possidet pro hærede, vel pro possessore, siue ex testamento, siue ab intestato iuxta l. 1. ff. & C. quorũ bon. sicut, & petitio hæreditatis. & non datur pro incorporalibus, sed tantum pro corporalib. rebus ita Azo i summa: Et in hoc interdicto dabitur necessario libellus cõtestabitur lis, & fiunt probationes, ut in cæteris ordinariis iudiciis.

c ¶ Alia actione. Non iam intelligas de petitione hæreditatis, quia illud ẽ iudicium petitoriũ quia petis declarari hæredem Barto. in l. 1. ff. quorum bonorum.

d ¶ Citato possessore. Quasi sentiat statutum, quod intra annũ non requiritur citatio possessoris, quæ fuit opin. Petri, & Cy. in d. l. fi. licet Bart. ibi col. 5. vers. super prædicta, vellit oppositũ cuius opini. mihi non placet, & uides hic ẽt non placuisse statuentibus, ideo rationes impugnatiuas omitto,

e ¶ A die mortis. Intelligo ego, & aditæ hæreditatis, quod tempus potius spectandum est, probat tex. singularis ĩ l. 3. §. si quis heredi ff. de statulib. quẽ extollit Aren. in l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. ff. de legat. 1. de quo textu facit mentionem Bar. in l. fi. §. cum igitur C. de iure delib. dũ adiuuat similẽ subauditionẽ glosæ ibi, & ĩ indiuiduo huius statuti est consil. Rui. 52. colu. 2. lib. 4. ubi ponit etiam rationem huius suppletionis.

f ¶ Decem. Quod est longum tempus inst. de vsucap. in princ. Rui. consil. 154. uolum. 5.

tur defunctus, & possedisse tẽpore mortis, nulli competat aliquod dictorum beneficiorum [a], nec possit aliquis petere se immitti [b] uigore aliquorum ex dictis beneficiis elapsis decem annis a die mortis talis defuncti. Saluis supra dispositis in supra proximo præcedenti statuto. ¶Qui lapsus temporis dictorum decem annorum non currat [c] alicui pupillo, uel minori [d], uel absenti [e] a Ciuitate, & Comitatu Bononiæ quandiu fuerit absens. Et quod dictum tempus decem annorum non intelligatur prorogatũ uigore alicuius statuti, uel prouisionis faciendæ, quo, uel qua caueatur generaliter aliqua tempora non currisse, uel non currere, nisi de præsenti statuto, uel reformatione facta fuerit mentio specialis. ¶Et similiter Statuimus quod nullus uigore instrumenti emptionis mittatur in possessionẽ rei immobilis per eum emptæ, quam possideat alius [f] quam uenditor, & si missus fuerit non præiudicet nisi uenditori. Et aliter data, & capta dicta tenuta, & immissio facta ipso iure, & facto sit nulla, & nullius ualoris. Et contra talem capientem tenutam possit procedi per dominum Potestatem, & Capitaneum, uel curiam ipsorum per inquisitionem de turbata possessione, nisi ille talis capiens tenutam, & principalis, ad cuius petitionem talis tenuta capta fuerit, renunciauerit infra tertiam diem a die qua fuerit per possessorẽ legitime protestatũ, & de sua possessione probatũ.

QVALITER [g] PROCEDATUR si super ætate [h] contendatur.



QVIA plerunque de ætate dubitatur, cui onus probationis incumbat: iubemus quod si in aliqua lite iudex pronunciauerit personas fore legitimas stetur pronunciationi, & ualeat processus,

Ante

a ¶Beneficiorum. S. executiuorum, sed ordinario iure uti possumus. ff. petitione hæreditatis facit decisio Bart. in l. 3. ff. quod falso tutore auth. Franciscus Crem. sing. 140. Fely. in c. cum uenerabilis num. 19. extra de except.

b ¶Se immitti. Non tamẽ repellitur ipso iure sed ope exceptionis ad glo. in l. prima in princ. ff. ad Maced. Ruin. sup. citato cons. colum. 2.

c ¶Non currat. Non currit, et aliis personis non valentibus interim agere iuxta l. vnic. in fin. C. de annali excep puta filiisfam. nam illa est regula naturalis ideo vendicat locum in statuto B. l. in Auth. nisi tricennale C. de Bon. mater. sed si esset talis casus in quo patri nõ acquireretur vsusfructus, posset filiusfam. esse in iudicio, licet cum consensu patris iuxta l. fina. §. necessitate C. de bonis quæ lib. & tunc curreret præscriptio.

d ¶Minori. xxv. Idem de iure communi. ff. iure C. l. fina. C. in quib. causis in integ. restitutio nõ est necessaria vbi Barto. idẽ dicit in præscriptione statutaria.

e ¶Absenti. In hoc corrigitur prouisio iuris communis ff. l. 1. & 2. C. quibus non obiicitur longi tempor. præscriptio, ubi currit incessanter tempus sed competit restitutio in integrum propter absentiam necessariam, ut ibi Bar. dicit.

f ¶Alius. Si intelligamus respectu personalis actionis, etiam si fuerit alienata per eundem uenditorem secunda vice agitur reuocatoria ad. §. itẽ si quis inst. de act. si vero respectu iuris realis quæ sin ex pacto distingue, per Bartholum, in l. creditores C. de pignoribus in 4 quæst princip. vers. videamus, vbi distinguit aut habet causam ab ipso uẽditore, aut ab alio, facit etiã l. meminerint cum materia sua C. unde ui.

g QValiter. Notandũ est quod ubi ætas est fundamentum intentionis alicuius, siue sit actor, siue reus, ille debet eam probare l. cum te. C. de probation. l. de ætate. ff. de proba. cum multis iuribus aliis, ac authoritatibus, quas congerit P. a Duenas in reg. 258. vbi refert limitari a Docto. M. quatuor modis post And. Alcia. præsump. 14 secundæ regulæ.

h ¶Aetate. Sciendum est, quod pupillus sine Tutoris authoritate stare in iudicio non potest, nec agendo, nec accusando l. 1. & 2. C. qui legi. perso. stan. l. 1. §. 3. de admin. tut. & hoc regulariter, sunt tamen aliqui casus in quibus non repellitur pupillus, ut in quibus fine figura iudicii proceditur iuxta l. bonorum quædam C. qui admitti, si autem fit maior xiiii. annorum, minor xxv. non habens curatorem eodem modo impeditur, quia sententia pro eo sine curatore lata valet, sed contra eum non, l. nõ eo minus C. de procur. iuncta l. in rebus C. qui legi. perso. prosequere alios speciales casus, apud Specul. in tit de actore. §. 1. col. 1. & 2. a vers. & quidem.

si nulla de ætate in lite fuerit habita contentio, siue uenerit quis ut maior, siue ut minor, & siue ex parte actoris, siue ex parte rei, nec ratione ætatis possit aliquo modo infringi. ¶Si uero de ætate fuerit contentio ante litem [a] contestatam, siue de ætate alterius ex litigatoribus tantum, siue utriusq;. Si quidem præsens est in Ciuitate, uel Comitatu Bononiæ, ille, uel illi, de cuius, uel quorum ætate quæreretur, compelli [b] debeat si fieri potest se coram iudice præsentare, & iudex ipsis præsentatis pronunciet de ætate ex aspectu [c] corporis. Qua pronenciatione [d] facta ei stetur quo ad ordinationem iudicii, & processus, nisi contrarium probaretur. ¶Si autem sint absentes a Ciuitate Bonon. uel Comitatu, uel præsentes, & eorum præsentia ex aliqua iusta causa haberi non possit ubi iudici uideretur, index pronunciet personas fore legitimas, & ualere, & tenere quicquid factum fuerit cum eis, si personæ pro absẽtibus comparentes essent alias habiles, sufficientes, & idoneæ nisi aduersarius, de cuius ætate quæritur onus probationis super ætate in se suscipere uellet: cui ad probandum dilatio ordinetur arbitrio iudicãtis. ¶Et ratione ætatis nõ possit ullo modo pronunciatio, uel processus uiciari in causa principali, uel appellationis, siue contendatur de ætate utriusq;, siue actoris, siue rei tantum, si talis pronunciatio facta fuerit super legitimatione personarum. Et siue contentio de ætate fuerit, siue non, tantummodo quantum ad ordinationem iudicii, & processus firmiter ualeat. Et circa ætatem quantum ad contractum, & obligationem super quibus iudicium uentilatur, seu uentilari spераretur, & in aliqua re, uel causa alicui prodesse, uel obesse non debeat. ¶Sed si restitutionis beneficium in iudicio principaliter proponeretur, tunc de ætate debeat probare [e] ille cuius fauore restitutio postulatur. ¶Si autem ueniat aliquis coram iudice, uel cora eo proponat [f] de sua, uel alterius ætate, uolens ex ætate minori, uel maiori commodum [g], uel ius sibi quærere, uel conseruare, tunc ille qui agere uideretur debeat de ætate probare, siue de ætate di-

a ¶Ante litem contestatam. Ergo post non admittitur probatio per aspectum, & ita videtur restringi facultas data â iure communi, quam poterat exercere iudex etiã post litem contestatam, quia fortasse nimis durũ uisum fuit statuentibus in respicientibus merita causæ transferre onus ꝓbandi in eum, qui alias nõ teneretur probare circunscripto aspectu.

b ¶Compelli debeant. Intellige instante alia parte cui onus probandi incumberet, uolente se ab huiusmodi onere probationis eximere, sed si magis vellit probare legitime per testes, uel instrumenta debet audiri, ut videtur velle Specul. titulo de actore. §. pri. uers. porrò, & Nota ut supra dixi, quod per talem aspectum, quem iudex adhibet, transfertur potestas probandi de uno in alium, ita glo. notat in. l. de ætate. ff. de mino. ubi Barto. in 3. quæst. princ. disputat in dubio aspectu cui onus probandi immineat.

c ¶Ex aspectu. S. faciei qui pudicus est, alius vero aspectus probibetur l. indecoram C. qñ tur. uel cur esse desin. glo. & Docto. in l. minor xxv. ãnis ex aspectu ff. de mi.

d ¶Qua pronunciatione. Quæ est interlocutoria Saly. in d. l. si minorem C. de in integ. restit. & inducit præsumptionem, & ideo non transit in rẽ iudicatam, cum contrarium possit probari, nisi dixerimus quod imo transit, quantum ad præsumptionem summendam, non quo ad excludẽdam contrariam probationem, ita Bald. in d. l. si minorem, uers. quæro, ubi dicit, hoc intelligendum esse, nisi qualitas aspectus faciat notorium.

e ¶Probare. Ad hoc l. si minorem C. de in integr. rest. mino. quomodo autem? vide Rebuff. in trac. rest. artic. 1. gl. 3. nu. 2. & 3. vbi legat plura.

¶Proponat. Agendo, pro ut habes exempla per Barto. in l. de ætate prima colum. de minor. Et intelligas quandoq; implorato officio iudicis nobili, quandoq; ex officio mercenario, ut declarat Barto. in d. l. colum. 2. ubi distinguit, aut petit pro præparando se ad certum actum, tunc opus est officio iudicis mercenario, aut non respectu certi actus sed in genere, ut possit libere administrare, tunc officio iudicis nobili, Et an requiratur libellus, & citatio saltem per proclamata; dic ut per ipsum versic. Quæro an in ista causa.

g ¶Commodum. Hoc est quod voluit Barto. in l. de ætate in 3. quęst. princi. de minor, quia est fundamẽtum intentionis, ideo intrat regula quòd agenti

agenti incumbit onus probandi, & ita Abb. in c. in pręsentia num. 37. de probat. l. cum te minorẽ C. de probat. & ibi Docto.

hæc negatiua non est improbabilis, cum haebat implicitam affirmatinam, & ita non habet obstare d. l. cum te de probat. facit quod not. in .l. nec codicilli C. de codicillis, & p Iaco. Butrig. & Bar. in d. l. de ætate quicquid crediderit, gl. & Saly. ĩ d. l. si minorem colum. 2 C. de in integr restitut.

xerit affirmando siue negando. Sed si de ætate incidenter quæreretur post litem contestatam, ille qui prius de ætate contendit debeat probare de ætate, siue affirmando[a], siue negando[b] contendat, siue actor, siue reus existat. ¶ Item Statuimus quod filiusfamilias minor possit agere, defendere, & experiri, ac iudicio interesse cum auctoritate eius, in cuius esset potestate absq; interuentu alicuius curatoris. ¶ Præterea ut ueritas ætatum, & natalium, & mortis cuiuslibet incolæ Bonon. uel eius Comitatus, & districtus faciliter haberi possit cum fuerit expediens. Et ad reuelandum litigantes ab oneribus, & difficultatibus probationum earum: & ut facilius incrementum, uel decrementum populi huius Ciuitatis percipi possit, Volumus, & Ordinamus quod dominus Episcopus Bonon. singulo anno eligere debeat unum Notarium qui scribere debeat natiuitates quorumcunq; nasciturorum, & moriturorum in duob. libris papiri distinctis per Capellas, & Villas, describendo[d] in uno nascituros, & morituros in alio, & ordinet per solennem constitutionem taliter quod præsbiter deputatus ad baptisma Ciuitatis[e] singula septimana in scriptis porrigat dicto Notario omnia nomina nasciturorum, & baptizatorum in Ciuitate Bononiæ, & dies[f] eorum natiuitatis cum nominibus[g], prænominibus, & cognominib.[g] & in qua Capella nati sũt, & simili modo, & forma prædictis om-

a ¶ Affirmando. I. dixerit se, uel alium maiorem, etiam si vteretur uerbis negatiuis, i. nego me, seu alium minorem, quia in effectu ponit affirmatiuam, quia maioritas est affirmatiua.

b ¶ Negando. I. dicendo se minorem, vel se non esse maiorem, quia minoritas est priuatio quædam, & quibuscunq; verbis proferatur est negatiua, ita Barto. declarat in l. de ætate 3. quæst. d mino. fuit etiam consideratio Nicol. de Matha. prout refert. Bal. in l. cum te C. de probat. quem tamen Bald. ibi dicit male dicere, quia minoritas nõ dicitur priuatio, sed habitus sicut in ponderibus, quia minus pondus non est priuatio, sed habitus, & subiectum sic se habens, & sic Bart. nõ uidetur bene loquutus: unde dic affirmando .i. dicendo per uerba affirmatiua, dico me, uel illũ minorem, vel dico me, uel illum maiorem, negando dico me, uel illũ non maiorem, me, uel illum non minorem, quia verborum cauillatio naturam non mutat, seu rectum ordinem intelligẽdi, licet glo. in l. de ætate uisa fuit uoluisse facere hanc differentiam, quæ male dicit, ita Bald. in .l. cum te in fi. quæst. C. de probat. & peius loquutus est ille lo. de deo. relatus in speculo titu. de actore .§. 1. uers. si uero excipis, & Saly. in. l. si minorem C. de in ĩtegr. restit. ubi etiam Bal. generaliter dicit, quod si loquimur de probatione temporis, non est facienda uis, utrum articulus formetur affirmatiue seu negatiue, nam semper fundanti se ex tempore incumbit onus probandi, ut not. in cle. vni. de probat. in l. cum actum de neg. gest. Et dic quod

c ¶ Incidenter. Nota duobus modis dici posse de ætate: & principaliter, & incidenter, exempla vide per Barto. in d. l. de ætate colum. 1. ff. de minorib. Collige etiam nõ esse differentiam, quo ad onus probandi dummodo sit fundamentum intentionis illius qui allegat eam, licet statutum nostrũ videatur ponere primo aspectu ut separata, & diuersa, ut patet ex dictione, sed, iuxta not. ĩ l. hoc amplius. §. de his ff. de dam. infecto. Bar. in l. patris, & filii, ff. de uulg. & pupill. nisi subaudias copulatiuã, post dictionem, sed, ut dicat, sed & si, cuius naturę est significare indentitatem in iure l. sed & si lege ff. de petit. hæredit.

d ¶ Describendo. Hęc scripturæ possunt appellari natales secundum glo. inst. de legat. §. natales idem in lege neq; natales C. de probat. vbi Bal. dicit, quod quadruplex est scriptura natalium, professionis. cognitionis, attestationis: & examinationis: & ex scriptura professionis p̃sumitur ætas, quę in ea continetur profiteri autem nihil aliud est quam publicè, & apud acta aliquid ultro denunciare, Budeus in annotat. ad pand.

e ¶ Ciuitatis. Hic largo modo accipitur pro toto Comitatu, quia etiã Baptisma est in multis ecclesiis diocesis nostrę.

f ¶ Dies. Bonum esset horam etiam scribere ut attestatur Rebuffus in tractatu de congestis gl. 2.

g ¶ Nominibus. Quid sit nomen, pronomen, & cognomen, vide ex Alciato lib. 4. dispunc. c. 1,

vbi

vbi melius loquitur quam glo. in. §. si quis in nomine inst. de lega. Quid autem si nomen esset singulare? reccurre ad not. in l. hac consultissima C. qui testam. fac. possunt, quæ uulgo scitur etiam a lyppis, & tonsoribus.

a ¶Plena fides. Potest tñ probari contrarium ad hoc text. in l. 1. C. si minor se maio. dixer. & in .l. Imperator la seconda ff. de statu hominum, & cum diuersæ scripturæ proferuntur, stari debet ei, quæ prodest, non ei, quæ nocet l. cum de ætate ff. de probat.


b ¶Quotiens. Quod multis modis contingere potest, ut ostẽdit Rebuffus in tract. de Regestis, seu libris Baptism. sepulturę & aliorum gl. 1. & gl. 4.

c ¶Alias descripta. Pondera quod prius est recurrendum ad libros Baptismatis, quam ad probationem per testes, & sic data est forma à statu to in ordine probandi, nec dicitur ob hoc angustata facultas probandi, atten. to quod non tollitur, sed datur ordo, & modus, alias procedit consil. Pau. de Cast. consil. 53. uolum. 2. & secundum nu. antiquum continuatum in cons. 141. incip. iusis actis, & consid.

d ¶Iuris formã. Vt puta, per testes, vel obstetrices vel alias personas, iuxta l. cũ de ætate de probat. quod mẽbrum latẽ prosequere per Bart. in l. de ætate in 2. q. p. ff. de minorib. ubi inter alia deducit, quomodo testes audiantur volentes probare ætatem per aspectũ, dicit namq; tuuc audiri quando in ratione dicti sui excedunt tantum tẽpus, p quod euidẽter demonstratur cognitio ætatis, ut per ipsum ingeniosissime. Item per instrumentũ matrimonii, nõ autem per instrumentũ dotis promissæ pro matrimonio iam contracto sed pro contrahendo secus, tunc enim inducitur præsumptio quædã Bald. in addit. ad specul. titulo de in integr. restitut. uersic. per instrumẽtum matrimonii, & in l. neq; natales colum. 3. C. de probatio. ubi dicit quod inter graues uiros instrumentum probat a communiter accidentibus, & aliis etiam modis ut per scriben. in locis supra citatis maximẽ in c. in præsentia de ꝓb. Annibal MonterenTius I.V.D. Boñ. minimus.

nia nomina, prænomina, cognomina moriturorum in dicta Ciuitate, & Comitatu, iubendo, & compellendo Capellanos, & præsbiteros, tam Ciuitatis quam Comitatus Bonon. uidelicet Capellanos Ciuitatis Bononiæ singula septimana, & præsbiteros, & rectores ecclesiarum Comitatus Bononiæ habentium curam animarum singulo mense ad exibendum in scriptis dicto Notario, ut supra deputato, nomina, prænomina, & cognomina prædicta moriturorum, ut supra. ¶Et Decernimus q de cætero dicto libro plena fides[a] adhibeatur, & detur quotiens[b] de natalibus, & ætate, & morte alicuius disputari, uel indubium uerti contingat. si in ipso libro tales personæ, de quorum ætate, & seu morte quæreretur ibidem descriptæ reperiantur, & contra talem scripturam probatio per testes non admittatur. Alias si descripta[c] in dictis libris non reperiantur procedant probationes secundum iuris formam[d]. ¶Et simili modo scribi, & denunciari uolumus matrimonia Ciuitatis, Guardiæ, Comitatus, & Districtus Bon. Patriæ fœlicissimæ.

TOMI PRIMI FINIS.



REGESTVM OPERIS.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP.

Omnes sunt terniones, præter † qui est duernio.

Permittente Reuerendo P. Vincentio Spargiato
Sanctissimæ Inquisitionis Vicario.

Bononiæ, ex Officina Ioannis Rubei Veneti. *M D L X I.*

